CAVSSA HELVETI CA ORTHODO XAE FIDEI.

DISPVTATIO HELVETIORVM IN BA= DEN SVPERIORI, CORAM DVODE cim cantonum oratoribus & nuntijs, pro ſanctæ ſidei catholicæ ueritate, & diuinarum litera= rum defenſione, habita cõtra Martini Lutheri, Vlrichi Zwinglij, & Oe colampadij peruerſa & fa= moſa dogmata.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROLOQVIVM.

In nomine ſanctæ Trinitatis, Amen.

ETSI DEI HONOREM ET LAVDEM EFferre, extollere, plantare, fateri, & augere omni liceat creaturæ, præcipue tamen omni Chriſtiano incumbit ea neq; impedire, neq; intermittere, ſed omnibus huius mundi negotijs anteponere. Quare nos Sculteti, Ammanni terrarum ac ditionum, & Ammanni, minores atq; maiores cõſules, totæq; ciuitatum & terrarũ Heluetiorũ infra nominatorũ Cantonũ cõmunitates Lutzerneñ. Vraniorũ, Schwitenſiũ, Subſiluaniorum, ſub & ſupra ſyluam Kern, dictam Zug una cum exteriori offitio Glaraneorum, Friburgeñ, Solodoreñ. & eorum qui ex Appenzel ſunt. Nũtiamus omnibus & ſingulis, cum religioſis, tum ſecularibus ſuperioritatibus, cõmunitatibus, ſingularibuſq; perſonis, in & extra noſtras cõfœderationis terras, in cõmuniq; oĩbus Chriſto fidelibus hominibus communiter, ac cuiq; iuxta dignitatem & ſtatũ ſuum, decentibus cuiuſq; titulis & honoribus nominatis & ſalutatis.

Dilecti probiq; Chriſtiani, auxiliante Deo, per hæc notũ uobis facimus, oĩbus patere, quomodo paucis elapſis annis noſtræ ſanctæ, & multicentariæ, uere, atq; probatæ Chriſtianæ fidei, aliquorum nouorum falſorum prophetarũ (ſicut nominatim Martini Lutheri, ſuorumq; cõplicũ ſeductoria doctrina & articuli (ſpretis ſacro ſanctis ſacramẽtis) & reproba ſacrarum literarũ interpretatio, irriſio Chriſtianorum conciliorum, alteratio, & abolitio ſacrarũ miſſarũ, confeſſionũ, aliarumq; laudatarũ Chriſtianarũ ordinationũ, ceremoniarũ, ornatuũ & inſtitutionũ Chriſtianæ eccleſiæ, ſpecialiter detractionũ, uenerationũ ac interceſſionũ laudatiſſimæ genitricis Dei ſaluatoris noſtri Iheſu Chriſti, immaculatæ uirginis Mariæ, omniumq; ſanctorum, per eorum ſeductorias e ſuggeſto contiones, & ſcripta, & multis alijs inenarrabilibus uijs plurimũ obfuerunt,

runt, diffamarunt, atq; iniuriati ſunt. Per quæ in plæriſq; ſuperioris Germaniæ locis & nationibus errores magni, tumultus, maleuolentiæ, graues & intollerabiles inobedientię deuaſtationes, ſanguinis effuſiones, ſcandala, & deſperationes exortæ ſunt.

Papalis igitur ſanctitas, atq; maieſtas Imperatoria, etſi ut capita, defenſoreſq; eccleſiæ ad extirpandā & delēdam eiuſmodi ſæpius ante damnatā doctrinam, principio pia paterna & gratioſa monitione, exhortatione, informatione, & poſt hæc Luthero, compliciбuſq; ſuis, ut filijs inobedientibus & malitioſis ab eorũ ceptis peruerſis non reſipiſcentibus) penalibus bullis edictis & præceptis, prout de iure nihil intermiſerunt. Fuit nihilominus id omne poſt hac apud Lutherum, eiuſq; complices non ſolum non acceptũ, infructiferum, & ad eorũ emendationem, ac errorũ ſuorũ abnegationem, reditũq; ad ſanctā eccleſiam nequaq; profuturũ. Quin potius Lutherus ipſe peruerſa & obſtinata mente tale uirus & uenenũ, ad obcecandam Chriſtofideliũ plebem, & damnationē pauperum animarũ, & oppreſſionē ſanctæ matris eccleſiæ, per multos peruerſos libellos, germano atq; latino eloquio editos, iugiter & crebro infudit ac diſſeminauit. Fecitq; ſibi adulatiōe ſua, auriumq; pruritu in dies maximā adhærentiā, ſotios & amicos ſibi undequaq; copulādo, ad ſeq; trahēdo. Inter quos unum ualde ſibi deuotũ, obſequioſum, & beneuolentem adeptus eſt diſcipulũ inter Heluetios nomine Vlrichum Zwinglium, Thuregiorũ prædicantem, qui primo Lutherũ, eiuſq; ſeductoriam doctrinā mira laude extulit, eum ſcribens talem eſſe ſtrenuũ ualidumq; Dei ſeruũ & propugnatorē, qui tam maxima diligētia ſacras ſcrutetur literas, uerbumq; Dei tam fideliter & habundanter exportet, qualis non fuerit etiam in mille elapſis annis. Quemadmodũ itaq; apud Saxones Lutherus, ita & apud Heluetios Zwinglius antiquos ſanctos patres & tot centenis annis poſſeſſam ſpiritus ſancti unitatē.

& Chriſtianæ eccleſiæ unanimem intelligentiam, & ſacrarū literarū interpretationē, expoſitionemq́;, concionibus ac ſcriptis opprimere, ſcindere, euertere, contemnere, & annihilare ſategit atq; conatus eſt.

Poſteaq́ aūt apud illos quos callide deceperat, quosq́; ſua falſa & ſeditioſa doctrina ſibi deuotos cōciliauerat, expertus eſt, omnia Chriſtiana cœpit euertere præcepta, omnia ſacramenta annihilare & contaminare, oēs Chriſtianas deleuit ordinationes, ex diuino officio ſupremo Iheſu Chriſti miſſæ ſacrifitio idolatriam fecit, uenerabile altaris ſacramentū (etiam cōtra magiſtrū ſuum Lutherū) piſtorium appellauit panem. Omnia bona opera qualia ſunt, orationes, cantus, lectiōes, Dei laudes, gratiarū actiones, ieiunia, feriæ &c. oppreſſit carnis libertatē, pro libertate ſpiritus docuit, Deo deuotas clauſtrales utriuſq; ſexus perſonas, periuras Deo fieri ſolicitauit & monaſteria ſua derelinquere, atq; ſe matrimonio copulare iuſſit, monaſteria & eccleſias oībus ſuis ornatibus ſpoliarunt, imagines non in eccleſijs ſolū, uerū & in campo adorti deſtruxerunt atq; exuſſerunt, oēs religioſos ſupremis contumelijs affecit, & odioſos reddidit. Ad hæc nouā & peculiarē erexit eccleſiam in qua diſpenſat, relaxat, excōmunicat, ligat, ſoluit, præcipit, prohibet, nouas facit ordinationes antiquas deſtituit, quaſi uel Cæſar uel Pontifex eſſet maximus. Et ut ſummatim claudamus poſtq́; omnē deuotionē, Dei timorē, ſinceritatemq́; deſtruxerat hoīm, omneq́; in Dei & proximi amorem ducens, ſua doctrina (ad quā firmandā Dei uerbo & euangelio abutitur) diſſecaſſet, diuiſiſſet, deuaſtaſſet, peniruſq́; decuſſiſſet, & ex obedienti, Dei timorato popello, efferum, indomitū, & frendentem, abſq; timore, ac propriæ uoluntatis effecerat, ſicq́; in terris nihil irrumpendū plus reperiens, euertendū, peiorandū, ad purgatorios deſcendit ignes, pauperes uidelicet captiuas & pœnales animas adiutorio, & uiuorū interceſſiōe ſpoliare adortus eſt, neq; eius rei ſatiatus

in cœlos

in cœlos ſe extulit, Iheſum Chriſtũ ſaluatorẽ noſtrũ adgreſ-ſus, qui cum in cœlo eſſet, faſſus eſt, eſſe non poſſe ſub panis ſpeciebus illius immenſæ miſericordiæ & omnipotẽtiæ infa-miam irrogans. Poſt hæc Mariã gratia plenã eius benedictã genitricem perpetuã uirginem, omneſq; ſanctos Dei (quod pro nobis intercedere nequeant, quodq; nos illos nec uene-rari debeamus nec inuocare poſſimus) dehoneſtarũt ac par-ui fecerunt. Sic neq; ſupra terram, nec in terris, ſed nec in cœ-lo quiddã ſuperfuit, qđ molitus non fuerit extirpare & per-uertere, etſi Zwinglius ipſe cõmuni & ſimplici uiro id omne tam ſubtili cõmento propoſuit, ut ad Dei ſacra etiã iurarent, omne hoc bonũ eſſe, & ſacris literis conſonum. Quæ omnia nos non immerito cordi accipiẽtes, non his ſolum ex cauſſis quaſi fauore peculiari, & genuino amore erga noſtros pro-genitores, defenſionẽ Chriſtianæ fidei moliremur, ſed quod optime ſciremus impoſſibile, nec ſperandũ ullam uel ciuita-tem uel cõmunitatẽ poſſe aut uireſcere aut durare, in quibus Chriſtianæ fidei non fuerit unitas reperta, uerbiq; Dei Chri-ſtianus intellectus, & Chriſtiana ordinatio, quũ omne in ſe regnum diuiſum deſolabitur. Sed quod ſupreme doleamus, per eiuſmodi peruerſam ac ſeductoriam doctrinã Zwinglij, eiuſq; complicum tot hominum milia, a communi Chriſtia-norum fide in plures damnatos & noxios errores abduci, & in animabus perpetuo perire.

Quare nobis, noſtriſq; terris & ſubditis profuturũ ducen tes ad animarũ perpetuã ſalutem, & ad defenſionẽ noſtræ an tiquæ, indubitatæ Chriſtianæ fidei pacis & unitatis. Speciali-ter tamẽ ad profectũ dilectorũ nobis & fideliũ cõfœderatorũ Thuricentiũ, ab ipſo Zwinglio malitioſe ſeductorum, quos ſæpius & crebro tentauimus per bonas & amicas adhortati-ones eo mouere, ut pluris ducerent oĩm Chriſtofideliũ natio num multicentenariã hactenus habitã unanimem in fide in-telligentiã, quã unius uel paucorũ de ſe præſumentiũ ſingula-

ritatem aut pertinatiã. Et ut ſperamus erga præfatos noſtros dilectos & fideles confœderatos Thuricenſes amica & Chriſtiana monitione & exhortatione, omniq; illo quod nobis poſſibile fuit, quodq; ad id deſeruire putauimus ut eos cõmoneremus indefeſſa diligentia nihil prætermiſimus.

At quoties ſæpius & amice hac in re illos adorti rogauimus, nulla nobis altera reſponſione obuiarũt, quã ut ſemper proponerent ſeſe in eorꝫ & ciuitate & terris omnibus parrochis, curatis, & prædicantibus publicum dediſſe mandatũ ut omnes libere, ſancta euangelia, & apoſtolorꝫ epiſtolas uniformiter ſecũdm Dei ſpiritũ, & ueras diuinas literas antiqui & noui teſtamenti prædicarent, & quicquid prædictis ſcripturis tenere & probare poſſent, abſq; ulla humanarũ doctrinarum & inſtitutionum permixtione prædicando nuntiarent. Nam oĩno eius mentis eſſent claro Dei uerbo nihil adimẽtes obtẽperare, quantũ eis uires Deus ipſe ſuppeditaret. Quod etiã eorꝫ mandatũ prędicãtes eorꝫ fideliter exequuti fuiſſent.

Ad hæc circũſedentes epiſcopos Conſtantieñ. Curieñ. & Baſilieñ. & aliquas uniuerſitates doctoſq; uiros & nos pluries ſcribendo rogarint, & ut Chriſtianos fratres uocarint, monuerint, ſi quis eos uel eorꝫ prædicãtes, reperiat erroneos diuini nois intuitu id om̃e uerbo diuino Bibliacæ & Euãgelicę ſcripturę edoceret, qđ uſq; modo adhuc petãt atq; deſiderẽt.

Sed ubi ex fundamento nobis non cõſtetiſſet hanc noſtrorum dilectorꝫ, & fideliũ confœderatorꝫ Thuriceñ. reſponſionem ac petitionẽ, cum uniuerſo negotio Zwingliũ & practicaſſe ac fabrefeciſſe. Fuiſſetq; cauſſa in ſe talis & uera uti illã nobis dilecti confœderati noſtri Thuriceñ. per Zwingliũ falſo decepti & eo loco deducti proponebant, uolebamus nos illos neq; adfectare abducere, aut a tali propoſito cõpellere, quin potius cum eis ſotij quicquid ad defenſionẽ noſtræ ſanctæ Chriſtianæ fidei, & ad Dei uerbũ firmandũ attineret corpus pariter & uitam noſtrã ponere ac fundere, & auxilio noſtro

ſtro leuare. Quum nobis illud omnino menti inſideat libenter nos progenitorꝫ noſtrorꝫ (qui præ cæteris nationibus ut amatores & defenſores Chriſtianæ fidei & ſanctæ eccleſiæ ſunt habiti) ueſtigia imitari & ſequi. Zwinglius enimuero ſi ſcripturis informari uoluiſſet, ut ſæpius (etſi abſqꝫ fundo) ſe obtulit eius rei gratia neqꝫ diligentia, ſed nec labor ullus intermiſſa fuere, præcipue a gratioſo domino noſtro Conſtantieñ. Epiſcopo cæteriſqꝫ doctis & libris editis, aliÿſqꝫ uÿs cui paternæ Chriſtianæ & ſuffitienti informationi ipſe non ſolū non obtemperans, ſed & ex toto ingratus extitit. Inſuper & ipſos pios monitores in cancellis ac libris ſuis aliÿſqꝫ locis, contra omnē Chriſtianū pudorem, & fraternam charitatem deriſit, eiſqꝫ turpiſſime eſt iniuriatus. Sed quid mirum illū nullius uiuentis doctrinā & informationem acceptare, qui etiam (Zwingliū uolumus) nec ullam gloſſam, expoſitionem, intellectum, cuiuſcunqꝫ defuncti, quantūqꝫ ueteris, ſancti, famati, ac docti, acceptare & admittere patitur, quin etiam temere t oēs Chriſtianas congregationes & concilia a ſancta & non decipiēte eccleſia acceptata approbataqꝫ (ubi ſuæ doctrinę ſeductoriæ aduerſanť) impudenter diffamare & reÿcere.

Quia uero Zwinglius ſicut & magiſter eius Lutherus ſupra oēs iam memoratas, paternas, amicas, & Chriſtianas adhortatiōes & informatiōes in ſua pertinaci & obcæcata mente & ſenſu perdurat. Iuxta hac tamen ſemper ſe iactitat, quod doceat, prædicet, utaturqꝫ nihil alio quā ſacris & Biblicis ſcripturis, dilucido, & claro diuini uerbo, quo cōmento populi maiorem partem ſeducit eoqꝫ duxit, ut omne id quod ſcribat, doceat, prædicet ſacras æſtimēt literas. Vt aūt errores memorati & damnati ex cordibus ſeductorꝫ hoīm euellantur, & hÿ quos Zwinglius & ſui cōplices ſic a Chriſtiana fide abduxerunt, ad uerā uiā reducantur, & doceanť, probiqꝫ & conſtantes Chriſtiani a defectione cuſtodiantur, ac in eorꝫ Chriſtiana fide confortentur, atqꝫ cum ueritate duranter permaneāt,

poſt alia fructifera media, ſumma diligentia ut uera neceſſitas ipſa requirit cogitauimus atq; conſultauimus.

Medio aũt conſultatiõis noſtrę tempore euenit, tres egregios & eruditos doctores, nominatim Dñm Iohannẽ de Eck ordinarium & uicecancellariũ uniuerſitatis Ingolſtadt terræ Bauariæ. Dñm Iohãnẽ Fabri, illuſtriſſimi ducis Auſtriæ &c. nři gratioſi dñi uirũ a ſecretis. Et dñm Thomã Murner, tũc temporis lector in Lutzerna, ſeſe non rogatos, ſed bona eorũ ac prona uoluntate & ſcriptis & ore obtuliſſe, quũ Zwinglius in ſcriptis ſuis uarios & multiplices errores inducat, uerã Chriſtianam fidem cõtaminet, uim faciat uerbo Dei & ſacris literis, dilaceretq;, & in peruerſum intellectũ ſcandaloſe trahat contra ſpiritus ſancti ſenſum, ſed nihilominus in angulis uniuerſis exclamet, ſeſe oſtentet, ut ſcripturis ſecum agatur, & ex Dei uerbo aliter inſtruatur. Velintq; ſic ipſi ob Dei gloriam & laudẽ, & ob defenſionẽ noſtræ antiquæ & uere Chriſtianæ fidei, obq; Chriſtianã ac fraternã charitatẽ erga uniuerſos confœderatos, ne ſimplices per Zwinglij falſam doctrinã ſub uerbi Dei pallio coloratã ſeducantur, ubi & quando nobis placuerit, acceptumq; fuerit talia, diſputatione contra præfatum Zwinglium Dei adiutorio ad finem uſq; perducere & defendere.

Ex qua triũ doctorũ amica & Chriſtiana exhibitione non parũ & cõſolatiõis & gaudij ſuſcepimus, quũ indubitata nos ſpes habebat, ubi eo animo cõueniretur, & amico colloquio conferretur, cõpertũ futurũ, quis nam ſacris literis uel uteretũ recte uel abuteretur. Et is qui uſq; ad hæc tempora ſcripturis fuiſſet abuſus, errorem ſuũ reuocaturus eſſet, ſicq; ſimplices reduci poſſent ad unanimem intelligentiã fidei.

Ad hæc certa ſciẽtia & conſenſu Reuerẽdiſſimorũ in Chriſto patrũ gratioſorũ dominorũ noſtrorũ quatuor epiſcoporũ Conſtantieñ. Baſilieñ. Wallesieñ. & Lauſañ. qui ſuã canonicam in noſtris terris & ditionibus habent Iuriſditionẽ, ſuntq;

noſtri

noſtri ſpirituales paſtores, & animarũ noſtrarũ curatores, de diſputatione ſiue colloquio (quomodo illud nominari placeat) habenda concluſimus, inq; ciuitatem Baden in Ergovv octo Heluetiorꝝ cantonibus ſubditã collocauimus xvi. Maij anni xxvi. numeri minoris. Noſtriſq; dilectis confœderatis Thuriceñ. maturo & bono tempore ante hac ſcriptis ſignificauimus, & quo potuimus amicitius & ſupreme rogauimus ſuam legationem & nuntiũ ad illam dietã ordinarent, ſeſſuri nobiſcũ, adiuturiq; hanc diſputationem fieri & cõpleri magiſtrum Vlrichũ Zvvingliũ, alioſq; prædicantes & doctos uiros ciuitatis eorꝝ & ditiõis etiã ad hãc diſputationẽ & Chriſtianũ colloquiũ uenire moniturí ac præcepturi, exhibẽtes nos optima & ſuprema ſecuritate ſaluũ conductũ illis daturos.

Vt aũt hac in re maiore fructu, ſolicitiuſq; res hæc geratur prænominatis gratioſis dominis noſtris Epiſcopis ſupplicauimus, pro quanto poſſint in proprijs perſonis, aut ſi nequeant per eorꝝ fide dignos nuntios & legatos eorꝝ nomine dignarentur huic futuræ adeſſe diſputationi, ſecumq; ducant ſiue mittant tres aut quatuor probos Chriſtianos uiros ſacrarum literarũ peritos, ſic & nos facturi a ſingulis cantonibus noſtros doctos & prædicantes præſentes ſtatuemus.

Sed & ſimili modo tribus nominatis doctoribus ſcribere mandauimus, ut ad (ſcriptis edictam a nobis) diſputationem compareant eorum exhibitioni ſatisfacturi.

Ad quã diſputationẽ in oĩbus noſtræ confœderationis terris ſinguliſq; locis, alijſq; nobis iunctis, & oĩbus promiſſa eſt libera ſecuritas & ſaluus conductus. Et ne quis merito quærendũ putaret, ſibi nequaq; conuenire in præfato loco diſputationem hanc uiſitare, neſcio quid periculoſum aut captioſum ratus egimus ſeptem cantones, ſimul cũ nũtijs noſtrorꝝ confœderatorꝝ Thuriceñ. quorꝝ octo cantonũ Iuriſditio eſt & ſuperioritas comitatus Badenſis, dedimuſq; omnibus præfatis perſonis, oĩbus quoq; alijs undecunq; aduenientibus, ſi

ad diſputandũ uenerint, tota durãte diſputatione, ſed & poſt completã diſputationẽ, ut ſeſe in ſua loca tuta, & munitiones recipere poſſint, liberũ & ſecurũ promiſimus & ſcriptis promulgatum largiti ſumus ſaluum conductum.

Ad talem itaq; ſcriptis publicatã & promulgatã diẽ, & ob datam ſecuritatẽ, in noſtra ciuitate Baden cõparuerunt gratioſi dñi noſtri per eorũ fide dignos & præſtãtes nuntios, competẽti numero egregiorũ eruditorũ proborũ & honeſtorũ uirorũ, ſacrarũ literarũ peritorũ. Sed & tres illi doctores prænominati, dñs Iohãnes de Eck, dñs Iohãnes Faber, & dñs Thomas Murner, qui etiam ſabatho ſancto diei Penthecoſtes in parrochiali eccleſia Badenſi, eorũ prius factã exhibitionem, coram noſtra Heluetiorũ cõmunitate duodecim cantonũ, ac nobis fœdere iunctis honeſtis conſulũ nuntijs, & corã oĩbus manifeſte renouarunt, quod ob id a ſuis illuſtriſſimis & gratioſis dominis miſſi ueniſſent, atq; ſe offerrent, & exhiberent ut ante feciſſent, antiquã uerã Chriſtianã fidem, contra omnes & ſingulos auxilio Dei manu tenere & defendere.

Sic igitur conſulũ nuntijs duodecim cantonũ noſtræ confœderationis, & alijs nobis iunctis, ſed & non paruo numero doctorũ uirorũ in Baden congregatis, nec Vlricho Zwinglio alijſq; prædicantibus & doctis ex Thuriceñ. ditione apparentibus, ſed foris manẽtibus, noſtri miſſi conſulũ nuntij duodecim cantonũ cum dilectis nobis confœderatis Thuriceñ. conſulũ nuntijs etiã præſentibus uaria & propoſuerunt, egerunt, & collocuti ſunt, ſi medijs quibuſdam uijs inueniri queat, quibus, forma, ſpetie, modo, Zwinglio eorũq; doctis uiris, ſaluus conductus & ſecuritas danda eſſet, ut inde ſatiarentur, ad hanc diſputationẽ & ipſi uenturi, quum eiuſmodi diſputatio, & colloquiũ, eorũ fuiſſet maxime cauſſa decretũ, multis & uarijs uerbis & actis non hic neceſſario differẽdis, & ſi apud nuntios Thuriceñ. illa neq; grata, neq; cum fructu tractabãtur. Nam a noſtris confœderatis Thuriceñ. per eorũ nuntios

nuntios & ſcripta ex toto ſunt hæc nobis denegata, uarijs ex cauſſis, quarũ præcipua erat Zwinglio locum in Baden non acceptum ſed eſſe ſuſpectum.

Noſtri uero dilecti confœderati Thuriceñ. & Vlrichus Zwinglius una cum cæteris doctis uiris ne ulla ex re permoti, conqueri poſſent (quãuis nos confœderati iuxta noſtrorũ fœderum articulos, & capitula nullo egeamus uel ſecuritate uel ſaluo conductu) Ideoq; ad ſuperabundantiã, ut oibus & ſingulis patere potuiſſet, nos honeſtate, probitate, totoq; ſinceritatis deſyderio agere uoluiſſe, cum nullo quoq; præiuditialiter quiddã machinari, ſeptem cantonũ nuntijs, quorũ eſt Badenſis & dominiũ & ſuperioritas cõmiſimus & mandauimus, ut noſtra plenaria poteſtate eis data (nõ attẽta noſtrorũ confœderatorũ Thuriceñ. & Zwinglij abſq; fundamento data reſponſione & exceptione) copias & reſcriptũ literarũ ſalui conductus & ſecuritatis conciperẽt, quas etiã noſtris confœderatis Thuriceñ. trãſmiſimus cum exhibitione, ſi his quietari malint, aut ſi quid deeſſet, meliore forma excogitanda ipſi uel adderent uel formarent. Hanc ipſi ſeptem cantones eſſent firmaturi & ſigillaturi ſeu obſignaturi ipſiſq; miſſuri, fuitq; eiuſmodi ſalui conductus literarum copia & tenor de uerbo ad uerbum talis.

LITERAE SALVI CONDVCTVS ET SEcuritatis Vlricho Zwinglio, alijſq; Thuriceñ. datæ.

NOS POST NOMINATORVM CANTOnum Heluetiorũ ſiue cõfœderatorũ nominatim Berneñ. Lutzerneñ. Vraniorũ, Schwitenſiũ, Subſyluaniorũ Zugeñ. & Glaraneorũ conſulũ nuntij, iam in hac dieta, in ſubſcripta cauſſa cũ plenitudine poteſtatis noſtrorũ dñorũ & ſuperiorũ Baden in Ergow congregati. Fatemur, notũq; facimus omnibus præſentibus literis. Sicut paucis exactis diebus per do

minos & ſuperiores noſtros ex cauſſa maximorꝝ & grauiſſi-
morꝝ euentuū, etiā duplicitatis & contrarietatis intelligentię
ſacri Dei uerbi, & noſtræ uere Chriſtianæ fidei, quæ nūc heu
in plæriſq; locis & cantonibus noſtræ confœderationis præ
oculis habentur, poſt multos labores fatigationeſq; bonū ac
fructiferū eſtimarunt, ob id ſe ſperantes denuo cum Dei ad-
iutorio & gratia, quietem, pacem, & fidei unitatem adeptu-
ros, cōmune colloquiū ſiue diſputationē (qualiter hoc con-
grue nominari debeat) edicere & ordinare. Quia tamen ma
giſter Vlrichus Zwinglius prædicans Thuricē. non mini-
mus ſed præcipuus eſt, qui eiuſmodi nouā doctrinā in Thu-
rego prædicat & alias undequaq; in noſtrę confœderationis
terris, ſuis ſcriptis & expreſſis libellis plātauit & effudit. Qua
re noſtros confœderatos Thuricē. in certis ante habitis die-
tis, ſed & nūc in hac dieta, ſupreme & enixiſſime ex parte no-
ſtrorꝝ dn̄orꝝ & ſuperiorꝝ, tentauimus & rogauimus, quate-
nus magiſtrū Vlrichū Zwingliū, alioſq; eorꝝ prædicantes &
doctos eorꝝ uiros, ciuitatis ſuæ ditionis & territorij, ad talem
diſputationē uenire monerent, & cum effectu mitterent. Ad
hanc etiam fide dignā legationē & ordinarent ac mittere uel-
lent, quod ſcilicet tamē ſemper in plæriſq; dietis per eorꝝ nun
tios, ac ſæpius in eorꝝ ſcriptis ſe exhibentes obtulerūt, ſi quis
melius ex ſanctis ſcripturis eos informare poſſet & inſtrue-
re, libenter ſe duci paſſuros &c̄. Nunc aūt, quia Zwinglius
talem nouā doctrinā non ſolū in ditiōe Thuricē. ſed ob ſuā
ſuperabundantiā, ſcripta & expreſſos libellos undequaq; in
noſtræ confœderationis terris effudit. Quare noſtra æſtima-
tione putamus noſtros cōfœderatos Thuricē. pro ut æqui-
tas ipſa popoſcit etiā iuxta ipſorꝝ met exhibitionē tale nobis
non denegaturos, ſed & eorꝝ prædicantes, & doctos uiros,
etiā ad huiuſmodi diſputationē uenire monerent atq; cōpel-
lerent, futurū rati, ut cum Dei & gratia & auxilio, ad ueram
& rectā intelligentiā duceremur, pacem, quietem, & unitatē
noſtræ

noſtræ fidei denuo recuperaturi. Ne aũt Vlrichus Zwingli-us, alijq́ prædicantes, & ſuæ partis docti uiri conquæri poſ-ſint, neq́ debeant, locũ in Baden illis non eſſe cõmunem ſiue acceptũ, & quod ſecuri non ſint. Habemus nos conſulũ nũtij præfati cõmuniter & ſinguli a dñis noſtris & ſuperioribus in mandatis cum plenitudine poteſtatis, ipſum Zwingliũ, cum ſibi adhærentibus ſupreme & ſecuriſſime ſaluos ducere, & in Baden ad huiuſmodi diſputationem aſſecurare, iterũq́ redu cere, ut ad eorꝫ loca tuta peruenire poſſint. Quamobrem ex mandato dñorꝫ noſtrorꝫ & ſuperiorum, damus & ſcribimus magiſtro Vlricho Zwinglio, & alijs ſibi adhærẽtibus doctis uiris ſuæ partis, oĩbuſq́ alijs, quos non doloſe aut malo ani-mo ſecũ duxerint, pro eorꝫ & corporibus & bonis ad talẽ col lationem ſeu diſputationẽ, ad Baden in Ergow, & poſt cõple tam eiuſmodi diſputationẽ (non attento quis in hoc caſu uel diſputatione uincat ſiue uincatur, recte uel non recte habeat, ſeu uictoriã obtineat) ut de Baden iterũ ad ſua tuta loca redi-re poſſint, liberũ damus & ſecurũ ſaluũ cõductũ, in ſuprema ualidiori & optima forma, quantũ facere tenemur, ſcimus, & poſſumus in noſtro, noſtrorũq́ dñorꝫ & ſuperiorꝫ nomine, eorũq́ nomine qui noſtris dñis & ſuperioribus iuncti ſunt, uel quouis modo aſſotiati, harũ literarũ tenore eo tamen ad-dito, quod ſe quilibet teneat aſſecuratorꝫ cõſuetudine & mo re. Et ſi noſtri confœderati Thuriceñ. uel magiſter Vlrichus Zwinglius, aut ſibi adhærentes ſeſe æſtimarent talibus ſalui conductus & ſecuritatis, literis non ſuffitienter ſecuros, & quiddã in his defectuũ arbitrarẽtur, qua in forma, uel in quo id eſſet, ideo & illud cõplendũ, & ad oẽm ſecuritatẽ faciendã, quæ ad optimã & ſupremã pertinet ſalui conductus ſecurita-tem, atq́ neceſſaria eſt, uolumus talem & eiuſmodi ſalui con ductus ſecuritatẽ, qualiter & quomodo illa ſecuriſſima & op tima forma ſcribi poteſt & concipi, etiam his literis dediſſe, & harũ tenore literarũ præſtitiſſe. Sed & hic in ciuitate & comi

tatu Baden talem faciemus prouidentiā, ſub pœnis corporū & bonorꝝ interdicturi, ſicq́ȝ curaturi & acturi, ut proculdubio in magiſtro Vlricho Zwinglio & ſibi adhærentibus, ſed & in oībus alijs qui ob noſtrā datā ſecuritatē uenient, talis noſtra ſalui conductus ſecuritas, fideliter, honeſte, & probe obſeruabitur, & cum ea tueri debebunt atq́ȝ defendi. Et ad plenariam ſecuritatē in hac dieta erga noſtros dilectorū confœderatorꝝ Thuriceñ, nuntios exhibuimus, ſed & præſentiū literarū tenore adhuc nos exhibemus, ubi magiſter Vlrichus Zwinglius ſibiq́ȝ adhærentes huiuſmodi noſtræ ſalui conductus ſecuritati non fiderent, ſi ultro oportet mittemus noſtrū terræ Badenſis præfectū una cum uiginti uel tribus honeſtis probiſq́ȝ uiris ad Thuregū, qui eum huc in Baden ſaluū conducent & cuſtodient, ſed & in Baden, & poſt totius actus cōplementū denuo in Thuregū reducēt, & ad eorꝝ tuta loca ducant atq́ȝ cuſtodiant, ut noſtræ ſalui conductus & ſecuritatis literæ in eo fideliter obſeruentur. Ad hæc cum dilectorꝝ noſtrorꝝ cōfœderatorꝝ Thuriceñ. nuntijs loquuti ſumus, ut nobis aſſideant conſultaturi nobiſcū, ſi in tali ſalui conductus ſecuritate adhuc quiddam deeſſet, quomodo aut in qua forma hæc ſecuritas firmari & fieri poſſit, ut inde Zwinglius ſatiaretur, cuius talis ſuperabundantis exhibitionis uolumus nobis præſentes literas noſtras eſſe teſtes efficaces, tranſeuntes prętenſas cauſſas, quas noſtri confœderati Thuricenſiū nuntij, inſtructionis ſuæ tenore nobis propoſuerunt ſuo ualore ſtare noſtris ſuperioribus nūtiādas, etſi putemus eiuſmodi eorꝝ cauſſas nec locū habere, nec quadrare, attēta noſtrorꝝ dñorꝝ & ſuperiorꝝ atq́ȝ noſtra ſuperhabundanti exhibitione ſperaturi omnino noſtros dilectos cōfœderatos Thuriceñ. & magiſtrum Vlrichum Zwingliū, & alios ſibi adhærentes in hac noſtra ſalui conductus ſecuritate, & ſuperhabundanti exhibitione cōtentos futuros, & omnino eiuſmodi diſputationē in Baden uiſitaturos, In cuius rei teſtimonium &c.

Sed

Sed quicquid conſulũ nuntij nouem cantonũ, una cũ alijs conſulũ nuntijs, totius noſtræ confœderationis erga noſtros dilectos confœderatos Thuriceñ. prætendebãt, agebãt, ſeſe exhibebant, rogabant, expoſcebant, petebant, fuit id omne caſſum & inane, ſed & noſtri confœderati Thuriceñ. illud nihili faciebãt, & ex prætenſis cauſſis denegabant, iam non me morandis, eo ꝙ ad rem nihil deſeruiant. Eorꝫ inſuper nuntij domũ redierunt ex toto ſe huic rei ultro non intromiſſuri, ſic neqꝫ Zwinglius nec alij prædicantes ex Thuricenſium ditione comparuere.

Ne aũt laudabilis hæc & ueneranda congregatio doctorꝫ honorabiliumqꝫ uirorꝫ, fruſtra & uocata fuiſſet & ueniſſet, quum ex utraqꝫ parte docti uiri præſentes erãt, nihilominus cauſſæ ſumpta ſunt exordia, diſputatio hæc, ſeu Chriſtianum colloquium ceptum eſt agi, & ut progrederetur, dimiſſum atqꝫ conceſſum.

Veſpere itaqꝫ ſancto Penthecoſtes, utraqꝫ pars & oẽs docti uiri, una cum conſulũ nuntijs Heluetiorꝫ confœderatorꝫ, in eccleſia Badenſi poſt meridiem conuenerunt, ubi uenerabilis & religioſus Abbas Barnabas monaſterij montis angelorꝫ, noſtrorꝫ confœderatorꝫ nomine, egregios & eruditos uiros, intraneos & extraneos, omneſqꝫ alios amicis cõpoſitis uerbis, & ſalutationibus excepit, narratione quur huc uentũ fuiſſet, poſt quã exceptionẽ, multa & uaria uerba & data ſunt & relata, hic ad memorandũ non neceſſaria. Vbi & quatuor notarij ex qualibet parte duo fuere delecti, qui & merita & decentia conſcribendæ diſputationis iuramenta præſtiterũt, elegerũt quoqꝫ conſulũ nuntij Heluetiorꝫ quatuor præſidentes, ordinationem ob id ſtatuentes, quam publice ad eccleſiarum ualuas adfixerunt, huius tenoris.

In nomine ſanctæ Trinitatis, Amen.

Ad laudem & honorem omnipotentis Dei, & ad præſentem diſputationẽ, ſeu cõmune Chriſtianũ colloquiũ promouendum

uendum gratioſi domini noſtri duodecim cantonũ conſulũ nuntij, cum eorꝝ adiunctis præſentem ſtatuerunt ordinationem, uolentes eam ut ſequitur ab omnibus obſeruari.

Primo, quod omni die mane ad quintã horam ad laudem & honorem omnipotentis Dei, ſacratæ miſſæ celebretur officium cum adiuncta (ad mediæ horæ ſpatiũ) contione ad populum, ad rogandũ & inuocandũ omnipotentem Deũ, per mediũ gratiæ ſuæ, & ſpiritus ſancti iuuari nos, ad bonũ principium, melius mediũ, & ad optimũ huius diſputationis finẽ, ut per id ad ueram cognitionẽ, unionem Chriſtianæ fidei, ad quietem & pacem peruenire ualeamus.

Secundo, gratioſi dñi noſtri ad hanc diſputationẽ regendam, ordinandam, & ad finem uſqꝫ deducendã delegerunt & ordinarunt, uenerabiles, egregios, ſtrenuos, ualidos, prouidos & prudentes uiros dñm Ludowicũ Båren de Baſilea, ſacræ Theologiæ doctorẽ Pariſienſem, dñm Barnabam Abbatem monaſterij montis Angelorꝝ, dñm Iacobum Stapffer de ſancto Gallo equitem auratũ, & magiſtrum Johannem Honecker Scultetum in Bremgarten.

Tertio, ut pars quælibet duos diſpoſitos & probos ſcribas ad hoc deligat, qui omnia acta conſcribant, & ut quæqꝫ pars duos ad hoc ordinet, qui alterius partis aſſideãt, ſcriptoribus uiſuri ſi omnia ordinate & recte conſcribantur, & quod ſingulis diebus ueſpere, quatuor ſcribæ, cum quatuor aſſeſſoribus, quũ diſputare ceſſat, conueniãt, diligenterqꝫ peruideãt, ſi oĩa acta ordinate & diligenter conſcripta fuerint, & ſi quid uarietatis aut contrarietatis incidiſſet, illud præſidẽtibus manifeſtent, deſuper ſententiã accepturi, ſed & ipſa ſcripta ſemper apud præſidentes deponantur & cuſtodiantur.

Quarto, uiſum eſt dñis noſtris, eſtqꝫ ardua mens illorꝝ & preceptũ, qui diſputare nolit, nihil ſcribat, uel ſignet, & ſi qui huius præcepti tranſgreſſor, quiddã uel in domibus aut alijs locis cõſcripſerit, & uel ſcriptis uel expreſſionib⁹ in uulgãdo

publicarit,

publicarit, hoc noſtri domini, nũc pro falſo inutili & menda‑ ci recognoſcunt, & declaratũ habere uolunt, hij quoqꝫ a ſuis dominis & ſuperioribus puniri debebunt.

Quinto, concluſiones diſputandæ ad eccleſiarum ualuas publice aff gi debent.

Sexto, qui diſputare præſumit, uultqꝫ parum aut multum diſputare, ſuũ debet propriũ baptiſmatis nomen & cogno‑ men præſidentibus nominare, & in ſcriptis præſentare, & po ſteaqꝫ diſputauerit uſqꝫ ad finẽ & ſentẽtiã expectare, & abſqꝫ ſcitu & licẽtia quatuor præſidentũ de Baden non abſcedere.

Et ſic ipſo prẹfato ſancto Pẽthecoſtes die ueſpere poſt me ridiem doctor Eckius ad ualuas parrochialis eccleſiæ, & ſena toriũ domũ in Baden has ſubſcriptas cõcluſiones affigi iuſſit.

CONCLVSIONES VERAE ET ANTI‑ quæ fidei cum Zwinglio, per Iohannem Eck diſputandæ & tenendæ.

Prima. Verum Chriſti corpus & eius ſanguis præſentia ſunt in ſacramento altaris.

Secunda. Quæ & uere offeruntur in offitio miſſæ, pro uiuis & defunctis.

Tertia. Maria & ſancti inuocandi ſunt ut interceſſores.

Quarta. Domini noſtri Iheſu & ſanctorum imagines, delen dæ non ſunt.

Quinta. Poſt hanc uitam ignis eſt purgatorius.

Sexta. Pueruli etiã chriſtianorꝝ in peccato originali naſcunt̃

Septima. Baptiſmus Chriſti non Iohãnis tollit originale pec‑ catum.

Ad hæc omne quod arguere Zwinglius intendit in noſtra uera & indubitata fide.

Similiter & D. Thomas Murner, ipſo iam nominato Penthe coſtes die, ſubſcriptas concluſiones publice ad ualuas eccleſi‑ arum aff gi fecit, de uerbo ad uerbum, ita ſonantes.

CONCLVSIONES DOCTORIS THOMAE Murner, contra Vlrichum Zwinglium, & omnes doctrinæ ſuæ adhærentes.

Concluſio prima. In ſacramento unionis corporis & ſanguinis domini noſtri Iheſu Chriſti, Chriſtū ſaluatorē ſub utraque ſpecie præſentem credere, adorare, uenerari, idolatria cenſeri non poteſt, ob diuinas literas illud docentes. Neque furti accuſari debet, populū una ſpecie (panis uidelicet) cōmunicās, quaſi uini ſpeciem a Chriſti plebecula furtim abſtuliſſet.

Concluſio ſecunda. Nullis ſacris literis probari poteſt, quicquid in bonis fortunæ ſeu perſonæ proximi, abſque ſentētia & ſolo facto, aufertur, alienaẽ, atque tentatur, quocunque etiā pietatis, reformationis, fidei & religionis titulis prætexetur. Sed cenſebitur id omne iniuria, famoſe, & improbe geſtum.

Et qm̄ ad hæc reſpōſurus non ciuiliter, ſed criminaliter, & ꝑ iniuriā accuſatus fuerim, neque uolo, neque debeo reſpōdere cuiq̄, ſed nec ipſe quēq̄ accuſare, niſi in ſcriptis.

Thomas Murner ordinis minorum, ſacrarū literarū, & utriuſque Iuris doctor, ꝓpria manu.

Ipſo die lunæ, quæ erat xxi. Maij, poſteaque diuina offitia laudabiliter completa fuerant, congregati ſunt uniuerſi, & religioſi & ſeculares, intranei & extranei in eccleſia Badēſi, ſicque in præſentia & aſſidentia oīm doctorum uirorum, etiam quatuor præſidentiū & duodecim cantonum Heluetiorum, ſeu confœderatorum, una cum dilectis nobis iunctis confœderatis conſulum nuntijs, nominatim

De Berna dn̄o Caſpar de Mulinen equite aurato, conſule.
De Lucerna Iohanne Hug antiquo Sculteto.
De Vrania Iodoco Blatteli, conſule.
De Schwitz Egidio Richmůt antiquo terræ Ammanno.
De Subſyluania Nicolao Halter, antiquo terræ Ammanno.
De Zug Caſpar Schell magiſtro burſæ.
De Glaris Marco mad Ammanno terræ.

De Baſi

De Baſilea Adelberto meyer, ciuium Magiſtro, & Vrbano de Brunnen, conſule.
De Friburgo Theodorico de Engelsſperg Sculteto, & poſt eius receſſum Iohanne Gugelberg conſule.
De Solodoro Petro Hebolt antiquo Sculteto.
De Schaffhuſen Iohanne Ziegler, ciuium magiſtro, & poſt eius receſſum Iacobo Mürbach conſule.
De Appenzel Ammanno Yſenhüt, & Henrico bwman.
De Abbate S. Galli dño Iacobo Stapffer equite aurato, dñi Abbatis magiſtro Curiæ, qui in præſidentem electus fuerat.
De ciuitate S. Galli Caſparo Zollikoffer, & Andrea Müller ambo uiri conſulares.
De Mülnhuſen ab initio ſcriba ipſorꝝ, poſt ei⁹ receſſum corꝝ (ciuiũ magiſtro.

Et in præſentia adhuc pluriũ aliorꝝ intraneorꝝ & extraneorum, & corã uniuerſis, apertis ianuis (nam omnibus auſcultandi fuerat conceſſa facultas) ibi doctor Iohannes Eckius, & ex oppoſito eius contra eum doctor Iohannes Huſſchin, parrochus & prædicans ad S. Martinum in Baſilea conſcenderunt, præſentemqꝫ diſputationem exorſi ſunt.

Adhæc etſi inter dicendũ ac reſpondendũ diſputantiũ aliquando euenit ut proprio motu præſidẽtes interloquerent, & aliqñ ex dñorꝝ cõfœderatorꝝ conſulũ nuntiorꝝ mandato, prout neceſſitas ipſa poſtulabat, ad moderãdas & tollẽdas ſuperfluas & uagas circũloquutiões & iniurias ab utraqꝫ parte factas & illatas. Similiter & ab utraqꝫ parte uerba dicta ſunt, quæ ſcriptis mandari & cõmitti nolebant, oĩa illa intermiſſa ſunt, ne per ea pręſentis diſputatiõis & nucleus & fundamentum obnubiletur, errarẽtqꝫ. Sed id ſolũ quod ab utraqꝫ parte bonis & intelligibilibus uerbis in calamũ loquuti ſunt fideliter hic per notarios conſcriptũ eſt, omniqꝫ die collationatum & actum iuxta tenorem præpoſitæ, affixæ ordinationis.

Sequitur tenor actorꝝ per notarios conſcriptorum, nihilo omnino addito, de uerbo ad uerbum.

DISPVTATIO HELVETIORVM INTER ORTHODOXOS

& Lutheranæ ſectæ deuotos, aut Euangelicos (ut ſe nominant) habita lunæ, quæ erat xvi. Maij cœpta, Anno Chriſti ſaluatoris, M.D.XXVI. & per notarios ſacramento adactos conſcripta, a duodecim Heluetiorum cantonibus edicta, & in Baden ſuperiori finita.

COLLATIO PRIMA.

Concluſio prima, de ſacramento corporis Chriſti.

VERVM CHRISTI CORPVS ET ſanguis eius præſentia ſunt in Sacramento.

DOCTOR IOHANNES ECKIVS.

IN NOMINE TVO DVLCIS DOMINE Iheſu Chriſte, Fauorabiles dñi, dilecti probitateq́ꝫ præditi Chriſto fideles. Poſteaq́ꝫ dñs noſter Iheſus Chriſtus, eccleſiæ Chriſtianæ, nobiſq́ꝫ pauperibus ac egẽtibus mortalibus, pro futurũ dereliquit, ſacro ſanctũ corpus, ſanctumq́ꝫ ſanguinẽ ſuum in ſacramento. Hunc pretioſum theſaurũ eccleſia Chriſtiana, ſumma deuotiõe humiliter tractauit, ac illo uſa eſt, ordineq́ꝫ quo Chriſtus Iheſus inſtituit, celebrẽ ſemper habuit. Nunc quum exorti ſint dogmatiſtæ peruerſi, qui eccleſiã ſanctam Dei conati ſunt, hoc maximo theſauro priuare, nec minus uniuerſos Chriſtianos temere adorti idolatriæ inſimularunt, quippe quod Iheſum Chriſtũ in ſacramẽto adorẽt præſentem, quod longe abſit ab ſancta fidelium eccleſia.

Aduerſus inq́ꝫ iſtã & illi perſimilem nocentẽ neq́ꝫ ſibi conſtantẽ doctrinã, ego me dñis magnificis fœderis Heluetiorum obtuli atq́ꝫ promiſi oppugnatorẽ & Chriſtianæ ueritatis defenſorem.

At qui

At qui Iohāni Oecolampadio de Winſperg eiuſmodi per uerſam doctrinam diſſeminare curæ fuit, aſto hic illi præſentiſſimus, monens illum, ut edicat, notum faciat, quo tamen fundamento id audere præſumat, & ſi non dubitem iſtiuſmodi doctrinæ eum omni fundamento carere.

Ego uero, adiuuante me Deo, ei probe reſpondebo in eccleſiæ ſanctę nomine, ita me iuuet ſemper ſumme laudata uirgo Maria, & omnes ſancti Dei.

DOCTOR OECOLAMPADIVS.

GRatia & pax a Deo patreq́ꝫ noſtro cœleſti, qui nobis mittat lumen ſuum & ueritatem in corda noſtra, quibus inducamur in ueram cognitionem, nobiliſſimi domini noſtri Iheſu Chriſti crucifixi, Amen.

Dilecti, probiq́ꝫ Chriſto fideles, nemo miretur heſterno ueſperi nos mox ad diſputandū non obtuliſſe, id nempe non eſt factū, ut cū ueritate nobis quicq́ꝫ formidemus, aut lucem horreamus, præſto enim ſumus noſtra ſponte, de Chriſtiana noſtra, & non ſeductoria doctrina, diuino auxilio reſponſionem dare, atq́ꝫ rationem reddere, hoc ergo eam ob cauſſam factum eſt, ne in tam laude digna congregatione, temere prorumperemus in mediū. Preſtolabamur namq́ꝫ & alios Chriſtianos fratres aduenturos, quorꝫ præſentia non nihil addidiſſet charitatis augmento, & claræ ueritatis manifeſtationi, ad magnū honorem & gloriam Chriſti. Quum aūt ſe res in eum euentum, ut nunc eſt, adaptarit, in nomine domini, cauſam utiq́ꝫ præſentem adgrediemur.

Principio neceſſariū duximus, aliquas contumelias a nobis auertere auditu horrendas, quibus inſimulamur. Merito ſperaturi, in hac tanta nobis præſtita ſecuritate ab his nos ſecuros futuros, acturoſq́ꝫ amice (ut fratres) ſcripturā ſcripturæ comparando, mallemus enim hæc taceri, & in huiuſmodi nos non lædi. Illa namq́ꝫ, ſi trāſiremus intacta fruſtra reſpondendo deſudaremus. Magni enim eſt, ad ueritatem obtene

brandam, mẽtes mortaliũ quaſi in ueſtibulo & ianuis in nos exacerbari. At qui forte factũ eſt ex præcedentibus contionibus e ſuggeſto plebi habitis, quibus non obſcure, ante diſputatiõis exordia delati ſumus, quaſi doctrinæ nouæ fuerimus ſparſores, & omnes maiores atq; progenitores noſtros damnaremus, prohiberemuſq; opera bona fieri. Ea inq;, ſi uera eſſent, queſo quæ nos poſſent Chriſtianæ aures ferre. Hæc aũt, quum ſe non ita habeant, prout neq; ſunt quo nam modo poſſumus hæc ſurda aure pertranſire. O dilecti Chriſto fideles, longe aliter hæc cauſſa uobis proponitur, quã in ſe ueritas habeat, cuius rei in cœlo Deus commiſereatur.

Primo, nouã doctrinã non docemus, ſed id ſolũ quod per Apoſtolos & Euangeliſtas edocti ſumus, idq; unicũ cauſſæ eſt, maximi in nos odĳ & inuidentiæ, quod ad diuinas literas nihil addere uolumus, ſed nec adimere quicq;, quæ nulla uia temerare audemus, a Deo equidem nobis præceptũ eſt, & a gratioſis noſtris Chriſtifidelibus ſuperioribus, limites nõ excedere ſcripturæ, ut inquit Paulus ad Galatas. Secũdo & ipſe ad nos ait, etiam ſi de cœlo angelus aduenerit, qui aliter docere præſumeret, anathema ſit, diuina uerba docere non eſt nouum aliquid docere. Scitu eñ perſpicuũ eſt, hominũ doctrinas partim longo tẽpore poſt Apoſtolos, partim fere ad Apoſtolorũ tempora, ob id noua non eſt doctrina cenſenda, eſto illam non cognouerunt uel mater mea uel auia, & ſi Chriſtiana ſit doctrina. Eo exemplo, ſi hoc die lex noua conderetur iuxta uerbum Dei, & poſt annos centum, quemq; excitaret Deus, qui clare uerbũ Dei prædicaret, is propterea non cenſebitur nouã inuehere doctrinã, & hæc pro primo dicta ſint.

Secundo exacerbare quem poſſet, quod dicitur tot hominum milia errauiſſe, neq; ueritatẽ clare cognouiſſe, quaſi ob id damnati forent, eſſetq; Deus non iuſtus, quod neq; nos dicimus. Nos uero, ſi in præcipuis fidei articulis quiddam peregrinum crederemus, id procul dubio ſuſpicari poſſet. At manent

nent illęſi articuli fidei principales, Petri tenemus confeſſionem, ſuper quem ædificata eſt eccleſia. Hæc eſt igitur prædicatio noſtra, Iheſum Chriſtū eſſe filium Dei uiuentis, ſicut illud hodierna die non inepte fuit e ſuggaſto prædicatū. Spes itaq; nos habet indubitata, maiores noſtros hac ſimplici fide, ex hoc ſeculo bene migraſſe. Forte Deo ſic ordinante in mortis anguſtijs alloquuti fuere, omnis namq; ſpes eorum in Dei miſericordia repoſita erat, uereq; in eum fidere oportet, ut in cruce latro. Deo itaq; laus, cauſſa bonis ſtat limitibus, illud inq;, quod in cruce latroni ſatis fuit, id nobis quoq; proderit, & hoc in caſu ſatis erit ad ſalutem. Nouit Deus quantum ſapientiæ & cognitionis, cuiq; impartiatur, plus uni alteri minus. Nos quoq; Theologi non tam eſſe deberemus præcipites & feſtini ad iudicandū quemq; facilimis de cauſſis, & ex libris eruere, abſq; ulla articulorū neceſſitate. Cogor hic ueſtrę dilectioni dicere dictum Auguſtini, ni fallor contra regulā fundamēti etiā in ſcripturis fundatū, ubi dicit. Etſi in eccleſia Chriſtiana uſq; ad ſatietatem uera ſapiētia reperiatur, pauci nihilominus illam attingunt ſpirituales, ac in paucula parte cognoſcūt, ſpirituales eos nominat, qui Dei ſpiritu ſunt præditi, non qui ſtatus ratione ſpirituales cenſentur. Vos igitur dilecti Chriſtiani perpendite, cum pauci ſint ſpirituales, qui uere ſpiritu Dei ducuntur, paucíq; illuc perueniant, merito ceſſare debet temerariū iuditium. Hoc dictū in uerbis Chriſti firmatū eſt domini noſtri, quod uocati multi ſint, pauci uero electi. Volui ab hoc articulo temperare, at quum non neſciam in hac propoſita materia maximū haberi offenſionis lapidem, ad quem plurimi offendunt, operæpretiū mihi uideo præcaueri, tolliq; ex cordibus fideliū tam horrendam ſuſpitionem. Audite queſo dilecti dñi & Chriſto fideles, ille idem dñs noſter Iheſus Chriſtus, qui ſua iuſtitia nos iuſtificat, abluitq; merito effuſionis ſanguinis ſui maculas peccatorū noſtrorum, & eccleſiæ rugas, quæ hic peregrinatur ille ipſe ſpiritu

ſapientiæ ſuæ in conſpectu cœleſtis patris ſui, illuminare no-uit, illuminatq; tenebras & errores noſtros, ita ut obeſſe non queant, eo addito, ut fidei ſimplicitas non lædatur. Ideoq; merito neminẽ iudicare debemus, iam ſi quis corde cogitet, quę ante hac Chriſtus dixerit, quidq; doceat hiſtoria, clare emer-ſerit nihil hic noui eſſe, conſideret quis quid Iſrahelis filijs.

DOCTOR ECCKIVS.

Rogo ut longos ſermonũ circũitus, & ſermones non neceſſarios uitetis, nam ueritas uerborꝵ multitudine, magis obnubilatur quã clareſcat. Secundo precor, cauſſæ manus apponere uelitis, quã tractamus de Sacramento, omnemq; aliam materiã, quæcunq; illa ſit, quieſcere ſinatis, quo ad ſuis locis quæuis adducatur. Ob id nãq; hic ſtans permanebo, eius gratia licentiã habens a Chriſtiano principe Bauariæ, tanto hic tempore durare, quanto placuerit laudandi fœderis Heluetiorꝵ dominis. Mox igitur prodite manus cauſſæ conſerturus, tenorem enim ſcitis concluſionis de Sacramẽto, etſi hoc tempore ex eo portionem rapæ faciant.

OECOLAMPADIVS.

Fratres & dilecti domini, iactitat ſe doctor Eckius mandati ſui, meiq; gratioſi domini ducis Bauariæ, & ego quoq; me iactito dñi mei Iheſu Chriſti, cuius gratia hic ſto, ſuã cupiens laudem enuntiare, ideoq; mihi licere non uideo, paucis uerbis bonã cauſſam perdere. Loquendũ eſt enim, prout expedire uidebitur, circũitus non neceſſarios libẽs demitto, quod mihi neceſſitatis æſtimauero, fideliter proponã, obtemperabo & nunc in plærisq;, ſed iuxta rogabo, ne feſtinanter mecũ agatur, ubi illud cauſſæ neceſſitas popoſcerit. Vnicũ hoc a uobis rogatũ cupio, nihil nobis obfuturã cenſeri ullam uel iniuriam uel contumeliã, quæ nobis innocẽter & immerito obijciuntur, alioqui ad ueritatis cognitionẽ nunq; ueniret. Confido quemadmodũ a meis gratioſis dominis huc ſum expeditus, ſtabit id omne firmum, quod ſcilicet hic non ſtem, quaſi

uinctus

uinctus huc adductus, aut quod imperio poteſtatis quiddã in me, uelut hęreticũ tentetur. In tam imperioſa petitione cupio rationem reddere in longanimitate, qua uellem etiam uti aduerſarios meos.

Deo omnipotẽti laus, qui noſtra uult opera ueritatem manifeſtare. Vt aũt cauſſam ordiar non inepte, uobis dñis meis notũ faciã fundamentũ meũ, non huius ſolius doctrinæ de ſacramẽto, ſed omnis doctrinæ meæ. Eſt aũt fundamentũ meũ meorumq; fratrũ, quemadmodũ Paulus ad Corinth. ſcripſit, prędicamus Iheſum crucifixũ, Iudæis ſcandalũ, Gentibus aũt ſiue Græcis ſtultitiã, ſed fidelibus Chriſtũ uiuentẽ, & ſapientiam Dei, crux Iheſu Chriſti fundamentũ eſt meũ, crux Iheſu Chriſti arma mea ſunt, cum quibus in Deũ dñm meum ſpero ab hoſtibus meis liberari. Certũ habeo ubi uerba bene intelligentur, concluſiones doctoris Eckij (de quinq; loquor) ultimæ namq; duę Chriſtianæ ſunt, non paruo ariete quatient.

Eckius dicit, quod a Zwinglio fugiã, facit Chriſtiana charitas, fratrẽ innocentem excuſari. Aeſtimo equidem Zwinglium ultimas duas propoſitiones non oppugnaturum.

In dicto Pauli allegato ſupremã docemus ſapientiã, uerbũ crucis uirtutem & ſapiẽtiã eſſe Dei, ita nos met Chriſtus ipſe docuit, ac illo diuertendũ indicauit, ad ueritatem ediſcendã, quum dicit, ego ſum uia ueritas & uita, quibus in uerbis nos docet ad ueritatẽ peruenire. Prius enim diſcipulis ſuis paſſionem ſuã indicarat, & ex hoc ſeculo migrationẽ, per quam ad rectã deducimur ueritatẽ diuinę cognitionis, nam iuxta dixerat, Nemo poteſt uenire ad patrem niſi per me. Probe nouiſtis omnes diuinã eſſentiã, ſcitu neq; poſſibilem, neq; neceſſariam, at diuinã miſericordiã cognoſcere, ſumme nobis eſt neceſſariũ, per paſſionem dñi noſtri Iheſu Chriſti, peruenimus ad cognitionẽ miſericordiæ Dei, quod ineffabilis ſit, & ita uere ad Deum pertrahi poſſumus, ad ſeruiendũ illi libere in omnibus bonis operibus. Eſt quoq; & hodie ſatis de hoc in euan

gelio dictum. Conceſſum igitur iam eſt & indubitatũ, præci puum eſſe meritũ paſſionis Chriſti, & quicquid doctrinæ eſt, huic paſſioni detrahẽs, merito ſuſpectũ æſtimari debet, ut in concluſionibus doctoris Eckij qualiter qualiter apparet, ſed & noſtra Chriſtiana doctrina ad id tendit, ut hæc ſumme laudata paſſio Chriſti laudetur, hoc fundamentum erit.

Deus cæleſtis pater, per Iheſum Chriſtũ nobis concedat ueritatis cognitionẽ, Chriſtianã pacem & unitatem, Amen. Diebus proximæ exactis duris a me uerbis doctor Eckius expoſtulauit, fundamentũ meæ & Chriſtianæ doctrinæ, ſacramentorum ratione, quum ipſe prior diſputationũ iure, magis debuerat diuinis literis cauſſam firmaſſe, notũ feci fundamentum meum, cum excuſatione iniuriæ, quaſi nouã fidem inueheremus, dãnaremuſq; quotquot præceſſiſſent, & quod ipſe cupiã honorem & meritũ Chriſti ſumme cõmendari, quod tunc inexequutũ permanſit, id iam perfecte notum facere uolo, iterum beneuolam rogans audientiam.

Inter cætera D. Eckius principio dixit, quod ipſe mea doctrina, tentẽ aufferre pretioſum theuſaurũ Chriſti dñi noſtri, Chriſtianæ relictũ eccleſiæ, quod in cauſſæ enodatione apparebit non ita eſſe, iuxta contumeliã intulit, neceſſario diluendam, non ſolum perſonæ meæ cauſſa, qui libens ultro quædã inepta uerba tranſirem intacta. Illud aũt excuſare me cogit dilectio pacis, etiã ſi D. Eckius illa non dixiſſet, æſtimo nihilominus neceſſariũ, hanc ſuſpitionẽ e cordibus aliorum euellere, & ex nomine eſt illud, quia dicimur ſacramentũ nos habere pro particula rapæ, quod in æternũ Deus a nobis auertat. Ipſemet in me primũ ferrem ſententiã ut quadrupartirer, ubi in meis cõtionibus talẽ irreuerentiã ſacramentis irrogarẽ, hiſq; ſimilem, cupimus inq; ſacramenta in genuino honore apud Deum placita haberi, illo tamen admiſſo, quod parui ducam aliquas ceremonias ab hominibus inſtitutas. Illud deſyderanter optarem omnibus cõmendari, ad quæ nos Deus monet, ut ſunt

ut ſunt in eum uera fiducia, gratitudo, ueritas, in quibus ſacramentũ bene uenerâretur, quum id Deus expoſcat. Hij ſacramentũ pro particula rapæ habent, qui ob unicũ uerbũ, quod deuotiores æſtimentur, qui propter denariũ, quē batzen appellant, qui in uita immunda pariter & inuidia plena ſacramenta contractant, quorũ heu maximus eſt numerus. Et hij quãuis certatim ad hoc ſint, ut Chriſti ſanguis & caro corporaliter illic ſint præſentia, nemo tamen cauſſam plus reddit ſuſpectam, quã illi ipſi ſua non Chriſtiana uita, nam ſi id uerũ crederent, profecto longe aliter eſſent uicturi. Nos aũt (ut Paulus uult) nominamus panem dñi, dominicamq; cœnam. Omne quod Chriſtus cõmiſit, cõmendauit, quo uſus eſt, ſanctum nobis eſt & uenerabile, eo inq; quod uſus eſt, illa ſanctificauit, & eo ſublimiora edocuit. Comparamus illud uerbo Dei, & quo a nobis longius abeſt, ex uerbo diuino particulam facere rapæ, tanto aberit hoc idem de ſacramentis ſentire. Nihil ſublimius cogitari poteſt, paſſione dñi noſtri Iheſu Chriſti, quã ibi cõtemplamur, bono & intelligibili & germano ſermone, ad profectũ & utilitatẽ eccleſiæ, nihil laudati us dilectione Dei & proximi, quæ nobis in ſacramentis uſui ſunt, nunc ubi dilectio ibi Deus eſt, quia Deus charitas eſt, quõ ergo dici poteſt panis dñi, quaſi fuerit panis cõmunis. Certus ſum ubi hic uſus tractatur, illic magnã charitatem & unitatem apparere in tota ueritate. Tam eſt a nobis alienum, quod ad tumultus, & ſanguinis effuſiones prouocemus, cuius non merito inculpamur, hoc enim nos cũ primis exterminamus. Ideoq; & uos probi Chriſtiani, in his ne ultra nos ſuſpectos habeatis, uos quoq; dñe Doctor ſi in his uerbis quiddam correctione dignũ cenſeatis, hoc notũ facere poſſitis.

DOCTOR ECCKIVS.

IN nomine tuo dulcis dñe Iheſu Chriſte, Amen. Etſi longis ſermonũ circũitibus doctor Oecolampadius cõcluſionem noſtrã de uenerabili ſacramento nuſq; attigerit, minus euer-

terit, prout & hoc eſt impoſſibile, acceptius, meliuſq; fuiſſet, mox cauſſæ manus adpoſuiſſe, quum huc peruenerimus ob capitales articulos de ſacramento, miſſę, rationem reddituri. Ideoq; & illi nequaq; admittimus in negatione ſacroſancti corporis Chriſti in ſacramẽto antiquam fidem habere. Hoc aũt uerum eſt, ipſum ſotioſq; ſuos innouare errorem cuiuſdã Berengarij, qui poſt iterũ ad ueram fidem peruenit, inſuper & hunc errorem (uti hereticum) ſua reuocatione damnauit.

Quod ultra dñs doctor ſe excuſare nititur, a cõmuni quadam fama aduerſus eum in uulgata, in maioꝝ noſtroꝝ damnatione, peregrinũ mihi adparet, nã ſicut frater eius in Chriſto Vlrichus Zwinglius nobis in Chriſtiana religione iniuriatus eſt, ſacramẽti ratione damnatã eſſe, excogitatã, atq; perditam idolatriam, ac ſe neſcire ait, ſi coram Deo maior extiterit abhominatio uitulus aureus in Dan, uel certe noſtrum ſacramentum, uelletis igitur idolatras, etiam ſi hij doctoris uel mater uel auia fuerint ſaluari?

Proximo plurimũ exornauit ſuũ dñm Iheſum, merita eius diuinã omnipotentiã, miſericordiã, quaſi coꝝ ſolũ dñs eſſet Iheſus Chriſtus. Aa domini mei, patiamini & dñm Iheſum Chriſtũ noſtrũ quoq; eſſe Deum, & amaræ paſſionis illius ac meriti ſinite nos eſſe participes. Faxit deus, doctori cũ Zwinglio & alijs, hoc cordi illis eſſe, quod ore exprimunt, miſericordiam uolo & omnipotentiã Dei, tum demum cognoſcituri eſſent Deũ ſupreme, & miraculoſe illa in ſacramẽto oſtentare. At eius circumloquutiones quiſq; prudens perpendet eo modo fieri, quo ſolẽt in iuditijs cauſſarũ procuratores actionis demerita horrere atq; prorogare negotiũ. Hodie nãq; mihi proponit, quod ipſe debeã ex diuinis literis meam concluſionem defendere, res rationi cõſona, ob id hic aſto Chriſtianam concluſionẽ antiquæ & indubitatę fidei defenſurus, illam D. Oecolampadius quare nõ oppugnat, nihil aliud eſt quod optem, quã ut ipſe cum ſuis ſotijs hic præſenter & corã

omnibus

oibus notũ faciat diuinis literis, quare (ſua opinioẽ) de ſacro ſancto corpore & ſanguine Chriſti, concluſio debeat eſſe fal ſa, tum experimento diſcet una cum ſibi adiunctis ad obiecti ones eius me reſponſurum.

Quod aũt de rapæ particula ſententiã tulit ut quadrupar- tiretur, proculdubio, plerıq; ſunt hic præſentes ex uobis dñis meis, qui ex nouis Chriſtianis audiuerunt, eorũq; cõtionato ribus, friuole ſacramentũ uenerabile particulã rapæ nomina re, uo letq; Deus, ne aliqñ de illo blaſphemius loquerentur.

Ipſe aũt Oecolampadius, quod coram cõmuni plebe, ex Chriſtiana dilectiõe, conatur ſtatũ ſacerdotalẽ odioſum red- dere, quippe quod inuidia & peccatis uenerabile ſacramen- tum pertractant, ego pro nullo malo reſpondebo, ſed nec quẽq; peruerſum expurgabo, Deũ tamen rogabo, ut ſibi & oibus miſeris peccatoribus ſuã gratiã impartiatur. Om̃is aũt probitas & uidere poteſt & perpendere, ac manibus contra- ctare, qui ſacerdotũ antiquæ uel nouæ fidei exempla imitati- ora proponant, ſua quoq; uita minus ſcandali præbeant, uni co ſolo dempto, nam noui fideles, ſi eorꝝ fides recta foret, pro ut non eſt, hoc comodi haberent, quod (ſua æſtimatione) fa- cilius a peccatis abſtinerent, etiam ſi eorꝝ ſacerdotes non con fiterentur, nec ieiunarent, ſeptem horas canonicas neq; per- ſoluerent, & eiuſmodi opera intermitterent, ſi hoc modo uia nobis eſſet amplianda, non aberraret ab illa etiam cæcus.

Quod inſuper D. Oecolampadius circũuagatur, panem ſuũ piſtoriũ ſic ſignificare, & notificare rem maximã, atq; prę ſtantiſſimã, amarã dico paſſionẽ Chriſti Iheſu, nouos precor fideles, ut cordi accipiãt, quã ineffabiliter maior ſit memoria amarę paſſiõis & mortis Iheſu Chriſti in pręſentia illius ſacro ſancti corporis, & illius ipſius ſancti ſanguinis, ꝓ nobis fuſi.

Tandem gloriatur uſum doctrinæ eorꝝ nouæ facere unio nem & pacem, quodq; ad nullũ deſeruiat tumultũ excitãdũ, hoc utinam ſic ſe haberet. Docuit nos dñs noſter Iheſus Chri

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſtus arborẽ ex fructibus cognoſci, nos aũt & uidimus, & ex-perientia didicimus, quos formoſos fructus hoc nouũ euan-gelium, quod ſub ſcamno extraxerunt pepererit, ut uerũ fa-ctum ſit, quod ille dixerit, germanico rithmo, Si Lutherus cum ſuis ſotijs non ſcripſiſſent, duraſſent cum ſuis bonis & uita probi quamplures incolumes.

Doctor Oecolampadi etiã ſi adhuc neſciatis, prima cõclu-ſio mea ita ſonat. Verũ corpus Chriſti & eius ſanguis præſen tia ſunt in ſacramento altaris, hoc tenemus, hoc credimus, hac in fide nos inueniẽdos ſperaturi, in extremis uitę noſtræ, uelit id Deus. Nunc quum oppoſitum doceatis atq; ſcribitis, prodite, cauſſæ manus apponite ſerias, ſermones uagos & coloratos demittendo.

DOCTOR OECOLAMPADIVS.

Chriſto fideles & probi & dilecti, circumloquutiões non diligo, uehementer tamen neceſſarias æſtimo, quum ita pro-cedatur, ſperans hoc uos met perpenſuros. Non diſputatio-nis dumtaxat cauſſa hic ſum, quum iuxta cupiã meam inno-centiã notã facere. Mihi adhęrẽtes non habeo, nec ego alicui adhęrere deſydero, niſi uerbo Dei, huic ſi quis aſſentitur, etiã ille mihi dilectus eſt. Nam ſi quis ut fratrem me recognoſcit, eius neq; ego uerecundabor, propter dñm. Chriſtum uero, quia meum dominum nomino, quod & Paulus fecit, ob hoc nulli infertur contumelia, nec irrogatur iniuria. Seculi prin-cipibus & ſuperioribus propterea nõ aduerſor, in eis tamen non gloriabor. Nam qui gloriatur in domino glorietur.

Ex parte Zwinglij non opus eſt hoc ſermone, precor do-minum doctorem, alioſq; uenerabiles & doctos dños, quum tantã habeant gratiã & doctrinã, & Zwinglius tam eſt ouis errabunda, quatenus Deum illo uenerẽtur, & exemplo Ihe-ſu Chriſti domini noſtri eum uiſitare dignentur, & animam pro qua Chriſtus mortuus eſt, cum alijs eripere iuuent. Neq; dubito dilectos dominos Thuricẽſes uos honorifice tractã-turos

turos, uoſq; cum plurimo honore ad propria remeabitis.

Ob Berengariũ qui reuocauit tantũ dico, etiã canoniſtas, ſed & Theologos ſi uerba expendant falſuros. Quum dicat corpus Chriſti ſenſibiliter manducari nimium dixiſſe, hunc quoq; errorem nocentiorem fore, quã id erat quod ante hac cõfeſſus fuerat, ita gloſſa illius canonis digerit, ex quo datur intelligi quomodo reuocetur.

Vltra quod aliquorũ ſacerdotũ infidelitatem taxaui, ideo neq; ueros, neq; probos ſacerdotes increpaui, in ſacris literis non reperio, ut eorũ peccatrix uita abſq; correptione eſſe debeat, per uerbi precones. Quod aũt inuidia ſtimulantur, melius facere non poterunt, quam ab eorum peccatis deſiſtendo, tum aufferet illorum honor omnem inuidentiam.

Ex parte fructuũ falſos prophetas & doctores ego non excuſo, qui nouum euangelium inueherent, ſi inobedientiã & impatiẽtiam docerent. Gratia tamen Dei teſtimoniũ habeo ſufficiens, doctrinã meam non eo tendere, nec iactanter hæc dico, hoc prædico quod Apoſtoli prædicauerunt, hij nos docuerunt pacem, patientiã, charitatẽ, ex libero corde prodeuntem. Superioribus obedientiorẽ populũ nemo facere poteſt, quã per ſanctũ euangeliũ, quo nos ad pacem inuitamus, cupientes gladios in falces conflari, probe ſcirem ego tumultus cauſſas, hic nulla neceſſitate narrandas.

Vnicũ a D. Eckio propoſitũ eſt cauſſæ deſeruiens, quippe quod æſtimet corporalẽ Chriſti præſentiã, ad magnã deuotionem extimulare, & plus nuda memoria, hoc aũt inueniri non poteſt, dicente domino ad Thomam. Beati qui non uident & tamen credunt, quo datur perſpici, corporalẽ præſentiam infirmioribus mortalibus impedimẽtũ adferre in eleuationem animi ad cœleſtia, quamobrem & ultra dicit dominus. Niſi ego abiero, paracletus non ueniet. Chriſtus ſua paſſione meritum, per quod ad deuotionem traheremur, ſuffitienter perfecit, quum in miſeria tanta paſſus eſt & mortuus.

Multi

Multi hic illum uiderunt corporaliter, pauculũ fructuũ inde nacti, quo minus inuiſibilis præſentia, ueſtra opinione, ex ſe impotens hoc efficiet. Illic enim fit imaginationis innouatio, & internorũ cogitatuũ ſolicitorũ ob præſentiã, medioq; tempore intermittens, quæ a Deo præcepta ſunt, mortis uidelicet cõtemplationem. Scitis nempe humanã memoriam eſſe labilem & anguſtam. & in uno momento multa cogitare impotentem, hoc tamen extenſius declarabitur in futuris ſermonibus fiendis, uolente Deo. Nunc quando placuerit ultra de ſacramentis loquuturus procedam.

D. ECKIVS.

EX ratione adhęrẽtiæ maneat. Quod tamen cõminiſcit̃ de turmæ ſuæ paucitate Zwinglij cauſſa, inconſuete præter repit & labitur D. Oecolampadius. Quum enim indicaram per Zwinglij doctrinã noſtros maiores, ſed & doctoris matrem uel auiam idolatras fuiſſe, & ob id damnatos, diuertit in perſonam Zwinglij monendo me ac alios dños, ut Thuregium applicemus, eumq; inſtruamus. Opinor coram quouis probo uiro me facile obtenturũ, ſatis me feciſſe, quippe quod illum triginta tribus plus miliarib⁹ ſequutus ſum, quum ipſe ad nos tria dumtaxat miliaria uenire dedignetur, & in eum locum, ubi maior eſt pars cantonũ laudandi fœderis Heluetiorum, quibus merito fideret in tam firma ſecuritate, quę etiam Theucro ſatis eſſet, uti ego confido, quam ſequi ſuadeat unicum Heluetiorum cantonem.

Fugam quærit cum Berengario, quum enim induxeram ante tot annos illum errorem ut hæreticum damnatũ in ſacro concilio, illud pertranſiens, in aliquibus uerbis Berengarij reuocationis eius, immoratur & ipſe quum non neſciat, quis Chriſtianus ſenſus in uerbis contineat̃, ad apparentiã tamen tentat coram ſimplicibus oppugnare. Notum eſt enim in arboris plantatiõe, quum plus nimio in unã partem minans incuruat̃, ad aliud latus plus debito trahit̃, quã illud rectitudo

in ſe pati queat, adhuc difficulter rectificatur. In eum modũ quando patres uoluere mortales ab errorꝝ incuruatione abducere, uerba expreſſerunt huic errori magis aduerſa.

De ſacerdotũ proborꝝ perſonis excuſationem ſuam tranſeo, multi tamen nouorꝝ Chriſtianorꝝ contionatores inueniuntur dicẽtes, quantumq; ſacerdos probus exiſtat miſſam celebrans, carnifex nihilominus cenſeri debeat.

Iactitat ſe doctor illud prædicare, quod Apoſtoli prædicauerũt, quare ergo non oſtẽdit qbus in locis Apoſtoli prędicarunt corpus Chriſti in ſacramẽto nõ eſſe, alia uerba demittẽs.

Proponit Euangeliũ efficere populũ pacificũ, uerum eſt, at gloſſæ & paruulæ inuectiones, per nouorꝝ Chriſtianorꝝ prædicatores inductæ, omnẽ faciunt tumultũ, inobedientiã, & totos inferos, quod ex illo apparet, quia plærīq; eorꝝ proterue probis & ſimplicibus hoibus, præter Dei & hominum timorem prædicare audent Euangeliũ ſanguinẽ expoſcere.

Septimo utitᷓ D. Oecolampadius conſueto exercitio contionatorꝝ nouorꝝ fideliũ in meis uerbis, quibus dixi præſentiam corporis Chriſti, & eius prætioſi ſanguinis magis deuotionem incitare, quã panis ipſorꝝ piſtorius, teſtor uos omnes auditores, teſtorq; notariorꝝ ſcripta. Adeſt tamen doctor meus, uerba mea inuertens, mihi impingit, quaſi dixerim præſentiã Chriſti meliorem eſſe, memoria paſſionis ſuæ, hoc forte nouit melius inducere, ob idq; illud ſumpſit in manus. Et illud quoq; præſtigiando primo inducit præſentiã corporis Chriſti impedimento eſſe deuotioni, cum declaratione infirmitatis intellectus noſtri, qua ſimul multa intelligere nequeamus, quaſi ſuus piſtorius panis nihil impediat, ſed plus promoueat contemplationem mortis Chriſti, quam met ipſum corpus. Secundo inducit uerba Chriſti, Thomæ dicta. Beatos eſſe credentes inuiſa, quaſi in ſacramento neq; nos crederemus, & ſi non uideamus. Ideoq; uerba Chriſti nobis inſeruiunt in magnam conſolationẽ, quum dñm Iheſum in ſacra-

mento non uidentes, nihilominus credamus, quod aduerſarij in hoc articulo infideles, cum Chriſti eccleſia non recognoſcunt. Tertio ultra deducit corporeã Chriſti pręſentiã in multis hominibus nihil profuiſſe, uerũ in his qui nullã habuere fidem, quales fuerunt Iudas, Herodes, Cayphas. Multo aliter operata eſt, corporalis præſentia Chriſti in fidelib⁹. Ita & hoc die fatemur præſentiã Chriſti in ſacramento, adhuc doctori inutilem eſſe in Zwinglio, qui eius pręſentiã non credit. Fructus aũt ineffabiles facit dñs noſter Iheſus Chriſtus in uenerabili ſacramento, in probis mortaliũ cordibus fidelium.

Quarto inducit, & ſi fruſtra uerba Chriſti ad diſcipulos ſuos, Niſi abiero paracletus non ueniet, ubi palam eſt dñm noſtrum Iheſum Chriſtũ de abitu ex hoc ſeculo per mortem loqui, ultra nobiſcũ non conuerſaturus humano more uiſibiliter, ut ante fecerat. Ideoq; domine doctor uos precor domino Iheſu hanc ne poſt hac faciatis irreuerentiã, ut illius diuina uerba ita dilaceretis ueſtram nouam doctrinam, cum hoc firmando contra ſenſum ſpiritus ſancti.

Quinto aliquid probis imponit Chriſtianis nunq̃ uerum futurũ, depingit quã ſimus negotioſi in contemplatione corporis Chriſti, de quo om̃es probi Chriſtianæ eccleſiæ filij ſciunt rem aliter ſe habere. Nam eam ob cauſſam omnibus probis fidelibus inſtituit uenerabile ſacramentũ paſcali tempore ſumendum, quo in tempore præcipue recogitat paſſionem & mortem Chriſti. Et ut eo fidelibus non eſſet impedimento in gratijs agendis morti Chriſti retraxit feſtũ corporis Chriſti poſt Penthecoſten.

Adhuc aũt ſtat concluſio mea intacta firma & inconcuſſa, rogo uos dñe doctor propter deũ, opinamini erraſſe Chriſtianam eccleſiã in ſacramento, uelitis hoc nobis indicare.

OECOLAMPADIVS.

Probi & dilecti Chriſtofideles, non paruũ fuit argumentum, quod in prioris ſermonis calce eduxi, nec ulla adhuc uia

ſolutum

ſolutũ, gratia Dei materiã attigimus, at proloquia ueſtra occaſionẽ mihi præbẽt, reſpõdẽdi cauſſam Zwinglij demiſſam facio, Chriſtianã feci petitionẽ, quã mihi precor indulgeri.

At ratione Berengarij, quod ad noſtrã deſeruit cauſſam, nondum ad ſatietatẽ intellexi, unũ neglexiſtis pontifici damnoſum, & uerbi Chriſti non promotoriũ, quaſi in articulis fidei ſic colludere liceret, quo ab uno errore in aliũ decidatur, noſtrã nouiſtis regulã, quod in fidei cauſſis certis ſit agendũ uerbis. Nam ita ſi fuerit addendũ, minuendumq́, nihil apud nos certi manebit. Nunc uero dixiſtis eſſe de more & uſu, ut in alteram partem arbor trahatur, quo rectior increſcat. Scitis aũt quid ſapiens aiat, uerbo Dei neq́ addendũ neq́ minuendum, ne mendax quis reperiatur.

Vltra Euangelij cauſſa, gloſſæq́ iterum Deo gratias ago, quia gloſſam non ſum ex toto aſpernatus, ſiue aduerſa mihi fuerit nec ne? Scio inq́ Paulũ dicere, omnia probate, quod bonum eſt tenete, eſt igitur probanda gloſſa, ſi ſcripturæ conformetur. Nihilq́ ex toto nobis eſt addubitandũ, quum alia uerba iuxta hoc in calce inducta (opinor) ex toto lumen nobis præbent ucrioris intellectus, quum quis ſe fundet in articulis Chriſtianæ fidei. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei patris, inde uenturus eſt &c.

Quia tamen mihi ſupplicauit D. Eckius uerba Iheſu Chriſti non dilacerare, aduerſuſq́ ſpiritũ ſanctũ non pugnare, eius rei ſemper inclinatus fui, cooperante gratia Dei, non dubitate, neq́ ab hoc deuius oberrabo. Hic oportet interrogabo, qui ſcripturarũ ſint dilaceratores, uel hij qui uerba adducũt, ſicuti ſunt adducenda, iuxta uerũ intellectũ, uel certe hij qui aliquid addunt. Nunc ergo dicto Chriſti nihil addidi, Niſi abiero &c. At D. Eckius ſuper adijcit non fundatũ, quaſi fuerit ſenſus uiſibiliter ratiõe corporis dñm in cœlos abiturum, in uiſibili uero corpore hic præſentem eſſe. Vbi nam in ſacris literis reperiet inuiſibilem corporeã præſentiã, indubitatũ id

ſi fidem concerneret, tacitũ nobis nequaꝗ̃ fuiſſet. Quin & il lud Chriſti eccleſia cæteris addidiſſet articulis fidei. Ideoq́ & Auguſtinus in libro ad Petrum diaconũ, in cuius proloquio promittit ſe ſufficienter inſtructurũ eum, quid ſibi credendũ ſit, articulorũ fidei cauſſa. Vbi de ſacramento loquitur ex toto meæ opinioni ſubſcribens, nullũ ex eo faciens articulum fidei, contentos nos ſinit rememoratione.

Dicit me Chriſtianis imponere, negotioſos ſe habere, ex carnis præſentia, ob id dico a me nõ ſunt iniuriati, experitur enim in ſe quilibet, magnã Iheſu Chriſti maieſtatẽ cognoſcẽs ſuæ præſentiæ, ſe cohibere nequiens quin miretur, & ſi corporeis oculis eum non intueatˉ, imaginatio enim rei tam magnæ, hominem non ſinit eſſe feriatum. Opinor certo, ſi quis nocte amicũ bonũ apud ſe ſciret præſentem, mox non deſtiturum, quin illum excipiet, & de illo cogitet. Plane ſciendũ etiã contra D. Eckium inſtitutio feſti corporis Chriſti, ſi memoriæ dumtaxat paſſionis Chriſti fuerit adhærendum, quid opus eſſet hoc inſtituere feſtum. Si aũt cogitanda nobis eſt carnea præſentia, non erit memoria paſſionis Chriſti ſufficientior & perfectior in cœna domini.

Supereſt unum de idolatria, uerũ eſt dixi, miſericors Deus ſimplitiũ fideliũ, in ea fide diſcedentiũ Iheſum eſſe Chriſtũ & ſaluatorem noſtrũ gratiã impartietur, nullam enim complacentiã in ſua habuere neſcientia. O dilecti fideles Chriſti, ſi interiorẽ noſtrũ hominem melius contemplaremur, multo maiorem idolatriã in nobis omnibus inueniremus, ideoq́ & nos pro peccatoribus ſemper recognoſcimus. Quam pauci ſunt eorũ qui Dei præcepta ex ſolo timore obſeruãt, aut mercedis deſyderio, quæ cauſſa ſi recte conſideretur, erit hoc ſingulis idolum, quod plus Deo diligit. Quam ſunt pauci ſe nõ diligentes, & Deum uentrem ſuum facientes, uellemus ob id omnes damnare. manũ ergo Chriſti nequaꝗ̃ incurtabimus, bonæ ſpei ſumus, ſi noſtra fides falſa non fuerit inuenta, impartietur

partietur nobis ut latroni gratia, & neq; nobis denegabitur, non enim reſpicit Deus hominum perſonas.

DOCTOR ECCKIVS.

IN nomine tuo o dulcis domine Iheſu Chriſte. Ad meam reſponſionem datam primo ſe D. Oecolampadius præbuit audiendum, argumentū ſuum aſſumptū, in robore ſuo permanere, quod ego tamen a ſuis uiribus euerti, expectaturus donec hæc & alia Biblicis ſcripturis melius firmet.

Secundo ſe iactitauit uictoriæ nondū conſequutæ, quod ipſe neglexerim, & in Pontificis damnū aliquid conceſſerim de Berengario &c. Id ſolū dictū eſt ad colorādum errorem, & ad ſimplices obcœcandos, doctorem aūt breuibus ego ſic conſtringam. Dum Berengarij reuocationis cōminiſcitur, æſtimat uel eſſe ueram uel non ueram, ſi uerā credit, iam bellum in concordiā abijt, & uenerabile ſacramentū deuicit, cogiturq; errorē ſuū abnegare, & Berengario maledicere, doctor uero ſi æſtimet Berengariū falſa dixiſſe, qd ergo doctor ipſe tentat cum falſitate noſtrā indubitatā & ſanctā fidem oppugnare. Præterea undequaq; notū eſt, ex uſitata totius eccleſiæ doctrina, nec deeſt hic quiſq̃ probus Chriſtianus, quin ſciat qualiter uerba ſint Berengarij intelligēda, eo inq̃ modo ut orthodoxi nos in uenerabili ſacramento intuemur, uel externas ſpeties panis & uini ſentimus, corpus uero Chriſti qđ non uidemus firmiter illic credimus. Quod ſi doctorem meū non teduiſſet, unicū adhuc foliolū euertere poſt Berengariū clare reperiſſet, de con. diſ. ij. cano. Qui mandat.

Quod ultra tentat hodiernā reijcere declarationem cōmuni ſabathali dicterio, nihil addendū uel minuendū, & ut iuxta regulā præſcriptis uerbis loquamur. Dico etiā Arriū hæreticum Chriſtianis patribus ſic interloquutū, hoc uerbulū omuſion admittere nolēs, hoc eſt Deum patrem & Deum filium unius eſſentialis ſubſtātiæ eſſe, uerba ergo ſi ſola haberemus, ubi dicit pater plus uel maior me eſt, quibus precor Arrianæ

hæreſi reſiſteremus. Quod ergo ſcripturæ nihil ſit addendũ, ſiue adimendum, ſic oportet intelligatur, nihil ſcripturæ contrarium ſiue aduerſum addendum, quemadmodũ illud prolixioribus uerbis declarari poſſet, breuitatis cauſſa demiſſis.

Tertio ex parte gloſſæ tranſeo, nihil enim illi prodeſt, ſed neq; mihi obeſſe poteſt.

Pro quarto libenter ſe excuſaret, de non dilacerandis ſcripturis ſacris, dico id illũ non poſſe, aptius oportet in cauſſam ſe ordinet, hodie enim clare oſtendi, quod etiã cuiq; probo fideli plane intellectũ uerba Chriſti, quibus ad Thomam uſus eſt, per eum peruerſe, & ſuæ inductionis aduerſæ deduxit, cõtra uenerabile ſacramentũ, neq; etiã ad eam dilaceratione quicq; reſpondit. Alia uerba Chriſti ad diſcipulos, Niſi abiero paracletus non ueniet, met ipſe fatetur, fateriq; cogitur ex aperta ueritate, dñm intellexiſſe abitũ ſuũ ex hoc ſeculo per mortẽ & aſcenſionẽ ſuã, quod ultra nobiſcũ non eſſet uiſibiliter conuerſaturus, nunc aũt adeſt dicens addidiſſe me uerbulum ſed, quod inuiſibiliter Chriſtus nobiſcũ ſit permanſurus in ſacramento. Ad qđ ego reſpondeo, hoc eſſe principale quare diſputamus, me cum eccleſia Chriſtiana credere dñm Chriſtũ corporaliter præſentẽ eſſe, in uenerabili ſacramento, cõtra quod dñs meus doctor, etiã a me ſępius & interpellatus & rogatus, nec iota unicũ ex ſacris literis inducere uoluit.

Vltra deducit Chriſtianã eccleſiã non nobis dediſſe de ſacramẽto pro articulo fidei, & cũ ea Auguſtinus in libro de fide ad Petrũ diaconũ, qui & ipſe memoriã eſſe finit ſiue rememorationẽ corporis Chriſti, ad duo hæc ualde demiror, quũ noui chriſtiani tãto ſe iactitẽt de ſacris literis, ſacra cõcilia reijciãt, ſanctoſq; patres, quur ipſe iã doctor meus ſine ſcripturis progredit̃ Aug. inducẽdo, quũ apte cõtra me dicat Lutherus in Liptzenſi diſputatiõe, ſi diceret hoc, qđ tũ ꝓponebã, mille Auguſtini ſe ſolũ & unicũ eis obſtiturũ. Dñs aũt doctor meꝰ dilectus, ſi cauſſam hanc in S. Aug. arbitriũ cõmittere uelit,

hoc

hoc die rē oēm expediemus, tā clare & irrefragabiliter fatet̄ S. Augu. corpus Chriſti & eius ſanctū ſanguinē, pſentia eſſe in ſacramento. Aut certe uel dn̄s doctor meus Auguſtino in hoc ſolo libro credere uult ad Petrū iducto, iterū placet, ſed il lo unā cōcluſionē obtinui, miſſam ſcilicet eſſe ſacrifitiū, q̄dq̧ in miſſa ſacrificet̄, ut clare liquet xviij. cap. per miſſam. In illo nāq̧ capitulo S. Aug. apte fatet̄ eccleſiā p uniuerſum orbē nō ceſſare a panis & uini oblatiōe Deo oīpotenti, qđ in miſſa fit. Qđ aūt doctor meus unicū uerbulū ex Auguſtino expiſcat̄, qui poſtea mox ſacrifitiū eccleſiæ memoriā nominat. Dico id illi adiumēto nequaq̧ eſſe, oēs nāq̧, pbi Chriſtiani fatent̄ hoc ſacramētū, miſſamq̧ huius ſacramēti cauſſa memoriā eſſe, & dn̄i noſtri Iheſu Chriſti recogitationē. Multi uero nūc Chriſtiani noui, qđ ex pprio eoꝝ capite, in hoc alijſq̧ articulis hoc uerbulū ſolū addūt, ut ſcilicet ſola ſit memoria, in hoc falſitas ipſa obtegit̄, neq̧ pmittemus illis, niſi ex ſacris literis, pbarint.

Sexto articuloꝝ eccleſiæ ratione, peregrinū adparet, audere dn̄m doctorē illa in arenā educere, amicus enim illius, & aliq̄n frater in Chriſto, Wilboldus Birckhaimerus ex Norinberga, in eo libello quē contra dn̄m doctorē expreſſione inuulgauit de ſacramēto, clare ei oſtēdit, errorē hūc ab eccleſia damnatū, in tribus Chriſtianis concilijs, Thurone, Vercellis, & ſub Pont. Max. Nicolao. Quamobrem oēs Chriſto fideles probi ſanctæ eccleſiæ filij, hoc uenerabile ſacramentū credere debent, & errorem hunc peruerſum damnare.

Adhæc quod dn̄s doctor meus opinatur proba fideliū corda plus impediri in ſua deuotione, in contemplatione corporalis præſentiæ Chriſti, quā cum ſuo pane piſtorio, & ex qua ſi contemptu loquitur, de ſolemnitate feſti corporis Chriſti Iheſu, adeo retuſum inducens argumentū, dicēs. Si ſola Chriſti paſſio contemplanda fuerit, non eſſe neceſſariū corporis Chriſti feſtū, at corpus Chriſti, ſi ſolū fuerit contemplandū, recidet in obliuionē amara eius paſſio. Ad hæc reſpōdeo ual

de mi

de miratus, in qua uel ſcola uel cõtione, illa dñs doctor meus didicerit, intermittat uerbulũ hoc, & ſolutũ erit argumentũ, nulli equidem probo fideli hæc lex neceſſitatis edicitur, alterum illorũ ſolũ contemplari incarnationem, Chriſti corpus, mortem, reſurrectionem, aſcẽſionem &c. Eſt igitur ſimplex deductio, quum opinetur doctor, Chriſtianos hunc ſupræmum theuſaurũ mirari in uenerabili ſacramento præſentem, ob idq; deuotionẽ minui. Rogo dñm doctorẽ ſaltẽ prophetę ſancto Dauid credat, dicenti. Memoriã fecit mirabiliũ ſuorũ, miſericors & miſerator dominus, quorum uerborũ Eccleſia cõminiſcitur in feſto corporis Chriſti.

Vltimo eduxit dñs doctor meus ex Zwinglio particulã in arenã, ab initio ſibi propoſitã, idolatriæ ſcilicet noſtrorũ prædeceſſorũ, eum excuſare conatus, niſi adeſſent hoc plane intelligẽtes, in hoc ſe fundans. Si maiores noſtri ſimpliciter crediderint dñm Iheſum eſſe redemptorem noſtrũ, & ſi in ſacramento aberrarint, nihil illis damnationis eſſe. Et ut illa corã ſimplici populo ſtibio exornet, uago circũitu colorauit apud peccatorẽ eſſe multã idolatriam. Contra hoc dico falſum eſſe fundamentũ eius, eſſeq; tectoriũ omnis hæreſis. Sic nempe omnes hæretici Arriani, Macedoniani, Eutitiani &c. ſaluati eſſent. Hij namq;, etſi maximi fuerint hæretici, ſicut optime nouit dñs doctor meus, credidere nihilominus dñm Iheſum redemptorẽ eſſe, & ſaluatorẽ mundi. Mirum auditu capitaneum nouorũ Chriſtianorũ Martinũ Lutherũ (etſi hoc errore ſacramenti non implicetur) multipharíã tamen docuiſſe fidem in Chriſtianis cordibus quolibet peccato mortali deperdi, quo nunc modo dñs meus doctor, noſtris maioribus fidẽ admittit, tot errores illic impingens, nec uulgarem & cõmunem idolatriã, ſed ex ſpecie increpat probos noſtros & fideles maiores, & idolatriæ inſimulat, ſupræmũ quoq; honorẽ & ſoli Deo debitũ ſua opinione piſtorio ſuo pani impẽdiſſe, ex noſtris Chriſtianis prędeceſſorib[9] peiores faciẽs homines

quam

quam inter gentes unquam fuerint, qui ſolem lunamq́ꝫ, cæpas & allium adorauere.

In ſermonis ſui concluſione, dñs meus doctor aliquid propoſuit, ſimplici & cõmuni populo acceptũ, & dixit ſacramenti cauſſa, ſe cum Chriſtiana tenere eccleſia, quippe quod eccleſia neqꝫ ab eo diſſentiat. Cuperem inqꝫ libens audire a meo dño doctore, ubinam eccleſia ſua cũ piſtorio pane eſſet, concluſionem noſtrã de ſacramẽto cum Chriſtiana eccleſia eſſe, ſparſamq́ꝫ per uniuerſam eccleſiã, & per circulũ totius orbis, teſtibus comprobare poſſumus, atteſtantibus nobis Hyſpania, Francia, Germania, Italia &c. etiã cum Bohemis. Adeſt quoqꝫ & Lutherus nobis teſtis, ſed & Caroloſtadius ipſe, qui hunc errorẽ primus inter uos huic mundo importauit, a quo iam decidens reuocauit & damnauit. Niſi dñs meus doctor æſtimet cum donatiſtis quorꝫ Auguſtinus meminit, Chriſtianam eccleſiã, apud eos ſolos eſſe, qui nouiter in duobus aut tribus annis exorti, non ſolũ contra uniuerſalẽ eccleſiã, ſed & cõtra ꝓpria ſcripta, doctrinã & libros, illud denuo erexerũt.

Preterea, quia ſe dñs meus doctor cum alijs plæriſqꝫ uerbi Dei miniſtros ſe iactitant, ſimplicẽ populũ continuo ad credendũ ſolicitẽt, hucuſqꝫ Euãgeliũ fuiſſe tacitũ & abſconditũ. Iterũ eum rogo ꝓpter Deũ obteſtãs, ſi quã habeat ſcripturã, uel certe Euãgeliũ aliq̃d cõtra uenerabile ſacramentũ Chriſti educat illud, ut inde detr̃ itelligi, uter ſcripturas uere adducat.

DOCTOR OECOLAMPADIVS.

Dominus noſter Iheſus Chriſtus cõcedat nobis omnibus gratiã ſuam, Amen. Adgrediendũ putabã, ſuper quo rogor, ſed hæc uerborꝫ contumelioſa irritatio finem non capit. Cogor me excuſare, ob Berengarij cauſſam, ſtet firmũ ſicut hodie dixi Pontificem Nicolaum plus nimio feciſſe.

Doctor Eckius conceſſit plantã poſſe in aliã partem trahi, exceptionẽ eius nullo alio dicto probat ſcripturæ, adhuc igitẽ eius ſermo eo tendit, ei aliq̃d addi poſſe. Id nempe illic a Pon-

F

tificc poſitū, ſcriptura non habet. Cum Arrio ſecus eſt, q̄ ſcri- pturis eſt deuictus, quæ ſcripturæ etiā ſi mihi adducant, ob- ſtrepere non tentabo. Profecto neceſſariū non æſtimo oīm Pontificū ſcripta cōfirmare, nā ego ipſe bullā uidi, in qua fue rant excōmunicati oēs, qui aduerſus Venetos arma cape po- tuiſſent, & nō acceperūt, hij ſi in Pontificali excōmunicatiōe fuerint, ea de re tm̄ quis teneat, quantū ſaluti animæ ſuæ utile & bonū arbitrat, nos apud uerbū Dei ſumus perſeueraturi.

Secundo quod dixerim nō eſſe articulum fidei, adhuc di- co. Auguſtinū quoq; in allegato loco uolenter accepto, non eſt enim contra me. Ratione ſacrificij ſuo tempore reſpon- debit. Auguſtinus quoq; & in alijs mihi eſt deſeruiturus.

De allegato feſto corporis dn̄i conſtat eſſe nouū, plus ha- bens deuotiōis gentiliū, quā Chriſtianorꝫ. Verū ad deuotio- nem deſeruit? Quid ibi eſt cernere, multā externā pompam, & alia quæ obticeo. Ibiq; met ipſe doctor Eckius ſe læſit, plus ad Chriſti corpus dirigens, quā ad memoriā paſſionis, & alia quoq; bona opera. Hic ne dum Iohānis dictū enodauit, alio ſcripturæ dicto, qđ illi incubuiſſet continuo ſcripturas a me expoſcens quas etiā datas ipſe non abſoluit.

Ad hæc Lutherū mihi obijcit cæteroſq;, Lutheranus nūq̄ fui, at Lutherus ſi quid boni dixerit gratū accepi. Eckius equi dem ſi quid Chriſtiani dixerit, etiam acceptum habebo.

Ratione Birckhaimeri, talem edidit libellum, quem etiam doctorem Eckium non reor in omnibus probaturum.

Illud tamen de idolatria & noſtrorꝫ peccatorꝫ cauſſa dictū firmādo, non ex plano cōfeſſus ſum idolatras ſaluari, additū eſt nāq;, tales hoc ſuo errore cōplacentiā nullā habere. Iuxta quod & de ueſtri cordis pietate præſumēs eos, uos neq; dam naturū, ſed Dei iuditio cōmittendos, procul abſit, ob id me gētibus eos adnumerare. Quum ſemel Iheſum Chriſtū dn̄m noſtrū, & iuſtitiā noſtrā fide cognouerint Dei miſericordiæ fidentes. Fidei tamen eorꝫ ratione, ſpero non ex toto apud

illos

illos extinctã fuiſſe, quod prolixiorẽ diſputationẽ requirit. Ad hoc tñ dico poſſe idolatriã cenſeri, quæ tamen peccatum mortale non ſit, fide tamen præcedẽte & uolũtate nõ ex toto adſentiente, uti nobis hodierna demonſtrant exempla, alios aũt inualidos ſermones demiſſos facio, ad materiã rediens.

Dilecti Chriſtiani, me cũ eccleſia tenere, eccleſiãq; mecũ dixiſſe me cõprobabo. Semper uſui fuit panem dñi (non ſimpliciter nomino piſtoriũ panem) ſacramentũ corporis Chriſti nominatũ, id quod oẽs uos fatemini, nunc aũt ſi huius uerbi ſacramentũ continentia ponderet̃, cõperto habebitur uerbor̃ domini declaratio cenæ dñi, quum dicunt Euangeliſtæ, Hoc eſt corpus meũ, recte exponentur. Sacramentũ eſt corporis mei. Tota enim Chriſtiana eccleſia ſacramẽtũ æſtimat, at ſacramentũ aliud eſt, ab eo quod ſignat. Sic panis dñi per eſſentiã corpus non erit, panis inq̃ ſignũ eſt. Hic queſo amici boni, ne ferat̃ egro animo, ſacramenti me uerba inducere, quod in eo intellectu in ſcripturis non reperit̃, Chriſtiana eccleſia uſa eſt. Verbis aũt (ut Quintilianus ait) utendum eſt ut denario, quum ſolus uſualis ualeat. Verbor̃ cauſſa cũ nemine certabo, ubi iuxta alienus nõ inducit̃ ſenſus. Vtamur nũc hoc uerbo ſacramentũ, ut fatet̃ eccleſia. Sacramentũ ſacrũ dici ſignũ Auguſtinus lib. iij. de trinitate cõparat hæc tria, uerba, ſcripturã, ſacramẽtũ, cũ oĩa hæc tria noſcere quid doceãt. Indubitatũ habeo ex uobis plurimos eſſe, qui etiã crebro audiuerũt, quum in miſſa ſacramẽta eleuant̃ ſub cõtione, dictũ fuiſſe ne ſurgãt, nempe qđ apud uerba reperiat̃, quod apud ſacramentũ. Sæpius quoq; audiſtis, grauiter peccare, negligenter uerbũ dñi audientẽ, nec minus illo cui ſacramẽta irreuerẽter deciderũt in terrã. Quare eccleſiæ nõ tã eſt peregrina ſacramentor̃ ꝓdoctio. At mea uel alterius nihil intereſt, hũc ſenſum nõ apđ oẽs haberi. Multa eñ eſt priſcor̃ doctor̃, de eor̃ in docẽdo negligẽtia accuſatio. Ad hũc intellectũ & alio q̃q; loco Aug. loquit̃ in lib. iij. de doct. Chriſtiana his uerbis

ubi ex intentione de ſacramentis tractat. Hæc miſera eſt animæ captiuitas, ſigna pro rebus accipi ſignatis, animus quoq; hominis humilis eſt & decliuis, oculũ mentis eleuare non poteſt in æternæ lucis cognitionem. Videte ne ſatis clare dictũ eſſe, non idem ſignatũ ac ſignũ habendũ. Hic nulla erit fuga, in alijs cauſſis ſic dici poſſet, in ſacramento aũt nequaq;. Non longe enim poſt allegata uerba, eiuſdem loci ſacramenti corporis Chriſti, tria ponit ſigna. Iudæoꝝ quos excuſat, eo qđ in lege ſigna pro ſignatis rebus habuere, & quod in his placeri credebant. Alia ſunt (inquit) Gentiliũ ſigna, ex toto inutilia, ut eoꝝ erant & idola & feſta. Tertia ſunt eccleſiæ ſigna, de quoꝝ numero baptiſmus, & laudatio corporis & ſanguinis Chriſti, de quibus ſignis docet illa Chriſtiana libertate intellectus, & nulla ſtolida carnaliq; ſeruitute honoranda. Docetq; libertatẽ Chriſtianã, ut is habeat̃ intellectus ne in ſignis hæreamus, ſed ad ſignata per ea deducamur, expreſſe dicens, neceſſariam illic eſſe figuratã loquutionem, & literis non ſequendum. Hæc ideo dico, ne quis me uel certe alium putet primos excogitaſſe, hoc ex eccleſiæ parte dictum eſt, quæ ſacramenti nomen in uſu habet.

DOCTOR ECCKIVS.

IN nomine tuo dulcis dñe Iheſũ Chriſte. Vt aliquos ſermones (tedij uitandi cauſſa) breuibus percurram, primo dico Berengarium nil nimio feciſſe ut ante hac dictum eſt.

Quod uero doctor dicit Arriũ hæreticũ ſcripturis deuictũ ego hunc tam audaculũ uidere cuperem, qui ſcripturis doceret uerbulum hoc omuſion. Iuxtaq; dicit doctor, ſi ut Arrius ſcripturis uinceretur, ſe libenter crediturum. Ego uero, ut ſe hactenus oſtendit, cõpertũ habeo, ut Arrius eum facturum, qui cum in concilio Niceno iamq; deuictus erat, uinci tamen nihilominus recuſabat pertinax uſq; in mortem perdurans. Sic itaq; neq; doctor, neq; Zwinglius multipharíã informati ſcripturis per eos etiã, quoꝝ in Chriſto fratres ſunt, & Euãgelij

gelij cōminiſtri, nouicꝗ antiſtites, ut ſunt Lutherus, Buggenhagius, Vrbanus Regius, Pillicanus, Birckhaimerus, cum Prentzio ex Hallis Sueuiæ, cu m omnibus ſuis in Chriſto fratribus, uinci ſe ſunt confeſſuri.

De Venetiarum bulla iam illud finitū eſt bellum, necꝗ hic de bullis diſputamus, ſed de uenerabili ſacramento.

At de feſto corporis Chriſti, quod tā immaniter dominus meus doctor illud oppugnat & adgreditur, horrendū auditu. Audio incꝗ, ſi Dauid regem cum cythara, ante archam ad Dei laudem uideret ſaltantem cum Micol, uana muliere, illū eſſet irriſurus. Nihil itacꝗ hoc noui, conſtat enim & ante eum etiam uigilantium hæreticum feſtis illuſiſſe.

At qui adhuc nobis ueterē decantant cantilenā, Iohannis dictū nondū ſolutū, dicente dn̄o, Niſi ego abiero &c. quum nec ipſe, nec certe quiuis alter Chriſtianus, hunc intellectum denegare poſſit. Fatuitatem in me tentat, utpote me in armis & poſſeſſione cum eccleſia Chriſtiana fundatū, corpus Chriſti eſſe in uenerabili ſacramento, illud a me probandū expoſcens. Ipſe cum Zwinglio, ſi Chriſtianā eccleſiā errare contendat, ab noſtra nos poſſeſſione depellat. Totum non reor mundum duobus ipſis uel tribus nudis uerbis crediturum.

De Lutheri & Birckhaimeri libellis, qui ex toto non mihi ſunt placituri, nil mirum, quippe quod ſemper cum eccleſia Chriſtiana, & ſanctis concilijs firmata uoluntate permanſi. De parte uero aduerſa ualde mirandū in tam breui tempore, tot in fide ſectas, diuiſiones, & ſchiſmata induxiſſe, ut pauper & ſimplex quid ſit crediturus ignoret. Exſurrexere nācꝗ hic uarij ſpiritus, hoīes uulgo Schwurmgeiſter dicti, illic imaginum expugnatores, & alijs in locis rebaptiſatores, quib⁹ etiā ſuperuenit turma hæc piſtorij panis, ex qua credendi inconſtantia, cor quodlibet probum merito redire debet, ad firmā petram, ſupra quam fundata eſt eccleſia Chriſtiana.

Vltimo iterū excuſare tentat ſolo colore, probos maiores

noſtros, eos ſcilicet idolatriæ errorem non damnaſſe, quippe quod in hoc errore, ſibi non cōplacuere. Quis hic eſt ſermo, qui hac in tam ardua cauſſa exportatur. Aeſtimat ne uſq; in terris fuiſſe mortalem, qui in cognito errore cōplacentiā habuerit. Omni eſt naturæ aduerſum, quantumuis homo foret peruerſus. At ſi de incognito loquatur errore, indubitatum eſt noſtros maiores probos homines ex corde ſibi complacuiſſe in uenerabili ſacramento. Ideoq; ſi domini mei doctoris & Zwinglij doctrina uera eſſet, non uenirent unquam excuſandi maiores noſtri, quam ut damnati eſſent, quod nulla uia aſſentimur, id potius eligendum doctorem cum Zwinglio, cæteriſq; ſibi ſimilibus errare, & in cribro girari.

Ad cauſſam principalē, hoc eſſe uerū capit charitas ueſtra ex argumenti ſui principio, quo longo circumitu uenerabile hoc ſacramentū debellaturus adgreditur. Crux enim ſancta ſacramētū deijcere nō uult, quēadmodū lunæ elapſa dñs me⁹ doctor ſimplicib⁹ propoſuit. Breuibus ob oculos ponā, quā inepte dñs meus doctor hoc argumēto ut cācer retrogradit̄. Oēs eñ expectabamus, qñ nam ſcripturis, uerboq; Dei eſſet hoc uenerabile ſacramentū euerſurus, ſacro ſancti corporis Iheſu Chriſti, quum retrogradiēs exordit̄ a ritu eccleſiaſtico ſolis uerbis, tandē in ſcripturas repēs. Huius me offero, ſi dñs meus doctor, una cum fratribus ſuis in eccleſiæ ritu ſint permanſuri, ad hoc idem me obligabo indubie hūc articulū hoc die obtenturus. Secūdo iterū me obligo hic in præſentia oīm dñorꝫ meorꝫ aliorūq; hic exiſtentiū, ut hæc mihi arguēdi forma admittat̄ ex tunc hoc unico argumēto, contra oēs nouos Chriſtianos, quotquot exurgere poterūt, omne defendā ac manu tenebo, quicquid in hac noſtra indubitata fide delere, atq; reijcere tentabūt. Tertio expēdite queſo, quā ruinoſum argumentū & fundamētū dñs meus doctor adportat, in hac tam ardua cauſſa incipiens. Semper in eccleſia panem dñi nominatū ſacramentū, quum frater eius in Chriſto Zwinglius

nos probos Chriſtianos irrideat, quippe quod nouo nomīe illud nominemus, Sophiſtis hoc impingens, corrigens eos, quod illud nominarint corpus & ſanguinē Chriſti, & ſi etiā Zwinglius ipſe Chriſtianis ipſis inferat iniuriā. Non eſt em̄ hoc uerbū ſacramentū nouū, nec ſolū Auguſtini & Ambroſij temporib⁹ in uſu fuiſſe conſtat, ſed etiā tempore martirū, ꝑ ut in Cypriano & Tertuliano reperitur. Volet Deus ſpiritus ſanctus meo dn̄o doctori fidē daret, in ritū eccleſiæ ſanctæ, & alijs quoq; in reb⁹, queadmodū & nūc de hoc uerbulo ſacramentū credit eccleſiæ ſine ullis literis. Quūq; dn̄s me⁹ doctor hunc errorē cōfirmare conet̄, quo & Zwinglius implicat̄ ex eo fundamento quod ipſe Zwinglius reijcit, ante oīa rogatū eum uolui, ut hij duo primū inter ſe cōcordarent, anteꝗ̄ nos hoc pretioſo theuſauro priuare tentarēt. Quāuis igit̄ & iuſtis de cauſſis cuiq; prudenti clareat dn̄i mei doctoris inefficax & inutile argumētū eſſe, nec ut proferat̄ dignū, ut in tam ardua cauſſa fidei in harenam deducatur. Nihilominus

Hic ad cœnam ſurrexerunt, craſtino die
Eckius ſermonem ſuū proſequutus eſt.

D. ECKIVS.

IN nomine tuo dulcis dn̄e Iheſu Chriſte. Dilectus mihi dn̄s doctor heſterno ueſperi ſic eſt argumentatus. Ritum eſſe eccleſiæ, panē dn̄i ſacramētū nominari, ideoq; & uerba Chriſti, Hoc eſt corpus meū, Hic eſt ſanguis meus, ſic accipi dn̄t, hoc eſt ſacramentū corporis mei. Sacramentū uero nihil eſt aliud quā ſacrū ſignū, uti Auguſtinū in iij. libro de doctrina chriſtiana induxit. Hoc argumētū nullā habere cōſequentiā ex facili ꝑpendit̄. Quū ps aduerſa in uerbo Dei ſe fundet, eſt certe hoc equū poſt currū alligare, dn̄m meū doctorē conari uerba Chriſti declarare (obtenebrare dico) de ritu loquēdo eccleſiaſtico. Chriſtiani⁹ hoc eſſet oēs nos eccleſiaſticū ritū ex uerbis Chriſti firmare. Nūc apta ſunt uerba Chriſti clare atq; dilucida, ꝗdq; frater ei⁹ in Chriſto Zwingli⁹ fatet̄, nō ſcilicet

dn̄m

dn̄m Iheſum clarius, ſuccinctiuſq; loq potuiſſe. Igiť hęc aptа uerba Chriſti, Hoc eſt corpus meū, ppetuo tenere debemus.

Inſuper bene ſtāt ſimul ut ſacramentū ſit, ſitq; nihilominus ibi uerū Chriſti corpus. Nouit equidem pars aduerſa, quid omnes probi dicunt Chriſtiani, in ſacramento duo eſſe, unū exterius uidelicet ſignū, aliud quod per illud ſignatur. Hæc ſunt enim ſpecies exteriores panis & uini pro uno, corpuſq; Chriſti & ſanctus eius ſanguis pro altero, ob id bene loquiť Auguſtinus de ſacramentali ſigno, neq; eccleſiæ aduerſatur.

Illud aūt a doctore inductū, perdoctū fuiſſe ſub contione non aſſurgendū ad ſacramēti eleuationē, ad hoc doctrinam allegans, quæ eſt Auguſtini. i. q. i. cano. interrogo, ob id Auguſtinū forte ſubticēs, quod nominet illud quod eſt, corpus ſcilicet Chriſti, ob id nihil eſt uenerabili ſacramēto detractū, quod ſedendo uerbo dn̄i auſcultatur, cordeq; corpus Chriſti ueneretur. Auguſtini uerba de doctrina Chriſtiana, doctori aduerſantur, Auguſtino ibidem intellectus paucitatem Iudæorum corripiente, eorumq; ſeruitutem, quippe quod in eorum ſacrifitio mentem non eleuarint, in ſublimiorem contemplationem, quemadmodum nunc faciunt, cum piſtorio pane, probi aūt Chriſtiani altius quiddam hic conſyderant, quam corpus & ſanguinem Chriſti.

Tādem in calce deducit Auguſtinū dixiſſe figuratam eſſe loquutionem, iniuriā facit Auguſtino, prout in xvi. cap. reperitur. Nam figuratū eſſe ſermonē, Auguſtinus fatetur dn̄i dictū Iohan. vi. Niſi manducaueritis carnem meam, & non illa uerba; Hoc eſt corpus meum. Ex quibus omnibus clare conſequitur, dn̄m doctorem diuo Auguſtino iniuriam intuliſſe, quod huius ſcilicet fuerit erroris. Nullis enim in locis in omnibus libris ſuis reperitur, in ſacramento non eſſe uenerabile Chriſti corpus, in pluribus aūt locis expreſſe dicit illic eſſe præſens corpus Chriſti in ſacramento. Quamobrem ferendum non eſt, ut aperta ſancti Auguſtini ſentētia alio minuatur

nuatᷓ obnubilato dicto. Quum frater eius in Chriſto Zwinglius met ipſe fateatᷓ, Auguſtinū dicere non auſum ſententiā, in ſacramento ſolū panē, ſolūq; uinū eſſe. Iterū dn̄m meū doctorē enixe rogo, oēsq; ſuos, ut queadmodū de uerbo Dei, diuinaq; ueritate ſe iactitāt, illud ſemel in arenā educāt diſputatoriā, tēpus eſt em̄ alioqui me noſcāt illis nō crediturum.

D. OECOLAMPADIVS.

Probi uos & dilecti Chriſtiani. Exopto ſeruare, meorꝫ fauorabiliū dn̄orꝫ ordinationem, & hoc ſemel pro ſemper, & nūc in particula ſacramēti, eam ob cauſſam hoc faciens, conteſtando me Chriſtianæ eccleſiæ amatorē, etiā ſi mundus me ex libro uiuentiū delere affectaret, tūc ad ueritatis Deū bene fidam, me non deleri coram ſua facie, id nobis ipſe concedat. Ideoq; neq; præpoſterus ordo D. Ecki. Fatemini ſacramentum eſſe eccleſiæ. Reſpondit D. Eckius, ita. Sacramentū eſt ſacrum ſignum. Reſpondit Eckius, ita. Quodlibet ſignū aliquid deſignat. Reſpondit Eckius, ita. Quod erit nunc illud ſignum. Reſpondit Eckius. Species panis & uini. Quid uos nominatis ſpeciē panis & uini, uerū materialē panē, uel accidentia. Reſpondit Eckius. Signū in ſacramento eſſe ſpeciem panis & uini, & certo quū ſubſtātia panis trāſmutatᷓ, tūc ſunt accidētia, & circūſtātię quę uidemus, cōtractam⁹, guſtamus.

Oecolampadius dixit. Hic uobis propter Deum ſupplico hoc docete unico ſcripturæ uerbo. Eckius. Etſi doctor ſicut ſocius ſuus barbatus Bouillus ſe iactitauit ſcripturæ & uerbi Dei, adhuc tamen nullæ ſcripturæ emergunt, & alijs hominibus hoc oneris allegandi ſcripturas imponit, laus Deo adhuc apud nos in eccleſiæ parte ſcripturas quæri. Dilucidæ ſunt itaq; ſcripturæ, dn̄m Iheſum dixiſſe, Matth. xxvi. Cœnantibus eis, accepit Iheſus panem, benedixit, fregit, deditq; diſcipulis ſuis, dicens. Accipite & comedite, Hoc eſt corpus meū. At quum dn̄s Iheſus diuina ueritas, poſt benedictionē aiat. Hoc eſt corpus meum, cui cōtra Chriſtū credemus non eſſe

corpus ſuum. Audiſtis dñe doctor pro me ſcripturas, unicũ tamen iota adferte ex ſacris literis pro ueſtra opinione, ſi nullas habetis illas Zwinglij accipite, quas dominis meis nũtijs conſulũ laudandi fœderis Heluetiorꝫ heſterno die huc miſit, ad quas ego ſic Chriſtiane reſpondebo, ut non diffidã dños meos gratioſos, quemlibetq; probum Chriſtianũ ſatiandos.

Oecolampadius, D. Ecki ſcripturas induxiſtis, non hoc firmantes, quod a uobis expoſco, ubi nam habeatur accidentia eſſe ſacramentũ ſiue ſignum. Scio huius uos omni ſcriptura carere, ueſter met Roffenſis, cæteriq; fatentur, hoc ſacris literis non poſſe ſufficienter probari, expreſſe ſcriptura panem nominat ante & poſt, nec accidentia nominat panis, qđ hoc uerbulũ hoc, uel græce tuto panem indicet. Poſtea enim Paulus tertio panem nominat, uosq; ſubſtantiã panis auffertis, huius ſcripturas expoſcimus & reſponſionem.

D. ECKIVS.

ADhuc nullas ſcripturas uerbi Dei, ex doctore habere poſſum, ipſe uero quia æſtimat ſacras literas per me adductas inſufficiẽtes ad probandũ, de accidẽtibꝰ panis & uini. Primo dico textũ eſſe clarũ & apertũ, Accepit Iheſus panem, ubi proculdubio & panis accidentia adfuerunt, poſtea uero dñs illud nominat corpus ſuũ dicens, Hoc eſt corpus meum, non dicit, hoc eſt panis quem pinſit piſtor, ideoq; & illa duo adeſſe oportebat, corpus Chriſti, & quã uidemꝰ ſpeciẽ panis.

Quod de noſtro Roffenſi ultra deducit conſiteri eum ſcripturis probari non poſſe, hanc tranſmutationẽ Roffenſem dico bene, recteq; loquutũ, contra pertinacem & repugnacem, nullas haberi expreſſas ſcripturas, affirmantes ſubſtantiam panis in ſacramento non manere. Illud aũt doctor celat Roffenſis dictũ in defenſione regis Anglorꝫ, locũ Euãgelicũ per me iam adductũ, cuilibet Chriſtiano ſufficere, quũ dicat, Accepit Iheſus panẽ, addiditq; poſt hęc, Hoc eſt corpus meũ.

Tertio, doctore uolente panẽ eſſe, & S. Paulũ ter panem

nominaſſe

nominaſſe. Dico peregrinũ non eſſe uel alienũ, ſpeciẽ panis panem appellari. Debuiſſet eṁ a ſuo in Chriſto fratre Zwinglio didiciſſe ſæpius ſigni nomine, id quod ſignatũ eſt noĩari. Quanꝗ aũt Anglorꝫ rex, ſuo in Chriſtiano libello, in defenſione ſacrorꝫ ſeptẽ ſacramẽtorꝫ, aduerſus Lutherũ oſtẽdat rẽ aliqñ nominari qđ fuit, illud ſcripturis probãs, Exo. de uirga Moyſi uerſa in colubrũ, poſtea nihilominus uirgã appellata.

Vltimo dñs meus doctor quod inducit illud tuto uel hoc, quid ſignificet nihil me angit, reuerentia namꝗ ſua bene nouit, quo nam modo Lutherus Caroloſtadiũ tutauit. Simplices nos uerbo noſtri ſaluatoris credimus in huius ſacramenti inſtitutione dicentis, Hoc eſt corpus meum. Dilecte mi dñe doctor ſupreme uos rogo, ſcripturas adportate, quum credere recuſetis, uenerabile Chriſti corpus in ſacramento eſſe, ut clare Chriſti uerba ſonant.

D. OECOLAMPADIVS.

Reſpondere potero domine doctor, quod Chriſtus ſuo iudici reſpondit. Interrogauero, non reſpondetur mihi. Reſpondero, non creditur mihi, neꝗ aliquid ualebit. Adhuc non probauit, quod ab eo petitur, nemo plures eo quærit exceptiones. Scripturæ ne ſunt, quod uno in loco ter ei oſtenditur, ſpiritum ſanctum aperte per Paulum panem nominare. Nec de uirga ſimile eſt, de qua legitur, quod in ſerpentem ſit uerſa, hic enim uerbum uerſionis non legitur.

Ad hæc cõmunis Theologorꝫ eſt regula, ſine cauſſa miracula non ponenda, ut hoc in loco neꝗ neceſſitas urget.

Num & hoc eſſe dinoſcitur auffugium, nihil D. Eckium angere, quid hoc uerbulum hoc importet, quum neꝗ menſam ſignificet, nec accidentia panis. Ergo oportet ſubſtantialem panem deſignet, alioqui dici poſſet, in baptiſmo aquã non eſſe aquam, quum ſacramentum ſit. Mi domine doctor ſam queſo dicite, quid hoc uerbulum hoc importet, & poſtea ultra loquar,

DOCTOR ECCKIVS.

DOminus doctor quod dolēter ferat & cōqueriť, reſpondēte eo ſibi nō credi, ſua ſit culpa, quū ṗter ſcripturas, cōtra uniuerſalē eccleſiā loquať, quis illi ergo eſſet crediturus.

Vltra dicit nullas me literas adduxiſſe, materiā tangentes, huic contradico, ſcriptura enim hoc probat. Et ut uerum ſit, ſequor intellectū eccleſiæ ſanctæ Dei, uti hoc ipſa declarauit in ſancto cōcilio in cap. Damnamus, de ſum tri. & fi. ca. ſicut met ipſe dn̄s meus doctor intellexit, quem ſuo proprio teſte libello deuincam, quem in monaſterio ueteri Bauariæ euulgauit, qn̄ adhuc uir erat regularis, ad ciuē unū in Kauffbürn b ij, ubi alio in latere ſic ſcribit. Hic panis non ſolū ſignificat, met ipſum corpus domini uerbis Chriſti illud probans iam inductis, Matthæi xxvi.

Quod adhuc in Pauli uerbis hęret, q panē nominat, reſpōdi, diſcipul⁹ eñ in ſcola Chriſti nō aduerſať magiſtro, ſicut in Lutheranitate. Ideoq̧ qa Paulus ſacramētū panē nominauit ex hoc Chriſto non cōtradicit dicenti, hoc eſt corpus meum. Præterea quod aquam baptiſmi inducit, ſic etiā aquam non eſſe. Non dico, quia in ſcripturis nō reperimus aquam aliud eſſe quam aquam, at in hoc ſacramento claras habemus ſcripturas, illic eſſe ſacrum Chriſti corpus.

Pro ultimo æſtimat dn̄s meus doctor ſe ſcopū attigiſſe in uerbulo hoc, inculpans me quaſi auffugia quærentem. Huic ego reſpondeo, uniuerſos ſermones ſuos hoc die inductos, circumitus eſſe, principalem cauſſam in nihilo contingentes corpus Chriſti in ſacramento eſſe nec ne? Cuius ueritas ex eo datur intelligi, quum probi Chriſtifideles cum eccleſia tenentes, ſubſtantialē panem non manere in ſacramento, nihilominus fatentur dn̄m Iheſum Chriſtum illic præſentem eſſe, nec minus Lutherani etiam contra eccleſiam opinantes, illic panem eſſe ſubſtantialem, cum hoc tamen tenent ſacrum Chriſti corpus uere in ſacramēto eſſe, quare dn̄s meus doctor, do

minos

minos fatigare non deberet, diſputatione tranſſubſtantiatio=nis panis. Hic iam ſcopus noſter eſt, corpus Chriſti in ſacra=mento eſſe nec ne? de quo textum Matthæi clarũ audiuit.

Quia tamen interrogauit quid uerbulũ hoc indicarit dño dicente, Hoc eſt corpus meum, & ſi igitur apud plæroſq; an=tiquos Chriſtianos doctores, tum & apud neothericos erro=neos multiphariam quæſitum fuerit, & quidem diligẽter de hoc uerbulo quid ſit, ne igitur meam fugam uobis inculcet, quamuis ad principalem cauſſam nihil attineat. Dico dilectũ dñm noſtrũ hoc uerbulo hoc dicendo, hoc eſt corpus meum, indicaſſe quod ſanctus apoſtolis exhibuit. Ideoq; dñe doctor exportate tamen queſo unicas literas pro ueſtra opinata do=ctrina, ſacrum Chriſti corpus in ſacramento non eſſe.

DOCTOR OECOLAMPADIVS.

Dilecti & probi Chriſti fideles, nihil probat aliquãdo me ſcripſiſſe, neq; mihi obeſſe debet. Auguſtinus eñ ipſe retra=ctauit, profectioris ætatis factus, etiam Paulo dicẽte. Quum erã paruulus, loquæbar ut paruulus. Nam dies dieſq; nobis profitendũ eſt. In cognitione ueritatis, adhuc me promptum exhibeo, cuiq; me docere potẽti (ut Chriſtianũ decet) obtem perare & perdocta amplexari, quod D. Eckius non facit.

Ratione baptiſmi ſcimus eſſe rationem ſacramentorũ, ba=ptiſmum etiam dici balneum regenerationis, ſpiritus ſancti innouationem, Ad Titum iij.

Hic D. Eckius nondũ oſtendit, quid tamen illud uerbulũ hoc importet, aut quid in ſe ponderis habeat, ſcolaſtica utitur fallatia, petitio principij dicta. Eſtq; perſimile quum quis fili um quempiã de nomine ſuo interroget, reſponderetq;, hoc ſibi quod ſuo parenti nomen eſſe. Iterũ de parente quæſitus, quod ſibi nomẽ eſſet, quod & mihi filius airet, nihil hic certi cognoſci poſſet, nec ante nec poſt. Reſpondit hoc eſſe quod exhibuerit dñs, hoc ipſum eſt quod interrogamus, quid hoc nam ſit quod dñm exhibuiſſe conſtat. Expreſſe eñ Euange=

geliſta ponit, Accepit Iheſus panē in manus, gratias egit, fre-git, deditq; diſcipulis, aliud ne fregit & dedit, quā in manus acceperat, diſcipuliſq; tradiderat? Illud textui diſſimile eſt & difforme. Tempus igitur eſſet domine doctor illud uos decla rare, hoc namq; cupio, ut ultra procedere queamus.

D. ECKIVS.

EXcuſat ſe dominus meus doctor ſcripturarū ſuarū, qui-bus nec antea quidem ſibi conſtetit Auguſtini exemplo, qui aliqua minus bene dicta, met ipſe meliorauit in libro Re-tractationum. Dico excuſationem hanc nullam eſſe. Augu-ſtinus equidē in gentiliū & hæreticorum fide educatus, & poſt triginta annos ætatis ſuæ primū baptiſatus, de facili errare po tuit, quæ poſt hac iuxta uniuerſalis eccleſiæ opinionē emen-dauit. Dominus uero meus doctor in Chriſtiana eccleſia edu-catus & enutritus, ad cuius etiam mentem ſcripſit. Nunc aūt cōmutat, deciditq; a ſuis ſcriptis, & ab uniuerſali eccleſia. He ſterno eīm ueſperi, ubi nā mea ſit Chriſtiana eccleſia edocui, ipſe uero mihi ſuam non oſtendit. Quod culpam arguit, me nō ut Chriſtianū facere, trāſeo. Ideoq; & ſi dn̄s meus doctor ſcripturas ſuas retractaſſet ſcripturis ductus, aut cū uniuerſa li eccleſia, ſicut Auguſtinus fecit, accepta foret ſua ipſius con tradictio. Adhuc aūt nullis ſcripturis progreditur, ait ſe pro-feciſſe aut præceſſiſſe, ego reor meo exiguo intellectu retro-ceſſiſſe, a uero Chriſti corpore, ad panem decidere piſtoriū.

Iterum pedem figens ſupra baptiſmi aquam, nihil aliud di cens quam eſſe aquam, quum Paulus ad Titum iij. illam bal-neum nominet regenerationis. Etſi uenerabile ſacramentū baptiſmi, per quod Chriſto domino, & eccleſiæ incorpora-mur, merito nomen honorabilius meruiſſet, ab domino do-ctore quam ut balneum nominaret, ſicut noui balneatores, & rebaptiſatores fecerunt. Paulus enim iuxta latinam inter-pretationem, lauacrū appellat, ſicut in Græco dialutru. Stat nihilominus firmum, quod dixi, quum ſcriptura, uerbumq;

Dei

Dei me doceat, in ſacramento eſſe uenerabile Chriſti corpus hoc credo, & de aqua quum me nihil aliud doceat, quã aquã eſſe aquam credo, uerbaq; Pauli aliud nihil ſignificãt, quam baptiſmum eſſe lauacrum, ob idq; aqua eſt regenerationis, quæ ſit ſicut dominus noſter Iheſus Chriſtus, ait Iohan.iij. ex hac aqua, ut ſacramentali ſigno, & ex ſpiritu ſancto animam depurante & renouante.

Vltimo dñs meus doctor culpæ me arguit, quod ſcolaſtica utar fallatia, petitionis ſcilicet principij. Ex ſuo aũt exemplo nominationis filij plane intelligitur, hoc me non feciſſe, nam ſicut doctor dicit expreſſe euangeliſtam aire, dominum Iheſum panem accepiſſe, hoc ego illi admitto. Ideoq; credo, ſi etiam & dominum meum doctorem exorare poſſem, ut & ipſe crederet, quum expreſſe dominus Iheſus dicat, Hoc eſt corpus meum, & ex illis uerbis quum dicit Euangeliſta. Accepit Iheſus panem & dixit, hoc eſt corpus meum. Quis hic uel ulla ratione aliud dicere poteſt, quã ibi tranſmutationem factam, ideoq; & recte reſpondi conformiter & omni rationi illud uerbulum hoc, domino dicente, Hoc eſt corpus meum, indicaſſe illud, quod ſuis ſanctis manibus porrexit. Ex ſancto Auguſtino doctor meus ſcire debuiſſet, ſupra xxxiij. pſalmo, ubi clare dicit dominum noſtrum Iheſum Chriſtum ſacrum corpus ſuum in manibus tuliſſe ferebatur &c̃. Et nouerunt ſinguli quum quid cuiq; ab altero oſtenditur, dicenti, hoc eſt illud eum indicare quod oſtendit. Hic autem quid uerbis eſt opus, dominus enim Iheſus ei hoc indicat quid ſit. Quippe quod in manibus oſtendit, dicens. Hoc eſt corpus meum. Quis nũc tam eſſe poteſt friuolus, ut dicat aliud eſſe, quã dominus noſter diuina ueritas expreſſerit. Hoc pro nobis dictum efficax eſt, proq; ecclesia Dei. Quando aũt dominus doctor ſemel pro ſe ſcripturas adducet pro ſua doctrina, quam communi populo tanto tempore e ſuggeſto prædicauit, atq; libellis expreſſis inuulgauit?

D. Occo

D. OECOLAMPADIVS.

Domine doctor intermitto contumelias, gaudeo tamen nihilominus ex uobis me capere illud uerbulū hoc, ad corpus Chriſti indicādū deſeruire, hic iā uos Caroloſtadio ſociū facitis in una parte, qui & ipſe traxit ad corpus Chriſti indicandum, cum diſcretione tamen æſtimo. Caroloſtadius enim dixerat Chriſti corpus uiſibile indicare, uos aūt (ut reor) inuiſibile corpus, eſt ne ita?

D. ECKIVS.

DOminus meus doctor, Caroloſtadio me ſotiare tentat, primo prophetæ noſtrorū temporū huius nouæ doctrinæ, cōtra uenerabile ſacramentū, & ſi in bonū meum, ab illo me ſegregandū putet. Quippe qui Chriſtū uoluit corpus ſuum uiſibile indicaſſe, ego uero inuiſibile, mentem meam atq; ſententiā huius ſcire cupiēs. Dico Caroloſtadiū ad ſuū nouū errorem firmandū, contra oīm idiomatū morem ac conditionem textū dilaceraſſe, quod cum uerbulo hoc retro indicat, ſuper ſedentē dn̄m Iheſum, reliquū ſcilicet eſt corpus meum, per ſe ſtare ſinens. Nunc qm̄ doctor a me quærit meam a Caroloſtadio diſcretionem. Ego hanc acceptā non feram quam mihi depingit, unicū eſt enim corpus quod uidetur & inuiſibile, ut enim illic in cœna ſedebat, apoſtolis uiſibilis erat, & nunc cœlitibus ad dextrā Dei patris ſedens, erat tamen nihilominus inuiſibilis, ſub ſpeciebus panis, ſicut illud Apoſtolis porrigebat, & ſemper hic in uenerabili ſacramento.

D. OECOLAMPADIVS.

Nec ego Caroloſtadianus eſſe uolo dn̄e doctor, neq; unq̄ cū illo tenui, ſed in expoſitiōe uerbuli huius hoc aliqua in parte adpropinquatis illi eque cōtra idiomatū cōditionē ut ipſe.

Secundo, non poteſt opinio ueſtra aliqua in parte perſtare, quia uerbulū hoc quum indicat corpus inuiſibile, deperdetur, aut natura ſiue conditio ſacramentorū, quæ nobis in hoc uerbulo hoc cōmendat, qua & docemur, & ſi non neſciamus

amus, quibus nam modis aliquando de hoc in ſcolis loquutũ ſit, inuiſibilem ſcilicet carnem uiſibilis ſacramentũ eſſe. Indu- cuntur uerba Proſperi, ſed inepte. Nam ſacramenta quum ſi gna ſint, uiſibilia eſſe oportet, docereq́ nos inuiſibilia.

Atqui uiſibile corpus, ſi ſacramentũ eſſe debeat, quomo- do ergo nos docebit. Moris eſt enim ſanctis prophetis, hij qñ ex ſignis aliqua docuere, quo ueritati firmius crederet̃, uſos fuiſſe ſignis uiſibilibus. Sicut Iheremias, qui quum docere ac prophetare uolebat, Iheroſolymorũ excidiũ, arrepto teſteo poculo, profectus eſt in Thophet apud Iheruſalem, illud in partes confringens dixit, ſic confringet dñs populũ & ciuita- tem iſtam. Iheremias aũt ſi in occulto ollam confregiſſet, non tam efficaciter prophetaſſet. Sic nãq & hic Chriſtus his nos uerbis docere uoluit, atq cõmendare, & diſcipulis ſuis præ- dicere, quod ad generis humani redẽptionẽ tradi eum opor- teret, quod & occidendus eſſet, quodq́ ex eius morte, uitam eſſemus nos conſequuturi. Hoc antea ſic indicarat in porri- gendo & fractura materialis panis, qui panis materialis no- bis ſacramentũ eſt, cœleſtis panis Iheſu Chriſti dñi noſtri, in ſuo corpore pro nobis morituri & mortui, tale inditiũ in uer- bulo hoc non reperimus, quum ſcilicet corpus indicet inuiſi bile. Ex eo tunc conſequeret̃, diminutio meriti paſſionis Ihe- ſu Chriſti. Sic enim adpareret Chriſtũ non in uero corpore paſſum, ſcio tamen doctorem Eckium Chriſtianiorem, quã ut talia dicat. Ad hæc namq́ illud ſequeretur, quum ſacra- menta ſimilitudinem eius habere debeant, quod indicant ſig- nati, aut ſacramentum non nominabitur.

Præterea ſi doctor Eckius diceret accidentia panis, & non materialem panem, ſicut cũ uerbulo panis cum apoſtolo pro- cedit. In eandẽ mentem coit, panem ſcilicet non illic eſſe ma- terialem, ſicut & corpus Chriſti, propterq́ hãc ſimilitudinẽ ad ſacramẽtũ panis nõ plus habere oporteret, quã accidẽtia. Certum eſt materialem dumtaxat cibare, & non accidentia,

albedo, rotunditas, guſtus, ut qualitates quæ abſq; materia non cibant. Ad hæc nunc conſequitur, immerito dn̄m ſe panem uitæ nominaſſe, & quod dicit carnem ſuam uere eſſe cibum. Ideoq; dn̄e doctor nulla uia teneri poterit, materiā ſcilicet panis, aut annihilari, aut in carnem Chriſti conuerti, ita ut non uere ſit panis, quum uere cibet, & corporaliter potet. Nec aliter apud ueteres Hyrenæo, Tertuliano, & alios eſt habitus, neq; ex ſcripturis aliter ſuſtineri poteſt.

D. ECKIVS.

IN nomine tuo dulcis dn̄e Iheſu Chriſte, Amen. Quia dn̄s meus doctor, his armis quibus hic eſt depugnandū, ſacris ſcilicet literis uti recuſat, uerbo℞ ſuo℞ circumitus, & ſermones non neceſſarios, breuitatis cauſſa, non per longum repetam, ſcitur quantum a Caroloſtadio diſſideam.

At quia dn̄s doctor inducit in ſcholis doceri, corpus Chriſti inuiſibile ſacramentum eſſe corporis uiſibilis. Primo dico non ob id nos huc ueniſſe diſputare, quæ in omni ſcola doceantur. Ipſe enim iuxta exhibitionē ſuam claris ſcripturis probare deberet, illaſq; inducere, ſi quas habeat contra uenerabile ſacramentū. Ad hæc ſcolaſticis doctoribus uim infert & iniuriam facit, nullus inq; eo℞, ſiue Thomas, Bonauentura, Richardus, Scotus, Gabriel &c. talia dicit, teſtor hic omnes doctos præſentes, præcipue dn̄m meum doctorem præſidentem Ludouicum Berum. Forte doctor ſcolas perperam intellexit in eo quod de ſigno & re, & re & ſigno ſacramenti loquuntur. Quare demitto, quæ tanto tedio de Iheremiæ olla intraxerat, nos enim Chriſtiani per Dei gratiam exterius ſignum in ſacramento habemus ſpecies panis & uini.

Vltra deducit ex ſacramētis homines cibari, adhuc opinatus panem eſſe piſtoriū, Ariſtotele hoc probans gentili magiſtro. Hæ ſacræ ſunt literæ, quibus dn̄s meus doctor in tam ardua cauſſa noſtræ ſacræ fidei utit̄, quū tn̄ noui Chriſtiani Ariſtotelē tāto habeāt euāgelio cōtrariū & hoſtē. Breuiter ei

ſuiſq;

ſuiſq; adhærentibus dico, in cauſſa fidei, neq; me naturã, nec ullũ naturalem magiſtrũ auditurũ, ſed ſolũ Dei uerbũ & apd' illud manere. Bouillus ex Schaffhuſen tam ſe pompoſe exhibuit, & ſacrarũ literarũ iactitauit, quũ poſt tam longã expectationẽ, qua ſacras literas affectamus, & adhuc nullæ emergunt. Et dñs meus doctor duos inducit doctores, Hyrenæũ atq; Tertulianũ, clare uidens ſe cum Auguſtino deuictum. Quamuis aũt Birckhaimerus ex Norinberga palã & aperte oſtẽdit Hyrenæũ ſibi aduerſari, adhuc tamen aliud Hyrenæi dictũ hic inducã quarti libri xxxij. ubi Chriſti præſentiã teſtatur, & ſacræ miſſæ ſacrificiũ, ad eius inductionem ex eo occaſionatus, quod doctor Oecolampadius Hyrenæũ quaſi unũ ſuæ opinionis confirmatorem inducit, & in harenã deduxit. Ideoq; audite, quid allegatus Hyrenæus de hoc ſentiat & ſcribat xxxij.cap. ſic. Hic panis qui ex creatura panis eſt, accepit hunc, gratias egit, dicens. Hoc eſt corpus meum. Similiter & calicem qui creatura (quemadmodũ & nos) eſt, cum hoc ſuum ſanguinem teſtatus eſt, & docuit noui teſtamenti nouum ſacrificium, quo eccleſia ab apoſtolis accepto ſacrificat, in uniuerſo orbe. Hæc uerba ſunt Hyrenæi.

Quod ultra uero pro ſuo errore firmando Tertulianũ inducit, ipſe Birckhaimerus etiam ei reſpondit ſuperflue. Nam Tertulianus clare dicit contra Martionem de dño Iheſu. Ex pane quod acceperat, diuiſeratq; diſcipulis ſuis corpus ſuum effecerat, aperte eſt hoc dictum, pro ſanctæ eccleſiæ opinione. Tamen dominũ meum doctorem non longius ſuſpendã cum Tertuliano, quem hæreticum fuiſſe conſtat. Ideoq; & doctor cum eo aduerſus me nihil probare poteſt, ſicut Iheronymus ante annos circiter mille & centum dixerat Tertulianum uirum non eſſe Chriſtianæ eccleſiæ.

Domini præceptores, dñi præſidentes, audiuit dñatio ueſtra cum cæteris omnibus, quoties dñm meũ doctorẽ enixe rogaui, & obteſtatus ſum, quum uenerabili ſacramento ad-

uerſetur, contra uniuerſalem eccleſiã, inducat queſo ſcripturas & uerbũ Dei, neq; enim illi ſumus ulla alia uia credituri. At quum mea tam fidelis & ſtudioſa precatio apud illũ locũ non reperiat, rogo ueſtram excellentiã, cum eo tantũ agat, ut aut ſcripturas, aut Dei uerbũ inducat, tempus inq; eſt, aut a ſuo errore deſiſtat, & cum Berengario, atq; cum Caroloſtadio reuocet, redeatq; ad unionẽ uniuerſalis Chriſtianæ eccleſiæ.

D. OECOLAMPADIVS.

Chriſtiani & dilecti dñi mei, omneſq; probi Chriſtiani, nõ æſtimo quenq; me iuſſurũ contra Dei honorẽ, & Chriſtianę cõmunitatis utilitatẽ aliquid dicere uel obticere, minus uenerabiles & ſtrenuos dños meos præſidẽtes, Eckiana aptitudo, bene mihi eſt cognita. Tentat enim me a principali articulo abducere, quod fateri neq; ſinit ſcriptura, nec utilitas Chriſtiana. Ponere enim uult tranſſubſtantiationem panis ex ſua ſubſtantia, hoc aũt, quia aperte pugnat cum ſcripturis, cõtra priſcos doctores, contra rationẽ, contraq; fidei conditionẽ, tam eſſe deberẽ ſomniculoſus & feſtino proceſſu auxilio eſſe ad plantandũ, aut magis ad confirmandũ tales errores. Scripturæ ſacræ, quas doctor Eckius ad hoc induxit, canon eſt. Damnamus ex concilio Latheranenſi, at ego quũ primis pro teſtatus ſum concilia, patreſq; non aliter me accepturos, niſi cum diuino uerbo concordarint, quod in Latheranenſi concilio non eſt factum. Nam & ipſe doctor Eckius multipharia rogatus, aliquid oſtendit non ſufficiens ad hoc, pregnanſq;. Hic non pertrãſibit, quin oporteat ut uerũ panem eſſe ſinat. Deus inq; neq; annihilat, neq; creaturas ſuas abſq; cauſa trãſmutat, ad hoc namq; conſequeret, accidentia quæ in creaturis exigua ſunt, inter corporalia fierẽt nobiliora. Sic albedo, rotunditas, & alia accidentia nobiliora fierent, quam nobile corpus uenerandæ uirginis Mariæ, hic multæ poſſent induci cauſſæ, putat tamen Eckius aliquid acceptandũ fore, ſine expreſſis literis, uel adportet ſcripturas. Dñs dicit Matth. xxvi.

Ammodo

Ammodo nō bibam ex hoc genimine uitis, donec bibā illud nouum &c. Hic clare adparet, dilucidis uerbis, dn̄m uelle ad huc uinū eſſe, quū illud uinū nominet ex uite generatum.

Vltra dicta doctorꝝ cum Euangelio conſonāt, ex toto eius ſunt opinionis, at nuſq̧ dicūt ceſſare, quin ſit materia panis, ex integro enim illis aduerſaret̄. Quum in libris gentiliū con tra hæreticos, Manichæos, Martionem, cæteroſq̧ ſcribāt, ne gantes corporales creaturas Dei non bonas eſſe debere, ut a legētibus clare reperit̄. Nunc uero quum talis materia panis non adfuiſſet, neq̧ in ſcripturis fundatū fuiſſet, non bene ſte tiſſent, ex ſolis accidentibus probare creaturarū bonitatē, in quo præcipue Hyrenæus lib. v. in quo ueram probat reſur-rectionem, iterū aperte loquitur, panem qui de terra creuit, (ideo quod præſentem materiā contingūt) e directo pro me ſunt, & contra doctorē Eckiū, quō enim quis reſurrectionē probare poſſet, per accidentia panis. Sic igit̄ argumentandū eſſet, in ultimo die noſtrū colorē, magnitudinē, & alias qua-litates apparendas, & non corpus. Sed hæc demiſſum facio.

Inter alia quoq̧ dixit, quod mihi cum Auguſtino timeam qui mihi tamen, gratia Dei, magis eſt cognitus, ut quiddam cum eo mihi formidem. Aſſentior in plærīſq̧ locis, eum cor-pus & ſanguinem domini nominare, at quid per hoc intelli-gat, alijs in locis apertiſſime oſtendit.

Dn̄e doctor pro illo me non intueamini, quod clara loca per obnubilata exponā, nam obnubilata per clara exponere uolo. Si epiſtolā eius perſpexeritis ad Bonifaciū, illic bene re perietis. Peto ſi dn̄is meis præſidentibus bonū uideat̄, & hoc quoq̧ adſignari, nominatim inquit. Accipimus ſacramentū corporis Chriſti, Chriſti corpus, iuxta hoc aliquas ſcriptura rum expoſitiones ponens, ad hoc deſeruientes. Hodie uero doctor Eckius illud per ſaltū breuibus trāſijt iij. lib. de doctr. Chri. non neceſſariū ratus eiuſcemodi expoſitionē figurate acceptandā, quum tn̄ illius libri fideles lectores, pulchrā diui

ſionem ibi reperiunt. In propriã collocat partem, quæ figura te exponi deceat, illicq; ſacramenta reponit, & quod materiã concernit tranſſubſtantiationis, aut tranſmutationis, inter alia quoq; dicit. Signum pro ſignato accipi non debere.

Præterea iterum ſe doctor Eckius Birckhaimeri iactitauit formoſi libelli, debet id om̃e a doctore Eckio laudari. At ille ipſe omnibus uijs prænominatã reijcit opinionem tranſſubſtantiationis ſiue tranſmutationis, ut ſomniorũ opus. Ideoq; & huiuſmodi libelli merito poſt tergarentur.

Iuxta hoc de Ariſtotele dictum eſt, neq; ego Baalami aſinum contemno, ueritatem edicentẽ, multo minus homines.

At nunc in hoc ſacramento permanent omnes operatiões naturales, ſcripturaq; ratiõe materiæ panis nobis non oſtendit ullam miraculoſam tranſmutationem, ſicut in decimo capite tertij libri de trinitate Auguſtini.

Conſequenter, quia me doctor Eckius monet ad Chriſtianam unionem, nihil ex mea parte obſtabit, ſemel ſuã tranſſubſtantiationem ſcripturis deducat, ut ex tunc procedi queat, aliter enim ad ſuos clamores ſurdus ero, niſi dominorum intuitu aliud fecero.

DOCTOR ECCKIVS.

ET ſi auditores nequaq; libenter tedio enecem, angit nihil ominus doctoris Oecolampadij circumuagatio, præter materiam excurrere, quum utiq; (etiã ob omnes preces meas) procedere recuſet, ubi nam literas habeat cõſtipatas, quibus uenerabile ſacramentum ſategit euertere.

Dicit quidem honorem Dei ſe quærere, paruus eſt honor ex ſacro ſancto Chriſti corpore panem facere piſtorium.

Ad hæc meam dicit concluſionem cõtra ſcripturas eſſe de tranſmutatione, quum tamen nullas deducat, niſi longe poſt unam dimidiatã & abſciſſam, inſimulãs me nullas induxiſſe ſcripturas, niſi unicũ dumtaxat conciliũ in cap. Damnamus, iniuriam mihi facit, ad clarum equidem textum Matth. xxvi.

Intel

Intellectũ meum probaui huius concilij, unanimi conſenſu, & uniuerſalis eccleſiæ. Mirũ auditu, ut dicere audeat ſe proteſtatum, concilia, patreſq́ ſe non accepturum, quum continuo ſine literis, & uerbo Dei eam doctrinam inducat.

Vltra unicum adportat Sophiſticũ argumentũ ratus, ſi uera eſſet uniuerſalis eccleſiæ opinio, accidẽtia inter omnes creaturas eſſe nobiliora, etiam corpore Mariæ, illud non conſequi dico, niſi in ſignificatione, quemadmodũ omẽs nos probi Chriſtiani, diuinam facimus adorationem uenerabili ſacramento, & nulli puræ creaturæ non uiuæ.

Iam ſemel ſcripturã inducit ex Euangelio Matth. xxvi. ſed dimidiatam, adeoq́ incurtatam, quaſi met intellectui offerat illam nihil colligare. Dominus namq́ dicit, Amodo non bibam ex hoc genimine uitis &c̃. ex illo clitiens dominũ Iheſum de materiali uino loquutum, ita ſcripturas decet dilacerare, ut error firmetur. Si de materiali uino dominus loquatur, quid ſequitur, perpẽdite donec in diem illum dum illud bibam nouum in regno patris mei. Conſequeretur enim dilectum dominum noſtrum iam primum in cœlo cum Apoſtolis materiale uinum bibiturum, ſicut Mahumet Thurca, cum cæteris epicuræam faciunt beatitudinem. Ideoq́ & longe alius eſt ſenſus, dominũ Iheſum non illic loquutum de materiali uino, ſed de fidelium potius cõmunione, quemadmodum & alio in loco, beatitudinem per parabolam cœnæ dominus Iheſus oſtendit, quamuis & aliæ expoſitiones per diuinos doctores dentur, quæ breuitatis cauſſa intermitto.

Quod aũt ultra dominus meus doctor multa de doctoribus dicit, qualiter ueram Chriſti humanitatem probẽt. Dico multos prodigere ſermones de pane piſtorio, nos oporteret ut illis probaretur dominũ Iheſum ueram carnem, uerumq́ ſanguinem habere, iterum in ſuam opinionem antiquũ doctorẽ Hyrenæũ trahens in v. libro, uim illi faciẽs atq́ iniuriã. Hic eſt originale ubi contra hæreticos Hyrenæus clare dicit.

Si Chri

Si Chriſtus ueram carnem non habet, non eſſet calix ſacra-menti euchariſtiæ comunio ſui ſanguinis, neq; panis cōmu-nicatio ſui ſacri corporis.

Neq; is uideri uult qui Auguſtino obſtrepat, breuibus ad hæc dico. In omnibus Auguſtini libris, nuſq; oſtēdet ſacrum Chriſti corpus in ſacramento non eſſe, hoc non inueniet, ſed aperte ei oſtendā in Auguſtino, non ſolū in pſalterio. xxxiij. ſed & in eo quoq; libro, cuius iā meminit de trinitate, ibi nāq; Auguſtinus dicit, in celebratione ſacramentorū quum offer-tur, datur, dicitur præcipua auctoritate, cuius corpus & ſan-guis ſit, aliud non credent quā totaliter in ſpecie dn̄m appare re oculis mortaliū, & ex hoc latere percuſſum humorem tota liter effluxiſſe. Tertio ſunt hæc uerba lib. x. cap. Nam & hæc clara ſunt uerba, neminem aliter dicere poſſe, niſi Auguſti-num eſſe ex parte eccleſiæ, quod & Zwingliū offendit uel le dit. Ideoq; & dn̄s meus doctor Oecolampadius non ſe iacti-tare debet, de ſuis locis obnubilatis & tenebroſis, quum illis hodie potenter reſpondi ipſum doctorem Auguſtino iniuri am intuliſſe. In lib. iij. de doct. Chriſt. xvi. cap. ubi figuratum ſermonē nominat, non uerba Chriſti, Matth. xxvi. Hoc eſt corpus meum, ſed Iohan. vi. Similiter dilucide oſtēdi uerba v. capitis ſibi eſſe cōtraria, de quo hodierna teſtor ſcriptura.

Sed dilecti dn̄i audite, & diſcite a doctore Oecolampadio quo nam modo Auguſtinus ſit intelligendus, educit Augu-ſtinum triplicia ſacramēta docuiſſe gentilium &c̄. Quis hæc audiuit unq; Thurcas & gentiles etiā ſacramēta habere, met ipſe dixit, ſacramētū ſignificare ſacrū ſignū, ſcire cuperē, quæ ſacra tn̄ dn̄s doctor apud gentiles & Thurcas quæreret, quū nos Chriſtianos tētet noſtris nos ſacris priuare in ſacramēto. Non ſic loquit̄ Auguſti. de ſignis em̄ in cōmuni loquit̄, neq; id abnegamus, habemus & nos exteriora ſigna in ſacramēto.

Deniq; dn̄s meus doctor dn̄is meis præſidentibus offert, ſi Auguſtini uerba in prælegato libro & epiſtola ad Bonifa-

cium

cium ſcriptis notari uelint, alleget uerba, ut ad illa reſponde-re poſſimus, aut forte ſi totum uelit librũ in hoc haberi.

De Birckhaimero qui contra doctoris errores ſcripſit, & ut erroneum reiecit, dicit dominus meus doctor librũ illum me laudaſſe, quod non comperietur, facitq; mihi iniuriam, de quo me ad acta remitto. Hoc aũt uerũ eſt, quum antiquo doctori Hyrenæo uim intulerat, illic oſtendi ei ſe ſciturum, Hyrenæum ſibi aduerſum per Birckhaimerum.

Ad calcem ſe dñs meus doctor humiliat, ſe a Baalamis aſi-no diſciturũ. Mirum auditu, quod non a Luthero, Prentzio, alijſq; fratribus ſuis in Chriſto, quorũ habet notitiã, Chriſtia na eos corda habere doceri non uult, & ab ſuo errore deſiſte re. Adhuc dico in cauſſis fidei, Ariſtotelem nolo habere gen tilem. Scripturæ allegentur, huc adportet̃ uerbũ Dei, quæ ſolæ uos iuuare poterunt in uenerabilis ſacramẽti euerſione. Nihil prodeſt doctorem dicere omẽs naturales operationes in ſacramento manere, & in illo nullum eſt admiſſurus mira culum. Docet nãq; Euangeliſta claris & dilucidis ſcripturis, docet unũ miraculũ, quod eſt fundamentũ conſequutionis. Ne hoc miraculũ eſt, accepiſſe ſcilicet dñm Iheſum panem in manus ſuas, & per omnipotentiã ſuã dixiſſe, Hoc eſt corpus meum? Quumq; uniuerſus mundus miraculis ſcateat & ex-undet de uenerabili ſacramento. Iuxtaq; dñs meus doctor mi raculum legit apud Cyprianũ, & apud Ambroſium, de ſuo fratre Sathyro, quæ breuitatis cauſſa demitto.

Hoc uniuerſus mundus nouit, ante noningentos annos mulierem ſacramentũ ſumere uolentem a ſancto Gregorio, quæ & ipſa erat in hac infidelitate panem eſſe piſtorium, illic per diui Gregorij preces digitum apparuiſſe uiſibiliter.

Quumq; mea concluſio concors ſit cum uniuerſali Chri-ſti eccleſia, quæ in armis & poſſeſſione eſt ſuæ fidei, neceſſa-rium nõ duco, multas ad hoc ſcripturas inducere. Dñs uero doctor Oecolampadius cum ſuis adhærentibus contra uni-

uerſum orbem hoc ipſum euertere conatur. Iterum uos rogo fauorabiles dñi præſidentes, ad hoc illũ monere uelitis, ut ſcripturas exportet, ſicut ſemper promittit, & tamen cum illis apparere recuſat, ſine enim literis non ſumus ei credituri.

D. OECOLAMPADIVS.

Deus miſereatur noſtri, illuminetq́ faciem ſuã ſuper nos, quo in terris uiam eius dinoſcamus, Amen. Dilecti Chriſto fideles, heſterno die iterum ſermones contumeliarum & irriſionum præceſſerunt, quibus finem exopto.

Ad unicũ me reſpondere oportet, quod ex meis uerbis eſt excerptũ mihi ad ignominiã, quod ſcilicet nominarim ſacramenta etiam gentiliũ, quaſi Chriſtiana ſacra etiam gentibus eſſem præſtiturus, at putabã nos uerborꝫ contentiones uitare debere, alterq́ alteri non ſic iniuriari. Sed legãtur libri dictionarij, reperit̃ ibi ſacramentũ cõmune nomen eſſe, lateq́ extendi, permittitur tamen gentibus ipſis, ut deos habere dicantur, quum non neſciat̃ eorꝫ deos, deos non eſſe. Quid ergo hic rixæ opus eſt, etiã ſi apud gentes ſacramenta eſſe dicantur, ſed falſa & inutilia, quemadmodũ & ego ipſe dixi.

Apud principalem cauſſam probari debuit, materiã panis ibi deſinere, & ſola illic accidentia permanere, allegatũ eſt dictum Euangeliſtarũ, Hoc eſt corpus meum, hoc uero dictũ ex toto nihil ꝓbat, quõ eñ ſic exponi põteſt, Hoc eſt corpus meũ, id eſt, materia panis tranſmutata eſt, neq́ ibi magis eſt panis, ceſſatio materiæ panis in his uerbis nõ reperit̃. Ideoq́ & neceſſitas hic urgebit aliud inducere dictũ. Ego illã excogitatã opinionẽ ſcripturis impugnaui, ex Matthæi Euangelio, cum quo & cæteri Euangeliſtæ concordãt, dño dicente. Ammodo nõ bibã ex hoc genimine uitis uſq́ in diem illum, donec bibã illud nouũ in regno patris mei. Hoc dictũ doctor Eckius uult eſſe parabolã, ſed hic nulla patet fuga, articulus namq́ græcus, ec tutu tu genumatos tis ampelu, id eſt ex hac generatione uitis. Hoc uerbulũ hac cum circumloquutione

quod

quod uinum nominat uitis generationem, clare dat intelligi, præciſe de hoc præſenti uino dictũ eſſe, ob id formidandũ nõ eſt, me mahumeticũ cœlũ, quod in cibo potuq; conſtat, erectũrũ aut confeſſurũ, ad hoc nempe illud non conſequit, hoc uerbulũ nouum tm̃ importat, quaſi nouo modo, & eſt huius dicti talis expoſitio. Vult namq; eis dñs dicere, iam ultra uobiſcũ nõ ſum permanſurus, hocq; dat per hęc uerba intelligi. Ammodo non bibã hanc uitis generationẽ. Quũ aũt dñs paſſurus ſit, ſed & diſcipuli dñi, uerũ & nos om̃es qui deifice uiuere cupimus, ſine triſtitia non erimus, prębet benignus dñs conſolatoriã ſpem dicens, uſq; in diem illũ, profecto laudatũ diem, in quo iudicare uenturus eſt, eruntq; ei obuij ſui in nubibus, illic nobiſcũ bibiturus eſt nouum potum, hoc eſt, gaudioſius habiturus eſt conuiuiũ, quod non in corporali cibo, potuq; perſtabit, ſed in æternæ ueritatis contemplatione, ex qua etiã & ipſum corpus de hoc gaudio participabit, quanq; de antiquis ſanctis Papia & Hyrenæo, quod etiã corporale gaudiũ huius terræ expectarũt legitur, licet ob hunc errorẽ, non tam inimice a poſteris, Iheronymo & Auguſtino, in eos fuerit inuectum. Inter eos enim charitas uigebat, quæ hanc temeritatem non patiebatur, & in nobis quoq; dñs charitatẽ accendat, ſic & nos ad ueritatem perueniemus.

Fuit iuxta hoc a me interrogatũ, quid Auguſtinus ad Bonifaciũ dicat, audite illud. Interrogatus Auguſtinus quõ cõpatres in paruulorũ baptiſmo reſpondere poſſent, & dicere credo uel abrenũtio, quũ neſciãt puerulos credituros uel abrenuntiaturos in hoc ſeculo. Adhæc reſpõdit illis hãc mentẽ uerbula cõpatrũ ſeu cõmatrũ dicentiũ ſe credere & abrenuntiare loco puerulis ſacramẽta eſſe. Ipſe quoq; & ſi in eo loco fidẽ puerulis nõ p̃beat, adhibebit nihilominus eis ſacramentũ fidei, eritq; eo in loco cõfeſſio fidei cũ nomine fidei, quæ nihil omninꝰ nõ p̃ſens fides nominat. Sic etiã dicit ſignũ ſacramẽti corpris Chriſti nos nominare corpus Chriſti, ex quo clareſcit

quonam modo antiqui doctores utuntur nomine corporis Chriſti, ubi in eorū ſcriptis pro ſacramento ponunt. Si ergo ſimilitudo Auguſtini, ubi ſacramentū corporis comparat ſacramēto confeſſionis fidei, in paruulorū baptiſmo ſimilis eſſe debeat, quū prius dixerat, paruulorū fidē nondū eſſe præſentem, ita etiā aptabiť oportet in ſacramento corporis.

Vltra etiā magna exclamatione contra me deductū eſt, ex libro de trinitate, quum tamen hoc dictū, totumq; illud capitulum pro me ſit, & contra eos, illic equidē oſtendit, nouem ſignificationū & ſignorū modos. Tandē & ultimo ſacramentum oſtēdit. Nunc hæc mens eius eſt, aliquando uiderunt filij Iſrahelis ſupra Sinay montem, maieſtatem Dei in nubibus & igne per angelorū miniſteriū parata, hominibus incognitum, angelis tamen non incognitū, fuerant & aliqui tam incogitantes, quum uocē audiſſent domini. Ego ſum dñs deus tuus ignis conſumens, qui ex intellectus & contemplationis paucitate, humilitateq; deum ignem eſſe crediderāt, ſicut & poſtea talis error apud pleroſq; gentes ſuccreuerat, adhæc ultra dicit ſic in noſtris ſacramentis, ubi pueruli eſſent, qui eiuſcemodi panem & uinū nunq; uidiſſent, & apud miſſarū celebrationes nunq; fuiſſent, & quid illis fieret ignorarent, audirentq; præſtāti uoce hæc uerba, cuius corpus eſſet, ſic & ipſi talem ſimplicem intellectū, ex eo ſibi formarent, quaſi & hoc ipſum corpus eſſet, hic quoq; humor eſſet ſanguinis, qui ex Chriſti latere defluxit. Sed ipſe ultra dicit, memores nos eſſe debere, ne noſtra infirmitas plus merito augeať. Vbi plane dat intelligi, ſacerdotes ſcire debere, qd in hac ſit tractatione, ſicut & angelos. At qui in eo capite bene oſtendit, panis illic eſſe ſubſtantiā, & nihil ultra hominis intellectū, ut ibi eſt accipere, quum ſignorū ordo cōparať. Fatetur & illic nullā eſſe miraculoſam & ſupernaturalē operationem, quare hoc magnum miraculum tranſſubſtantiationis poni non debet.

Quia tamen doctor Eckius ultra deducit de miraculis ſub Gregorio

Gregorio factis, non eſt ad propoſitũ, nam de hi miraculis omnino loquimur, quæ aliqñ infidelitatẽ ſequunť hominũ, ſiue uere fiant, ſiue apparenter, & fantaſmatæ, quum hæc miracula non ſint uniformia, de ſola interiori operatione loquimur, quæ in pane fieri diciť, de tranſmutatione dico, de hac ſcripturas nos non habere, ideoq; & acceptare neſcimus.

Vltimo ex parte dicti Auguſtini ſuper xxxiij. pſal. Si illud dictũ integrũ ſineretť, iterũ ſeipſum exponeret. Dicit ẽm ſuã humilitatem in ſacramẽto, & cõmendaſſe & ſe didiciſſe, hoc illic comperieť, quæ dicta ueſtræ charitati plane oſtendunt, meam erga uerã Chriſtianã eccleſiam, obedientiã, abſq; hoc quod ueteres fuerim aſpernatus, aut illos qui non tam excellens habuere ingenium. Idcirco illa dicta libenter acceptaui, quia uero doctorũ inductio, tempora noſtra conſumũt, ſine ullo ſpeciali fructu, & ego quoq; in doctorũ atq; conciliorũ dicta nõ aliter aſſentior, quã in Dei uerbo fundata ſint, ultra in uerbo Dei ſatiabor, doctorẽ Eckiũ rogans hoc ipſum facere. Nam ſi iuſte poſſideat, uti proponit, æſtimãs ſtultitiã eſſe, & ab eo dedecore expoſci ſuorũ dictorũ iuxta ſcripturã cauſſam, quum ipſe ut famatus Theologus, pro honore illud habere deberet. Aeſtimat ſe in huius dicti, Hoc eſt corpus meũ poſſeſſione eſſe, at in eius expoſitiõe totũ deperdemus ſacramentũ. Non ẽm illud uerbulũ hoc panem uult indicare, neq; uult ultra uerum & materialẽ panem manere. Ex quo tandẽ conſequeť quod heri deduxeram, Chriſtũ non uere paſſum, quod Chriſtianis aurib⁹ intelligentib⁹, intolerabiliſſimũ eſt.

D. ECKIVS.

IN nomine tuo dulcis Iheſu Chriſte. Breuitatis cauſſa, decidere patiar noua gentiliũ ſacramẽta, quia in Aug. nõ ſunt.

Quia tamen doctor excogitatã aſſerit opinionem eſſe, panis tranſmutationẽ, hic illũ aio Chriſto Iheſu, ſpirituiq; ſancto rebellare, quũ ẽm ſcripturas expoſcit, illas induxi Matth. xxvi. ubi primo nominat panem, quod in manus acceperat,

poſt hac dicẽs. Hoc eſt corpus meum, quumq; prius corpus non erat, iam uero corpus ſit Chriſti, neceſſario illis trãſmutatio cõſequitᷣ, quem intellectũ ſpiritus ſanctus expreſſit eccleſiæ in quatuor concilijs, ut ſupra dictum eſt. Similiter & hũc Euangelij ſenſum per ſanctũ martyrem Cyprianũ expreſſit. Dicit eñ, hic panis quem dñs ſuis diſcipulis porrexit, tranſmutauit (nota tranſmutauit) non in ſpecie, ſed in natura, per omnipotentiã uerbi factus eſt caro. Hic iam audimus, quam hanc ſcripturã eccleſia bene intelligat. Tranſeo Ambroſium Auguſtinũ, Athanaſiũ, Theophilactũ, quem & ipſe doctor Oecolampadius ex græco in latinũ traduxit eloquiũ, qui & ipſe clare in hunc ſenſum Euangeliſtas intelligit, Matthæum & Lucam, iuxta mei doctoris expoſitionem.

Dictum ſuum Matthæi, Ammodo non bibam &c. libenter obnubilaret hoc greco uerbulo tuto, at ego illi reddo in ſequentibus uerbis hoc uerbum græcũ affto, quum uelit eum etiam non loqui de materiali uino, mens heſterno die ſcripturarum datus intellectus rectus eſt, quem & ſanctus dat Ambroſius ſuper Lucam, ubi dicit. Bibite & comedite nobis mercedis loco non promitti, ſed cõmunio cœleſtis gratiæ & doctrinæ, quo neq; Chriſoſtomi, nec alioꝶ opinionem (ut eſt heri dictum) uult delere. Quum meus dñs doctor Euangelium recte ſumit in manus, inueniet hęc uerba, Chriſtũ dixiſſe ante ſacramenti inſtitutionem, Lucæ xxij. de quo & Auguſtinus in epiſtola ad Bonifaciũ, quod cuilibet ſimplici probo Chriſtiano eſt quã cognitiſſimũ, in cõmuni ſermone nos eo uerbo ſacramentũ aliquãdo pro exteriori ſpecie uti, quãdoq; uero pro ſacro Chriſti corpore, ut cum quis ſe dicat dñm noſtrum in miſſa uidiſſe, quum exteriora dumtaxat ſigna accidentium panis, ſub quibus dilectus dñs noſter eſt, uiderit.

Eodem modo dñs meus doctor uim facit uerbis Auguſtini, in tertio libro de trinitate, Auguſtino impingens, quod dicat, nihil in ſacramento eſſe ſupra noſtrũ intellectũ, quum

illic

illic fratres clare moneat fragilitatis itellectus, quippe quod capere nequeant mentis augmento, etiam cum expoſitione & confidẽtia intellectus iuſſionem Dei, ex occulta regni ſui maieſtate. At non eſt nouũ, noſtros nouos Chriſtianos uita defunctos ſanctos, uelle contra ipſorꝫ ſenſum in ſuas partes trahere, quum hoc idem & uiuentibus faciant, ſicut in uno libello, eruditum & uere doctum Eraſmum Roterodamum, falſitate inſimularũt, ut ſe literis erga uos gratioſos dominos meos laudandi fœderis Heluetiorꝫ, purgare cogeretur, procul dubio ſi Auguſtinus, Hyrenæus, Tertulianus, adhuc in his terris degerent, etiam & eos literis erga uos purgaturos, & excuſaturos.

Quare obſecro dominus meus doctor dicere audet, miraculum Gregorij ad propoſitum non eſſe, quum non ignoret uniuerſa eccleſia, hoc ideo factum eſſe, quia hæc mulier eam habuit infidelitatem, quam & nunc noui habent Chriſtiani, panem dumtaxat eſſe piſtorium.

Tandem ſcripturarum ratione, quas ego induxeram pro mea, totiuſqꝫ eccleſiæ poſſeſſione, uerba ſcilicet Chriſti, bonæ mihi ſunt literæ, domini paſſione firmatæ, diuinoqꝫ illius ore prædicatæ, quum dicit, Hoc eſt corpus meum.

Quia tamen doctor dicit ex mea concluſione ſequi Chriſtum neqꝫ paſſum uere, neqꝫ mortuum, hoc obſecro ſcripturis probet, & manus principali cauſſæ adponat, ut eo poſſint uniuerſi uidere, qui ueri ſint Euangelici.

D. OECOLAMPADIVS.

Cauſſa in his uerbis perſtat. Hoc eſt corpus meum, per quæ doctor Eckius probare nititur, materialem panem ibi non eſſe. Hæc autem uerba, illam non patiuntur expoſitionem; & certus ego ſum, me non pugnare aduerſus ſpiritum ſanctum, quum met ipſe ſpiritus ſanctus ſcripturas exponat in dicto Matth. Ammodo non bibam &c. ſed & tertio apud Paulum panem nominat.

Expoſitio

Expoſitio doctoris Eckij, panem exteriora ſigna nominari ſicut accidētia, quo nam modo illud uult probare, Paulus dicit de pane &c̄. de pane edere materiam expoſcit. Vniuerſa ſcriptura nobis duo dumtaxat oſtendit edulia, ſpirituale carnis domini noſtri Iheſu, & corporale panis ſcilicet & alterius corporalis cibi, ueſci uero accidentibus a ſubſtantia nudatis, literæ ſacræ non docent.

Neqꝫ doctor Eckius ſatisfecit, neqꝫ Matthæi dictum xxvi. capite enodauit. Ammodo non bibam de hoc genimine uitis &c̄. utcunqꝫ enim ſe res habeat de promiſſione ſequenti, oportet ut præcedēs uerbum reſpiciat atqꝫ referatur ad illud de quo eo tempore tractabatur, neqꝫ decet aliter exponi quā alijs ſcripturis, quas adhuc expecto.

D. ECKIVS.

IN nomine tuo dulcis dn̄e Iheſu Chriſte. Contra concluſionem meam de præſentia ſacri corporis Chriſti, adhuc obluctatur dn̄s meus doctor, aduerſus panis tranſmutationem inducens Paulū ter panem nominare, quod intelligi nequeat de accidentibus panis. Et quum diuus Paulus de manducatione loquit̄, non poteſt niſi materialis panis māducari, quū in ſcripturis non niſi duplex manducatio reperiatur. Ego uero, & ſi ad illa reſponderim ex mente regis Anglorꝝ, illamqꝫ ſcripturis probauerim, nihilominus ei clarius enumerabo, & dico in diuo Paulo ad Corinth. per panē non intelligi piſtorium panem, ſed ſacrū Chriſti corpus ſub ſpecie panis, hic eſt proborꝝ Chriſtianorꝝ panis. Hoc aūt ut uerū ſit, neqꝫ illud ullus Chriſtianorꝝ negare poſſit, teſtor per os Chriſti diuinum dicens Iohan. vi. Et panis quē ego dabo caro mea eſt, auſcultate probi fideles, quid Chriſtianus ſit panis, caro nāqꝫ Chriſti eſt. Hæc Dei uerba poterunt neqꝫ cœlum, neqꝫ terra, neqꝫ inferorum portæ euertere.

Iuxta illud ultra notandum, Chriſtum panem hunc promiſiſſe ſe pro mundi uita daturum. Si hunc Chriſtus, qui &

ipſa

ipſa ueritas eſt, promiſerit. Aa ergo promiſſa adimpleuit.

Et propter ſuperabundantiam, panem non intelligere de pane piſtorio, ſeipſum clare expōit, ubi eo in loco dicit. Quicunq; manducat hūc panem & biberit calicem dñi indigne, reus erit corporis & ſanguinis dñi. Ibi perpendite quem panem diuus Paulus intelligat, Chriſtianorꝫ diuinū panem ſacrū corpus dñi, cuius reus erit, quicunq; indigne manducat. At iam ita eſt, quum quis māducationis reus fit, fit reus eius quod manducat. Quare hic efficaciter Paulus ſtat pro eccleſia Chriſtiana, aduerſus oēs illos uenerabile ſacramentū ab eccleſia aufferre ſatagētes. Merito dñs meus doctor in Paulo legere debuiſſet, quo nā modo Chriſti uerba enumeraſſet, Hoc eſt corpus meū quod ꝑ uobis tradit̃ uel frangit̃, ex hoc mox uidiſſet, qualis nam panis in eccleſia fuiſſet Chriſtiana.

Secundo inducit dñs meus doctor heſternā atq; hodiernā cantilenā ex uerbis Chriſti, Matth. xxvi. non cōtentus quod ipſe uerba Chriſti (ſicut diui Ambroſij Chriſoſtomus) intelligo, ex me ſcripturas expoſcēs, met ipſe ordinem quo me ligare tentat non obſeruans. Ego enim uerba Chriſti accepto, ipſe uero quem uelit ex priſcis doctoribus eligat Chriſoſtomum, Ambroſium, Lyram, Hugonem &c. neminem, repe riet, contra ſacramentū uerba Chriſti exponentem. Vt aūt omnes uideant, catholicā eccleſiam ueram fidem, uerumq; Euangelium habere, inducam ei ſcripturas uerba Chriſti in Matthæo allegata, de noſtro ſacramento intelligi non poſſe, ſcripturæ ſupra memoratæ ſunt Lucæ xxij. cap. quo in loco dilucide Euangeliſta tradit in eſu agni paſcalis Iudæorꝫ dñm Iheſum dixiſſe. Deſyderio deſyderaui hoc paſca manducare uobiſcum anteq̃ patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice, gratias egit & dixit. Accipite & diuidite inter uos. Di co enim uobis, quod non bibam de generatione uitis, donec regnum Dei ueniat. Poſt hæc tandē Euangeliſta cōminiſcit̃

inſtitutionis huius ſacramenti. Ex quo clareſcit quum uerba hæc dominus dixerit in cœna agni paſcalis Iudæorꝝ, & poſt hac primum hoc uenerabile inſtituit ſacramentum, non debent ita præcedentia uerba in præiuditiũ ſacramenti illo modo uiolentari. Ideoq; & dñe doctor adferte claras ſcripturas, doctrinæ ueſtræ nouæ, quam Baſileæ & ſcripſiſtis & docuiſtis, aut apud eccleſiam catholicam durate.

D. OECOLAMPADIVS.

Dilecti probiq; Chriſtiani indifferentes opus eſt, & patientes aures habere, qui habet aures audiendi audiat, principio operæpretiũ duco genuinum ac uerum intellectũ dictorum ex ſacris literis proponere. Doctrinæ uero & ſcriptis Anglorum regis, breuitatis cauſſa, & ob dñorꝝ meorꝝ gratioſorum decretum, me nihil implicabo, neq; opus eſſet toties eccleſiæ nomen auribus meis inculcare. Cupio inq; cum ea audire uocem ueri paſtoris & ſponſi Chriſti. Omnia allegata doctoris Eckij dicta, adhuc non probãt deſinere panis materiam, ſed neq; ſuam concluſionem firmant, quæ ita ſonat. Verum Chriſti corpus & ſanguis eius præſentia ſunt in ſacramento altaris, quam illum ſic intelligere reor eque in pane ac in cœlo eſſe, & ſi inuiſibiliter ita ne eſt.

D. ECKIVS.

A Domino meo doctore de concluſionis meæ intellectu interrogatus, ualde mihi peregrinũ adparet noſtrã concluſionem iam in quartũ diem diſputari, & iam primũ quæri, qualiter ego eã intelligã. At breuiter, ſi Chriſti corpus quod in cœlo eſt, opiner in ſacramento eſſe. Dico quum niſi unicũ Chriſtus corpus habeat, unum eſt corpus ex uirgine natum, mortuum, in cœlo ſedens, & in ſacramento exiſtens.

D. OECOLAMPADIVS.

Primo inductum eſt dictum Iohan. vi. cap. eius tenoris. Panis quem ego dabo caro mea eſt, quem daturus ſum pro mundi uita, hoc dictum talem in ſe habet intellectum, ipſum

met Chriſtum panem eſſe uiuum, quemadmodũ paulo ante dicit. Ego ſum panis uiuus qui de cœlo uenit, qui manducauerit ex hoc pane, uiuet inæternum, & panis quem ego dabo &c. Non hic mens eſt doceri de ceremonijs ſiue ſignis ſacramentalibus, quorum ſignorum totum neq; meminit capitulum. ſed de hoc quod per ſacramentum ſignificatur, nominatim de domino noſtro Iheſu nobis profuturas præbet doctrinas, ſcitur materialem panem, aut ſacramentale ſignum de cœlo non deſcendiſſe, ſed uerbum Dei, unigenitum Dei filium propter nos de cœlo deſcendiſſe, ut in eum credens, uitam habeat æternam, ſicut paulo ante hac ſcriptum eſt. Cum hoc neq; ignoratũ eſt ſacramenta in ceremonia exerceri, huc non deſeruit, quum uitam non præſtet. Prius enim uel iuxta dat Chriſtus, uel cum exercentur. Tantum ergo nobis Euangeliſta dicit, carnem Chriſti eatenus cibum noſtrũ eſſe, quatenus fidem in illum ſuſcipimus, ac totam complacentiã atq; fiduciam quum in cruce moritur & patitur, ſatisfaciens pro mundi peccato. Hic iterum exhibitionis meæ ſeruo pręcepta me ſcilicet Chriſti honorem in cruce quærere. Hic ſcripturarum uſus eſt, illud edere nominãs ſiue manducare quod placitum eſt, etiam & panem appellans, quod hominem cibat atq; fortificat, aut in uita ſuſtentat, prout Eſaiæ tertio capite inuenitur. Et Iheremiæ xv. Illic nempe habetur, Inuenti ſunt ſermones tui & comedi eos, hoc eſt dulces mihi erant, mihiq; complacita. Ita dominus noſter Iheſus Chriſtus in cruce dilectior nobis amicitiorq; erit, quod ex eius in pane præſentia experimur. Id quum ita eſſet, diminutio eſſet meriti paſſionis Chriſti, uehemẽter enim mihi opus cenſeo, quod & uos libenter audituros opinor, quo nam modo Chriſtus, noſter ſit panis, nobiſq; dilectior, hic homini perneceſſaria fuerit, ſui ipſius cognitio, & quam ad infidelitatem pronus. Ecce quam bene nos Deus, cœlum terramq; creauit, nihilominus experimur infidelitatem, etiã poſt multa ſuſcepta beneficia.

Promiſſiones nobis dedit Deus per prophetas in mirabilib⁹ per ſeipſum iurādo, adhuc tamen infidelis eſt homo. Terret equidē peccatis ſuis, ne ad Deum (ut patrem) diuertat, quā obrem miſericors Deus unigenitū ſuum in mortem tradidit, quo ſufficiēter ſecuri illic fides increſcit, quum ibi peccata remittant, ut ad Coloſſ. ij. habet, affigens chyrographū cruci, quod erat contrariū nobis, tamen ibi cibus inuenit ſpiritualis, ubi peccata remittuntur. Hoc Chriſtus in allegato dicto uult dicere. Caro mea quæ pro mundi uita datur, hic eſt panis quem ego dabo, hunc panē omni tempore, & non in ſola miſſa manducare debemus, quū paſſionis Chriſti beneficentia, ſemp corda noſtra excitare debeat, ad fidendū & credendum in Deum. At in cœna uel miſſa cum gratiarum actione proteſtari & teſtificari debet coram proximo, Chriſtū uere noſtrum eſſe panem uiuificantem, & noſtra fides ſi iuſta eſt, erimus procul dubio Chriſtianam uitam agentes, & hoc ad primum dictum, ſint dicta.

Secundo, dictum allegauit ex diuo Paulo Corinth. xi. his uerbis, qui indigne ex hoc pane manducat, aut de calice dñi bibit, reus eſt corporis & ſanguinis dñi, ex quo dicto ſuā con cluſionem ſe æſtimat firmare, ita dicens. Qui ex aliquo cibo māducat, in eandem peccat, & quū illic habeat, qui indigne manducat hūc panē, hic reus erit corporis & ſanguinis Chriſti, ad quod conſequit, corpus Chriſti hunc eſſe cibum. Ad quæ reſpondeo non ſolum in aliquem peccari cibū, quum indigne manducat, ſed etiam in illū huius cibi noſtri datorem. Vt eſt, quum rex aliquis ſimplici homini cibū trāſmittit communem, qui hunc dedignanter & erga regem ingratitudine cibum ſuſcipit, num & iſte reus erit, uti cōtemptor regiæ maieſtatis, neq; ob id hic cibus maieſtas eſt regia. Aut uel clarius exemplū, audite Sceptrū poteſtatē indicat ſuperioꝝ, quum alioqui baculus ſit ut cęteri, nunc quum quis propria malitia ductus hoc ſceptrū rumperet, num erit & hic iniuriā inferens

poteſtatui

poteſtatui aut ſuperiori. Tale hic eſt, panis dñi naturalis eſt panis, & ſi datus permiſſuſq́;, & in ſacramentũ inſtitutus, ut ibi memoria habeat paſſionis ſuæ. Nã dicit, hoc facite in mei memoriã. Iamq́; Chriſti paſſio, quum tam ſit prætioſa, merito quiſq́; crucifixor & proditor Chriſti æſtimatur hæc ſacramenta dehoneſtans, hæc mens eſt Pauli, quam alio ſequenti uerbo declarat dicens, qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus dñi, ibi dijudicare corpus hoc importat, ne de Chriſto quis non aliter ſentiat, quam ſimplici ruſtico & peccatore. Cordi nobis eſſe debet innocentem Chriſtum filium eſſe Dei, qui & nos, cœlum, terramq́; creauit, qui & propter nos amaram mortem paſſus eſt, ita ſe homo probet, hoc namq́; cor illius, atq́; conſcientiam quietabit, hoc de Paulo dictum ſit.

Ad uerba Lucæ Euãgeliſtæ, quæ ante uerba inſtitutionis ſacramentorũ ſtant, & apud alios Euangeliſtas, Matthæũ & Marcum ſequuntur, opinat̃ doctor Eckius de alio quã ſacramentali cibo dictũ. Hic miror eum a proprio ſermone diuertiſſe, priuſq́; noluiſſe fateri per uerba generationis uitis corporale intelligi potuiſſe, quod iam apud Euangeliſtã Lucam acceptat, quum apud omnes Euangeliſtas de cœna ſcribẽtes horũ uerborũ cauſſa una ſit mens. Et quod unus Euãgeliſtarũ præponit, alter poſtponit, nulla eſt negligentia neq́; ſcripturarũ cõtrarietas, ex hoc em̃ diſcere deberemus, propter externa ſigna non tanto ſolicitari, quin potius iugiter progredi in mentis eleuatiõe ad ſpiritualia, ad uerũ dico uiuũq́; panẽ cœleſtem Chriſti Iheſu. Itaq́; nihil a D. Eckio hactenus adductũ eſt, trãſſubſtãtiationẽ eius firmãs, aut concluſionẽ ſuã ꝓbans.

Sed & quod Chriſtus dixit, Hoc eſt corpus meum, ad ſuæ concluſionis confirmationem non deſeruiet ei, adhuc ab eo petens ut panem hunc uerum panem eſſe ſinat.

Hyrenæum tranſſubſtãtiationis dumtaxat cauſſa induxi, pro ut in allegato loco reperit̃. Nam aliarũ capitaliũ cauſſarũ

ratione, adhuc nihil dictũ eſt, quũ nullũ etiã ego ſcribentẽ ac ceptabo uerbo Dei contrariũ, quum adhuc nihil obtentũ ſit. Necꝗ me alicui iudici ſubieci, uerbũ inꝗ Dei iudicare debet.

D. ECKIVS.

QVum non ego ſed doctor Oecolampadius Hyrenæum induxit, quaſi nobis contrarium, & iam quum clarum ſit, eum apud eccleſiæ ſentẽtiã permanere, doctorꝗ a proprijs armis fugiat, quæ ipſe ſecum attulit, ad ſacras literas, mirũ quod ab eo ſacræ ſcripturæ extorqueri nequeant.

D. OECOLAMPADIVS.

Gratioſi dilecti domini, credo hodiernã datam ſentẽtiam firmã permanſurã, ut honorem demus uerbo Dei. Alioqui poſſem & ipſe iuxta in diſputationis prolongationem, exceptiones ulteriores quærere, quod uoluntatis meæ non eſt, cum hoc rogans particulas tentas duarum concluſionum ratione, in ſententiam non pronunciare.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dulcis dñe Iheſu Chriſte. Quemadmodum nobis ambobus a dñis noſtris propoſitũ eſt, adhuc fugit dñs meus doctor, ſcopũ attingere nolens. Dicit me ſcripturis nõ obtinuiſſe, panis deſinere ſubſtantiã in ſacramẽto, met neſciens unde arguteř. Nempe contra meã concluſionẽ adduxit ſanctũ Paulũ hoc ſacramentũ panem appellare. Ex quo probare ſategit panẽ eſſe oportere materialẽ & piſtoriũ, & nõ ſacrũ Chriſti corpus, aduerſus quod ego in ſcripturis illi oſtendi eum nõ recte ſentire, nam in ea clare corpus Chriſti panis nominař, iuxta etiã doctoris adſenſum, quẽ excurſione facta ſcripturarũ prolixius probauit. Quare necꝗ nouit, necꝗ poteſt etiã iuxta propria uerba & expoſitionẽ, hoc uerbulo pane apud Paulũ contra me decertare. Ideocꝗ operæpreciũ eſt, ut cauſſam aliter adgrediař atꝗ contractet ſerio ſcrtpturiſcꝗ, ſi uenerabile ſacramentũ in eccleſia uelit euerter e. Ipſe quocꝗ & ſi me ſophiſtice interrogarit, quis nam ſit cõcluſionis meæ intellectus

intellectus, cuius ſocij ſui prope cathedram ſuam in magnam ſpem erigebant, & ego quum illi Chriſtiane reſpondiſſem, neq; datã reſponſionẽ minimo attigit uerbo. Quamobrẽ hic miſſam facio prolixã illius prædicationẽ, cuius antea conſueuerat, & breuiter ad ſcripturas, quod enim totum Iohan. vi. capitulũ ad finem uſq; cũ illo diſputare cupiã, ſuperabundantia eſt. Vnicũ uero argumentũ quod ſe cõtra nos habere æſtimat, oportet ut ſoluã. Ita nempe panis, de quo Iohan. vi. noſter eſſe nequit ſacramentalis panis, quum accidẽtia panis de cœlo non deſcenderint, & dicat Iheſus, Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit. Dñs meus doctor, ſi ita uelit euangeliũ infle ctere, neceſſe oporteret & Chriſti uerba claudicare. Sicut namq; panis accidentia de cœlo non deſcendunt, ſic neq; caro Chriſti de cœlo deſcendit, ſicut ex fide edocti ſumus, natũ eſſe ex *Maria* uirgine, ſatis mihi fuerit obtinuiſſe ſacrũ Chriſti corpus in ſcripturis panẽ nominari, ideoq; demitto de eſu & pane, Eſaiæ iiij. Ihere. xv. prolixo ſermone deducta. Crux enim, fides, paſſioq; Chriſti ſacramento non ſunt contraria. Mirabile adparet dominũ meum doctorem opinari dominũ Iheſum, & eius amaram paſſionẽ probo Chriſtiano affectiorem, per panem piſtorium, quam per proprium eius & tenerum corpus. In uerbis Pauli hunc eſſe intellectũ, dicit dñs meus doctor, & diui Pauli mentem, quaſi ſuæ deberemus expoſitioni credere, audire recuſanti uerba ſacrorꝫ conciliorꝫ, ſanctorumq; doctorꝫ, eius mentem non aduertimus. Paulum audimus pro eccleſia & ſacramento ſtantem, ſicut a me inductus eſt, breuitatis cauſſa iudicibus me ſubmitto.

At ubi uerba inuertit dico peccantẽ. In deũ peccare, ſecd'm ſcripturas, ſed in peccato reus fit qs una in re, alter in altera. Paulus inquit, reus erit corporis dñi, nõ ait in pane piſtorio.

Exemplũ hoc de regijs dapibus, creaturæ impoſſibile eſt. Dapes enim, quum quis regum emittit, uere dicere non poteſt. Hoc eſt corpus meum, quod dixit dominus Iheſus.

Exemplũ

Exemplũ ſceptri a doctore datum, ſuo imaginũ oppugnatori Zwinglio, non reor placiturum. Nam ſi iniuria cenſetur regi ſceptrum frangere, quo maior eſt iniuria Iheſu crucifixo ſuæ crucis imaginem frangere, pedibus conculcare, & exurere, quæ neq; Thurcam opinor facturum.

Sed & Pauli uerba demitto, quæ dilectus dominus meus doctor præueniẽdo induxit dicens. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicãs corpus domini. Plane ſe notę non dedit, quam illum præmat dure hoc dictum Pauli, non ſicut nos dijudicantes panem piſtorium, ſed Chriſti corpus, unicum dominus meus doctor ex ſcripturis uel dictum efferat ſuæ opinioni deſeruiẽs, ſicut iam per quatuor dies efflagito, neq; adhuc factum, libenter illum audiemus, atq; cum Deo & ueritate reſpondebimus, quæ cognitioni ſiue ſententiæ commendo.

Vltimo, ex dicto Matthæi xxvi. mihi adſcribit, me inuertiſſe mentem meam, quod nunq; comperietur, quum duntaxat contra illum probarim, hæc Chriſti uerba de ſacramento nõ fuiſſe dicta, quod & ipſe iam admittit, cogiturq; admittere, quia adſunt uerba Lucæ ex ſacris literis allegata. Atqui iam concluſio mea uniuerſalis eccleſiæ Chriſti de uenerabili ſacramento, iam quatuor diebus illæſa permanſerit, confirmataq; uerbo Chriſti, Hoc eſt corpus meũ, & ipſe D. Oecolampadius ad multipharias preces meas, ſed & dñorꝝ iuſſiones, nullis literis eam attingere uelit, ſed omnes nos circũloquutionibus ſuis ſuſpendit. Si literas ſacras in manus non acceperit, iuxta eius exhibitionẽ in Chriſtiana & fraterna charitate, cogor, impellorq; oẽs dños meos ſimul inuocare, & obnixe rogare, ut in hoc articulo Chriſtiane concludant.

D. OECOLAMPADIVS.

Strenui uenerabiles dilectiq; dñi, quemadmodũ doctor ſupplicauit concluſionis cauſſa, quaſi iudicandũ fuerit, bonę ſum ſpei, ut firma durẽt quib⁹ ab initio credidimus. Hic nãq;

ſumus

ſumus ut ſcripturā ſcripturę cōparemus, ſi ita eſſe poſſit, adiu uante me Deo facturus ſum quæ mihi uidenẽ ꝓfutura, & bona ad ueritatis inuẽtionẽ, pluraq́ alia facturus ad ei⁹ elucidationẽ. Illud aũt ſi eſſe negret, hoc in mea cōſciẽtia inuenio, me ultra non immittere, rogās ſuper hoc gratioſum reſponſum.

Obſequar dominis meis, iuxta gaudens nondum probatum panis materiā mutari, quumq́ uere panem habeamus, habemus quoq́ ſacramentum.

Deus optimus hodie & omni tempore, omnibus & ſingulis populo ſuo gratiā ſuam concedat, Amen. Exacto die doctor Eckius dictum Iohan. vi. non admiſit, intelligi de ceremoniali & materiali pane, eo contentus Chriſtũ panem nominari. Ideoq́ & ad ſuæ tranſſubſtantiationis confirmationem illud non deſeruit. Nam ſi ſacramentũ eſſe debeat, oportet illic panem eſſe uerum, internum panem ſignificantem.

Secundo neq́ enodauit, quod Chriſti paſſionis memoriā concernebat, ipſam pręcipue animas hominũ cibare, ob idq́ materialem panem in ſacramentũ aſſumptum. Neceſſe eſt ut probet corpoream præſentiam in pane animam cibare.

Sed & in duobus exemplis ſiue ſimilibus ſuper dicto Pauli, ſi quis manducat indigne, reus erit corporis &c. In primo ſimili de regijs dapibus, impoſſibile dixit regem ex ſuis dapibus facere corpus ſuum, quod libenter admitto. Sed iuxta probare tenetur hoc domini dictum præcepti eſſe, quod ex ſcripturis nunq́ probabit, memoriam enim dominus præcepit. quod regum quilibet facere poteſt.

In alia ſceptri ſimilitudine illa cōceſſit, diuertitq́ in imaginum expugnatores, quod ad aliam concluſionẽ deſeruit.

Vltimo, iuxta hoc uerbulũ non dijudicans corpus, talem adportauit expoſitionem, quod illic non habeatur non dijudicās panẽ, ſed hic doctori Eckio expendendũ fuerat, quod is qui corpus Chriſti, quẽadmodũ pro nobis eſt paſſum dijudicat ad id ſtatim deueniet, ne ſe temere in cōmunicationem

immittat ſacramentorum, fides namque, qua plærique corpus in pane eſſe credũt, frugiferam non adfert probationem, ut eſt quotidie oculis cernere. Sed impoſſibile eſt hominem ex toto ſuo corde credere mortem dñi noſtri pro nobis, & uitã ſuã non meliorem facere, hoc ad eius eſt reſponſionem dictum.

At nunc ad illius multiplicatã petitionẽ, ut meã ſcilicet doctrinã probem, uoluntati ſuæ acquieſcã, & ſi nulla hoc neceſſitas ſic palam inclamitandi expoſcat, tres inque fidei articulos ei oſtendi, qui multis in locis ſcripturæ fundati ſunt ab omnibus crediti, contra quos ſua concluſio pugnat. Sed & ultra dictum Iohãnis allegaui, Niſi abiero paracletus non ueniet, & ſolutionem quamuis dederit, reſponſionẽ tamen eius ſcripturis non probauit. Sed & omni uia aduerſus illũ pugnabit dictũ Iohan. vi. Carnem nihil prodeſſe. Sed & ei cõtrarium eſt dictũ Matth. xxiiij. Si dixerint hic uel illic eſſe Chriſtum, non credatis. Præcipue quum primo petam dictũ, in quo ſe fundat, Hoc eſt corpus meum, eum non habere ſenſum, quẽ ipſe proponit, qđ ſequẽter diuino auxilio clarius pbandũ eſt.

D. ECKIVS.

IN nomine tuo domine Iheſu Chriſte. Heſternam demitto domini mei doctoris iactantiam dicentis, ſe obtinuiſſe materialem panem manere in uenerabili ſacramẽto, gratia namque Dei, hactenus ſufficienter omnes illius obiectiones ſolutæ ſunt, remittens me ad notariorum ſcripta.

Hodie proponit admiſiſſe me uerba Chriſti Iohan. vi. de ſacramẽto non loqui, quod ex meis cõſcriptis & notatis uerbis nunque reperietur, quumque dicit, oportere in ſacramento materialem panem eſſe, id ei nos de uniuerſali eccleſia non ſumus credituri, niſi concludentes adducat ſcripturas.

Ad hæc negat uenerabile Chriſti corpus animæ cibũ eſſe poſſe, ſicut nos eccleſiæ filij dicimus, ſed memoriã paſſionis Chriſti cibum adſerit animæ. Reſpõdeo ei, ipſe una cum ſua parte quum proponit memoriã mortis Chriſti apud panem

piſtorium

piſtoriũ cibũ eſſe animę, ſi non etiã eadẽ memoria, cum ſacro Chriſti corpore, cibus ſit animæ, nẽpe homo quiſpiã minimi intellectns, ratiõis quoq; nõ exps, credere ne poſſet panẽ piſtoriũ ĩ memoria plus animã cibare, quã uerũ ſacrũq; Chriſti corpus, nobilis theuſaurus, in quẽ oẽs electi intueri cupiũt.

Quod heſterno ueſperi ſuis duobus exẽplis ex fundamento ſatisfeci. Primũ cum rex dapes ſuas alicui tranſmittit, dixi, & uerũ eſt, regem his dapibus dicere non poſſe, Hoc eſt corpus meum, ſicut Chriſtus dixit. Huic obijciẽdo dicit doctor, huius nos præceptũ nullũ habere, ſed magis nobis præceptũ eſſe, hoc nos facere debere in ſui memoriã. Dico in ſcripturis clare haberi, hoc faciendũ ex pręcepto, Accipite (inqt Iheſus) apud tres Euãgeliſtas & Paulũ, & comedite, Hoc eſt corpus meum. Et apud Lucã, Hoc facite in mei memoriã, ubi clare duo ſunt præcepta, unũ de cõmunicatione ſacri corporis ſui. Scd'm, ut hæc fiant in eius memoriã. Quia tamen doctor ſua uerba declarat, deũ nobis nõ præcepiſſe, panẽ trãſmutare in corpus ſuũ. Nimirũ deũ nobis non præcipere, quod factu nobis eſt impoſſibile. Ipſe uero met, hoc ſua facit omnipotentia, dicentibus & faciẽtibus hoc ſacerdotibus quod ipſe cõmiſit.

Cum ſceptro dicit dñs meus doctor hoc me admiſiſſe exemplum, quod in notarioꝝ ſcriptis non inuenietur. Primũ inq; exemplũ de regijs dapibus quum oppugnaui, quippe quod regis corpus non ſint, quis tam eſt hebes qui ſceptrum, regis eſſe corpus credat, notanter cuperet aperta & dilucida diui Pauli uerba, de uenerabili ſacramento obtenebrare, ubi arguit indigne ſumẽtes hoc ſacramentũ, quod ſibi met iudiciũ manducent, non dijudicantes corpus Chriſti. Aduertite dilecti Chriſtiani Paulũ nõ dicere non dijudicãtes panẽ piſtoriũ. Quumq; hoc dictũ fidẽ eccleſiæ Chriſtianæ tam clare oſtendat, ut nullus poſſit homo quauis ratione obluctari, claritatẽ nihilominus eius exponã ex met Pauli uerbis. Quum enĩ de huius uenerabilis ſacramẽti inſtitutiõe loquut⁹ fuerat ſequitẽ

Quicunq; manducat hunc panem, & bibit calicem dñi indi-
gne (ut ſciat̃ quid per hæc Paulus intelligat) ſubiungit, reus
erit corporis & ſanguinis dñi. Huiuſq; rationẽ reddit, quare
reus erit, quia dijudicando non cognoſcit corpus dñi, quẽad
modũ hij faciunt, qui hoc ſacramentũ a quouis alio cõmuni
pane non diſcernũt, aut certe non dijudicant. Ad hæc eſt im-
poſſibile ſenſum manere doctoris cum uerbis Pauli, quippe
quod uelit trahere dijudicationẽ uel diſcretionẽ ad fidem in
Chriſtũ & eius paſſionem, hij enim qui non credunt, panem
pro pane habent, non manducantes panem dñi, ideoq; opor
tet ut diuus Paulus de Chriſtianis loquat̃, quorũ aliqui digne
ſumunt, aliqui uero & ſi in Chriſtũ Iheſum & eius paſſionem
credant, adhuc tamen ſe non probant neq; parant, ut altiore
& deuotione & dijudicatione a cõmuni cibo ſumerent, ex to
toq; non ſufficit dominũ doctorẽ dicere ad fidei probationẽ,
quia fides ſine bono opere mortua eſt, Iacobo dicente, eſtq;
corpori inanimato perſimilis.

Ex corde gaudeo poſt longam ſuſpenſionem, iam dilectũ
dñm meum doctorem ſcripturas in manus ſumere, quatuor
argumenta inducens, quæ & Zwinglius gratioſis dñis meis
nuntijs ſenatorijs duodecim cantonũ miſit, ob idq; mihi cha-
riora ſunt, fideliterq; cõmendata habebo. Primũ hij duo pro
ponunt, ſi præſens eſſet dñs Iheſus in ſacramento, neceſſe eſ-
ſet deleri tres fidei articulos, illoſq; perire. Quos dñs meus do
ctor (ut reor) non enumerauit. ſed dumtaxat mentionem de
his fecit, fundari eos in ſacris literis. At Zwinglius enumerat
Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexterã dei patris omnipotentis.
Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, uterq; ergo dñi
mei opinant̃, ſi in cœlo Chriſtus eſt, in ſacramento ergo non
eſt, quum unum corpus in duobus locis eſſe non poteſt. Ali-
oqui libẽter Zwinglius in Baden diſputaret, ſic tamen ut ni-
hilominus in Thurego maneret. Reſpõdeo ambos dños me-
os non bene ponderaſſe omnipotentiã Dei, & id quod Luca

ſcribente

ſcribente, angelus Mariæ reſpondit. Quia non erit impoſſibile apud Deum omne uerbũ. Etſi igitᷓ Zwinglius ipſe multipharia ſe obtulit omnia ſua ſcripturis probare, hic nihilominus ſcripturis eſt uacuus. Sicq́ꝫ & dilectus dñs meus doctor nullas attulit ſcripturas Deo impoſſibile eſſe, ut unum ſit corpus in duobus locis. Quamuis aũt ſcripturas proponere obligarentᷓ, ſi noſtrã ſanctã cuperẽt fidem euertere de ſacramento, ex ſuperabundanti tamen probabo, ad noſtræ fidei confirmationẽ, hoc poſſibile eſſe ex ſcripturis, & hoc plus in naturalibus. Scriptura namq́ꝫ (ut dicunt) habet, Sedet ad dexteram dei patris, donec iudicaturus ueniat, ſicut Zwinglius deducit Matth. xxvi. uerũ eſt, literæ tradunt, om̃eſq́ꝫ nos Chriſtiani hoc credimus. Quamuis & iuxta Lucas ſcribat in libro Act. apoſtoloꝝ cap. ix. Quod Paulus tũc Saulus, quum ex Hieroſolymis in Damaſcũ adequitaret, proſtratus dixerit. Quis es dñe? Reſponditq́ꝫ dñs, Ego ſum Iheſus quẽ tu perſequeris. Hic intueamini dilecti chriſtiani dñm ante Damaſcũ fuiſſe apđ Paulũ, nec minus ſediſſe ad dexterã patris ſui. Simile in plęriſq́ꝫ a lijs ſcriptis fide dignis legimus dñi apparitionẽ.

Illud natura poteſt, ut res una in diuerſis ſit locis, quod in anima eſt cernere. Homo enim quum unicã habeat, & indiuiſibilem animã, quia anima ſpiritus eſt, partes non habens, nihilominus eadem anima, quæ in mea dextera manu eſt, eadem ipſa anima eſt & ĩ ſiniſtra manu mea. Illud igitᷓ de anima ſi naturaliter poſſibile eſt, quis ergo Dei potentiã coartare dignabitᷓ, & ad ulnã menſurare, nempe quod illud corpore nequeat facere. Ideoq́ꝫ quum dñs apud Iohannem dixerit. Niſi ego abiero &c̃. ex eo nõ ſequitᷓ, dñs Iheſus abijt, ideoq́ꝫ in ſacramento eſſe non poteſt, unũ enim corpus in cœlo eſt, & in ſacramẽto ſupra terrã per Dei omnipotentiã. Hæc ſancta eſt fides, qua (Paulo inquiente) noſtrũ intellectũ implicare debemus in ſeruitutem fidei, quã perpetuo Deus eſt remuneraturus. Quo ſunt uniuerſa & iacẽt in fundo, ſextũ, octauũ, &

nonum Zwinglij argumēta, graciofis dn̄is meis præſentata.

Vltra dilectus dn̄s meus doctor alias adfert ſcripturas, uerba Chriſti Iohan. vi. Caro non prodeſt quicꝙ. Hæc longa eſt Zwinglij lancea & cuſpis, qua a Thurego huc dimicat, utriq; aūt domini mei, ſi rem melius cogitarent atq; ſeipſos, eiuſmodi dicta aduerſus eccleſiam & ſacramentum, non inducerent. Caro namq; Chriſti (ut ipſi intelligunt) ſi nihil prodeſſe debet, eſſet profecto melior eorum panis piſtorius corpore Chriſti, in quo paſſus, mortuus, mundumq; redemit. Quis hęc Chriſtianus audire poſſet, abſq; graui animi ſui moleſtia. Ad quam abominationem uitandam merito conſiderare deberent, eſſe non poſſe rectum & uerum intellectum, quem ipſi proponunt. Quare breuibus uerum ſenſum declarabo & intellectum. Dominus quum dicit, Caro non prodeſt quicꝙ, de ſuo ſacro non loquitur corpore, in quo operaturus erat hominum ſalutem, ideo quia ante dixerat, Caro mea uere eſt cibus, iam dominus Iheſus hoc uerbulum mea intermittit & abſolute dicit, Caro nihil prodeſt, hoc eſt, carnalis intellectus nihil prodeſt, quia ſpiritus eſt qui uiuificat. Et ut uerus ſit iſte intellectus, ſcripturis probo eodem loco, alijſq; locis, nam Capharnaitæ groſſum habebant intellectū uerborum Iheſu, quaſi crudam eſſent Chriſti carnem manducaturi, ſicut ex macellis caro defertur, ideoq; dicebāt hūc durum eſſe ſermonem, quis hunc audire poteſt, cui falſo intellectui mox reſpondit dominus, Caro non prodeſt quicꝙ. Sed & ex alijs locis ſacrarum literarum probatū eſt, carnem accipi pro carnali intellectu, uti Paulus ad Roma. viij. dicit. Prudentia carnis mors eſt, Sapientia carnis inimica eſt Deo, eodem etiam modo dilectus dominus noſter hoc uerbum caro intellexit Matthæi xvi. quando Petro dixerat. Beatus es Simon bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus cœleſtis. Omnibus notum dominum Iheſum uoluiſſe Petri confeſſionem, non ex carnali intellectu haberi,

ſed

ſed ex diuina reuelatiõe. Hic iam uident gratioſi domini mei nuntij Senatorij, primam euulgatam Zwinglij probationẽ, nullius momenti & inutilem eſſe.

Ad hæc dilectus dominus meus doctor iduxit literas Mat thæi xxiiij. & eaſdem Zwinglius Marci xiij. Si quis uobis dixerit, hic eſt Chriſtus, uel illic, nolite credere. Hic Zwinglius exclamat. Si dixerint Eckius uel Faber Chriſtum hic eſſe in ſacramento, nolite illis credere, ſcripturis dumtaxat, ſecundum emortuas literas contra nos utuntur, ſenſum uero ſpiritus ſancti, quem met Deus ipſe oſtendit in præcedentibus & ſequentibus uerbis non ponderantes. Id namq; ſi facerent, procul dubio una cũ hoc dicto domi deliteſcerent, neq; nobis theuſaurum ſacramenti uenerabilis abriperent. Quod ut uerum ſit, etiam ex met ipſo euãgelio probo, ubi Chriſtus prophetauit grauiſſimam tribulationem nouiſſimorum tempo rum, quando talis exurget tribulatio, qualis non fuit ab initio mundi, ad quam monitionem mox ſequitur. Si quis uobis dixerit, hic eſt Chriſtus, uel illic eſt Chriſtus, nolite crede re, non hic ſenſus eſt, quem dominus meus doctor & magiſter Vlrichus Zwinglius proponunt, ut per uerbulum Chriſtus, ſacrum Chriſti corpus intelligatur, ſicut Zwinglius intorquet, ſed ibi debet intelligi, per Chriſtum regnum ſuum ſidei. Et hoc ut uerum ſit, ex illo datur accipi, quod dominus dicat, & erit in nouiſſimis temporibus, quemadmodũ & Petrus & Iudas in ſuis epiſtolis prophetarunt. Nunc autem uerum eſt, quod dicitur Chriſtum in ſacramento eſſe, nec primum in nouiſſimis aduenit temporibus, ſed uniuerſalis eccleſia, ab Apoſtolorum temporibus, uſq; ad hæc noſtra tem pora, & adhuc clarius illud oſtendunt ſequentia uerba. Chriſtus inq; Iheſus ſeruator nobis non promiſit, quod primo nouiſſimis & ultimis temporibus, de ſub ſcamno extrahetur ſanctum Euangelium, ſicut & dominus doctor Lutherus & ſibi adhærentes aiunt. Sed ita dicit, Exurgent pſeudo Chriſti &

pſeudo

pſeudoprophetæ, apud Marcũ & Matthæũ, & multi falſi pro phetæ ſurgent, & multos ſeducent, quia ſuperabundabit ini quitas, & refrigeſcet charitas multoꝝ. Quis hic non uideret dñm loqui de regno Chriſti fidei ſuæ, & non de ſacramento. Ideoq; & contra Zwingliũ, rogo gratioſos dños meos, & ſu periores laudandi fœderis Heluetioꝝ, quum Lutherũ ſcribe re audierint Chriſti fidem apud ſe eſſe, & Zwinglium quod apd'ſe fuerit, rebaptiſatores apud ſe haberi, quatenus ex Chri ſti monitione, domini mei nulli credant, ſed fidem ſolummo do quærant, apud ſponſam Chriſti uniuerſalem eccleſiam. Hic iam Zwinglius ſuo quarto argumento deuicit & obti nuit, ne uos domini mei illi credatis.

Vltimo offert ſe dñs meus doctor probaturum, quod hæc uerba Dei, accipite & manducate, Hoc eſt corpus meum, ſa cramentũ pro eccleſia non probent, adhuc non credo niſi ui dero. Ideoq; & ab eo libenter hoc ſum auditurus.

D. OECOLAMPADIVS.

Gratia & pax a Deo, Amen. Ex uarijs ſermonibus hodie factis, ob fugã obiectoꝝ argumentoꝝ non eſt neceſſe ad pri mum reſpondere. Sed quod in fine petitũ eſt, magis erit fru ctiferũ, ut eo diſputatio cepta, fœlicius progrediatur. Primo inq; neceſſariũ erit, haberi naturalẽ & uerũ intellectũ uerbo rum dñi noſtri, in eo quod dicit, Hoc eſt corpus meum. Nã ſequenter in omnibus ſolutionibus D. Eckius exportat hoc dictum, quaſi ex eo poſſit ſuam concluſionẽ firmare. Negari non poteſt, quin ſint dñi uerba, ſed hic reſpiciat, ut uerus nõ deperdat̃ intellectus. At nũc Apoſtolus ad Ro. xij. ait. Qui prophetiã habet, hoc eſt ſcripturarũ expoſitionẽ, habeat illã atq; ea utat̃ ſcd'm rationẽ fidei. Omni enim modo inutile erit ſolũ mortuis literis, ſicut hodie dictũ eſt a D. Eckio adhęrere, aut peregrinũ ſenſum, qui neq; hic neq; in alijs locis fundat̃, inducere atq; intrahere. Recte ſe habet ad uerbũ Dei uos tra hens, id quod mihi placet, iuxta hoc ergo peto conſiderari intellectũ

intellectũ uerbo℞. Alioqui parum eſſet ſcripturas inducere, quod & malignus ſpiritus ſciret.

Compertum eſt equidem uerba multis differentijs & diſcretionibus dici. Aliqua enim merę ſunt hiſtorica, in quibus nihil præcipitur, neq; aliquid præcedens exponunt.

Alia ſunt uerba, in quibus reperitur præceptũ ut aliquid fiat, ut ſunt quibus dñs dixerat reſpice. Vbi aũt ſcriptura præceptum ſiue mandatũ Dei proponit, illic nemo dubitet quin fiat. Hoc incꝗ eſſet contradicere diuinæ omnipotẽtiæ, ſi quis æſtimet ad hæc Dei præcipientia uerba nihil ſequi, ſicut Pſalmiſta ait. Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. His enim uerbis uoluntas Dei cognoſcit̃, qui ſemper potens eſt, ſibiq; nihil reſiſtit. Hæc aũt uerba dñi, Hoc eſt corpus meum, in ſe nullũ mandatũ continent, non em̃ dicit dñs panis fiat corpus meũ, ut quũ dixerat fiat lux & facta eſt lux, Gen.i. Quum & præcedẽtia uerba tale mandatũ non oſtẽdant, uerba equidẽ ſi conſiderent̃, nihilq; peregrinũ adponat̃ (ut decet tractare ſcripturas) ſolum em̃ hic dicit̃ de pane materiali, quem dñs in manus acceperat, gratias agens, fregerat, dederatq; diſcipulis. Neq; em̃ illic aliquod habet̃ mandatũ ex uerbis illis datũ, quaſi id uerba efficerent, quẽadmodũ hodie doctor Eckius ſe notandũ præbuit, hãc uerbis collatã poteſtatẽ ſeu uirtutẽ per Dei omnipotentiã, quomodo illud probabit. Eque minus poterunt ſacerdotes ex illis uerbis ſine additamento (illis non conceſſo) eis, ex his uerbis poteſtatẽ creare. Quum itaq; doctor Eckius eo fundamẽtum ſuum reponat, neceſſe oportet ut prius firmet.

Tertio ſunt exponentia uerba præcedentiũ ceremoniarũ ſiue in alijs locis parabolæ alicuius ſiue ſimilitudinis, qualia uerba etiã hic inueniunt̃, nos ſi pauliſper dociles eſſemus, lumen hic ueri intellectus recte manifeſtaret̃. Neq; ullæ totius Bibliæ ſcripturæ, quorũcunq; loco℞ huic ſe opponent, ut fit in expoſitiõibus doctoris Eckij. Quomodo em̃ ex his uerbis

Hoc eſt corpus meum, quis capere poteſt, hoc eſt materia pa nis mutabitur in carnem ſiue corpus, autue panis eſſentiali-ter corpus eſt Chriſti, ſiue ſub accidentibus ſignis eſt & con-tinetur corpus Chriſti. Sed compertum habetur ex uere fi-dei enumeratione, quam in Chriſtum Iheſum habemus cru-cifixum, ut apte concordant præcedentia & ſequētia uerba, hæc uerba eſſe expoſitoria earum rerum, quæ ante hac domi nus exterioribus ſignis diſcipulis ſignificarat, ac ſi quis domi num interroget. Domine Chriſte, quid uis eo ſic in manus panem accipiendo, ſic frangendo diſcipulis ſic dando, tunc ſic reſponderet his uerbis. Hic panis hac ceremoniali forma, neceſſe oportet hoc uerbulum hic terminari, trahiq; ad prius dictum eſt corpus meum, uos docet, oſtendit, ſignificat figu ram, ſacramentum uobis eſt. Hoc namq; uerbulū eius eſt na turæ in ceremoniarū & ſimilitudinum expoſitione. Quam-obrem & Euangeliſta Lucas, atq; Paulus Apoſtolus, ad ul-teriorem myſterij huius declarationem diſcipulis propoſuit, alia ad hæc addendo uerba domini, quod pro uobis tradetur uel frangitur. Videat cor Chriſtianum, ſi nam alium aptum deferēt ſenſum, dicere ne uellemus panem eſſe corpus eſſen-tiale, etiam tum ſequeretur panem pro nobis crucifixum, ſi dixerimus, per uerbulum hoc intelligi corpus, trahereq; uel-lemus uerbum hoc ad ſequentia, tantum eſſet, meum corpus eſt meum corpus. Hoc uerbulū inuiſibile, ſeu inuiſibile cor-pus ex nullis ſcripturis adportari poterit, quare compelli nō poterimus ad hunc ſenſum, abſq; ſcripturis. Id omne clarum fiet & apertum, ſi alioqui in ſcripturas introierimus, & uide-rimus literarum ritum & modum. Dominus quando Exodi xij, inſtituit agni paſcalis ritum, qui figura eſt domini noſtri Iheſu Chriſti, & noſtris Chriſtianis ceremonijs concors ce-remonia, dixit dominus quia tranſitus eſt ſeu phaſe domini. Vltra quoq; dicit. Quumq; interrogauerint uos filij ueſtri, quæ nam hæc fuerit religio, reſponderent illis carnificētiam

eſſe

eſſe, ſeu tranſitum ſiue phaſe', ſcriptura inquam agno paſcali tale nomẽ dat, & hoc quid eſt aliud quam dici inſtitutionem eſſe ceremoniæ. Eſt enim memoria qualiter occiſus ſit agnus paſcalis, quod clarius in uerbis cœnæ apud Euangeliſtã Lucam exprimitur, quum dicit, Hoc poculum ſiue potus nouum eſt teſtamentũ in meo ſanguine, quod pro uobis effundetur. Qui ergo nouit, quid nouum ſit teſtamentum ſiue nouum fœdus, quod cum Deo pepigimus, quod ſcilicet eius aſſecurati ſimus, iam tum deueniet ad genuinum iſtorum uerborum ſenſum. Noſtrum namq; cum Deo teſtamentum in cruce eſt, per teſtatoris mortem, & per ſanguinis effuſionem ueri, unici, & immaculati ſacrificij Chriſti in cœna confirmati. At hic rememoratio eſt, & talis nobiliſſimi teſtamenti annuntiatio. Nunc uero, quum in uerbis calicis, neceſſario & merito talis acceptatur expoſitio, etiam ſe aptabit in expoſitione horum uerborum, Hoc eſt corpus meum, & aliæ expoſitiones, ut peregrinæ reputandæ ſunt, neq; huc deſeruientes. Quum met ipſe Chriſtus nobis hanc det expoſitionem, neq; a nobis excogitata eſt, quum illis adiungat, Hoc facite in mei memoriã, quaſi dicturus hic uobis uſus in mea abſentia uale ſit ultimum & ſigni memoratiuum. Hic eſt naturalis horum uerborum intellectus.

D. ECKIVS.

DIlecti amici de uobis mihi adparet, quaſi parum in ſcolis fueritis, ob idq; formido, quia prolixos & tedioſos doctoris ſermones non intellexeritis, hęc mens eius eſt. Ego quum pro uenerabili ſacramento uerba Chriſti induxi. Hoc eſt corpus meũ, uelimq; illa cum eccleſia intelligere in ſimplici ſenſu ut ſonãt, utq; intellecta fuere iam ferme mille & quingentis annis. Contra hoc doctor meus depugnat, uerba ſic non debere intelligi, ſed figuratũ eſſe & tropicũ ſermonem, ſitq; hic ſenſus, Hoc eſt corpus meũ, intellige hoc ſignificat

uel eſt figura corporis mei. Ad eius uero inductionē breuiter dico, nos Chriſtianos herere debere apud ſimplicē Chriſtianum intellectū, nam is ſcripturis euerti non poterit, neq; credendū eſt dn̄m noſtrū Iheſum ultimū ſuum uale, & ardua ac ſalutaria ſacramenta, ita uoluiſſe obtenebratis & obſcuris uerbis inſtituere, quo ſimplices nos tanto tempore oberraſſemus. Nunc ad doctoris uerba. Quis hæc Chriſti uerba crederet figurate fuiſſe dicta, quum om̄es hij tres Euangeliſtæ, Matthæus, Marcus, Lucas, ſed & Paulus ipſe, qui om̄es quatuor hoꝝ uerboꝝ cōminiſcunt̄, nullus tamen eoꝝ doctoris oſtēdit tropicū uel figuratū ſermonē. Breuitatis tamen cauſſa dicit contra nos doctor, dn̄m Iheſum non dixiſſe, ſicut de lumine in libro Gen̄. panis ut fiat corpus meum, contra quod dico pro nobis fortius eſſe, quod ſuo omnipotēti uerbo dixerit, Hoc eſt corpus meum, eſt em̄ enūtiatio ſimplicior. Neq; dn̄s Iheſus quiddā ad doctoris opinionem expreſſit, figuram eſſe corporis ſui. Vterq; tamen noſtrū equi boni eſſemus ſtulti conari nos Dei ſapientiam diſcere loqui.

Dilectus dn̄s meus doctor mihi impingit hodie me dixiſſe Chriſtū his uerbis cōſecrationē cōmendaſſe. Non dico ego, Apoſtolis mandauit, ut in aſſiſtēte ſibi, Dei gratia his uerbis facerent, quemadmodū & Iacobus apoſtolus, hunc uerboꝝ ſenſum habuit, miſſamq; celebrauit, quāuis iam ſacerdos nō recte faciat, q cōtra Chriſtianæ eccleſiæ ordinationē (ut reor) parapſide panis pleno, & poculo uini miſſam celebret.

Vltra dicit, quis uerba hæc, Hoc eſt corpus meū, ita intelligere poſſet, hæc materia panis mutat̄ in corpus Chriſti, dico ſibi ante oculos depingit quē uult intellectū. Hunc namq; ex me non audiuit, accipio inq; ſimplicē intellectū, Hoc eſt corpus meū, ut corpus ipſum ſit. Deus em̄ mētiri nō poteſt, & ſi uerū ſit ex pane fieri corpus Chriſti, nō abſq; trāſmutatione.

Quia tamen doctor ultra oſtendit ſuū figuratū & tropicū ſermonē, precedētia & ſequētia uerba cōfirmare. Dico non, hoc

hoc equidem quod præcedit, Accipite ſcilicet & comedite, fi
gura nõ eſt, id quod ſequit̃, Hoc facite in mei memoriã, eque
nulla eſt figura, ſed notanter dictũ, ut admirer dilectũ meum
dñm doctorẽ audere corã tot hominibus tropũ ſeu figuratũ
ſermonem ex eo facere. Quare ei abſq; ſcripturis non credo,
quæ de pane inducit, quum in ſacramento corpus ſit Chriſti,
& non panis piſtorius.

Iterũ in uerbulo hoc hoccat, quum quarto ante hac die au-
diuerit hoc uerbulũ hoc panem non indicare, ſed nec ſequẽs
indicat, ſed corpus Chriſti, quod ſub panis ſpecie in ſuis ma-
nibus tenebat, & erit prædicatio idemptica.

Quia tamen dñs meus doctor ex adiũcto apud Lucam &
Paulũ, Hoc eſt corpus meũ quod pro uobis tradet̃, ſic argu-
tatur. Si panis hic corpus Chriſti eſſet, fuiſſet hic panis ꝓ no-
bis crucifixus. Dico ego hoc argumentũ apud nos Chriſtia-
nos nihil ualere, quum in ſacramento panem manere non di
camus. At eat ipſe ad ſuos in Chriſto fratres, Lutherũ, Bug-
genhagiũ &c̃. ibi ualet· Hic tamen inuincibile habemus teſti
moniũ doctoris intellectũ nõ procedere. Nam ſi ſenſus eſſet,
Hoc eſt ſignũ corporis mei, ex eo conſequeret̃, hoc ſignũ fu-
iſſe crucifixũ, quare non nos Chriſtiani, ſed pars aduerſa pa-
nem nitit̃ crucifigere, quodq; hoc uerbũ eſt (uti dicit) figura
te accipi non poſſit. Hoc eſt corpus meũ, tñ̃ ſignificet, hoc ſi-
gnificat corpus meum, impoſſibile ſit, quia & in calice ſic ac-
cipi oporteret, Luca dicente. Hic eſt calix &c̃. Idem dicere
oporteret, non eſſe calicem. Sed hoc calicem ſignificare, quũ
non neſciat mundus certiſſimo calicem eſſe.

Quare om̃is prolixus ab eo inductus ſermo non ligat, do-
nec tandẽ duas induxit ſcripturas, hoc mihi placeret ſi ſcriptu
ras induceret. Prima eſt Exo. xij. cap. Agnũ ſcilicet paſcalem
eſſe tranſitũ dñi, ibi eſt pro non eſt, ſed pro ſignificat accipit̃.
Ad quod reſpondendo nulla uia ei admitto, ſed potius ut lite
rarum peritis bene notũ eſt, peſah hebraice, quod nos paſca

nominamus, feſtum & celebrem paſce diem ſignificare, etiamq; agnum ſignificat cum feſto cuius plenæ ſunt ſcripturæ. Satiabor tamen ego textu primi libri Paralip. xxxv. cap. ubi pro ſacrificio reperimus in præfato capitulo ſacrificium eſſe peſah ad Deum. Quia uero doctor pro ſacrificio ſeu oblatione ſiue uictima, germane interpretatus eſt iuxta Zwinglianam conditionem carnificentiam uel mactationem mihi non placet, eſtq; contra hebraici ſermonis naturam, ſed nec apud ullum Iudeum ſic reperiet. Ab illo enim uerbulo zebah quod hebraice ſacrificium appellatur, & non carnificentia, uenit hoc uerbulum miſbeah, quod altare ſignificat, & non macelli ſcamnum, ut Gen. viij. habetur, ubi quum Noe altare ædificaſſet, ſupra illud offerens poſtq; Abraham &c.

Aliæ literæ quibus probare ſe credit, eſt ſignificare dici, Luca ſcribente. Hic eſt calix nouũ teſtamentũ &c. ſic argutatur. Calix non eſt nouũ teſtamentũ, ſed noui teſtamẽti confirmatio eſt, ſicq; per ſanguinẽ ſignificatus. Dico ego ſpiritũ ſanctũ ſe met exponere, qualiter ſanguis nouũ ſit teſtamẽtũ, ideoq; ei credimus, uerba em̃ Lucæ per Mattheũ & Marcum declarant̃, quũ dicũt. Hic ſanguis meus eſt noui teſtamenti. Quia uerba Lucæ & Pauli ſcd'm illoꝝ tenorẽ intelligi debẽt, quẽadmodũ ipſe met Paulus ſe exponit in epiſtola ad Hebr. ix. cap. Sicut & doctores ſcolarũ inquiũt, ſanguinẽ eſſe nouum teſtamentũ cõfirmatiue. Quamobrem clara Chriſti uerba, non ſinemus obtenebrare cum tropo doctoris & illius figurato ſermone, nihili reputantes quod dicat Chriſtũ ſic intellexiſſe. Chriſti equidem eccleſia & ſponſa, nobis oſtendit alium, & longe meliorẽ intellectũ. Quæ multo melius mentem nouit ſui ſponſi Chriſti, quã dñs meus doctor. Ideoq; & apud eccleſiam permanebimus quæ nos non fallet.

D. OECOLAMPADIVS.

Deus pater nobis omnibus concedat ueram cognitionem filij ſui Iheſu Chriſti, fundamentalemq; expoſitionẽ uerboꝝ

dñi

dñi dicentis. Hoc eſt corpus meum. Debiliter per doctorem Eckium reluctatũ eſt, primo ad Chriſtianæ eccleſiæ intellectum oſtendentem, eius tamen ego certus ſum, Chriſtianã eccleſiã nullũ intellectũ acceptare uoluiſſe nec uelle ad Chriſti honorẽ fidei & charitatis ædificationẽ non ducentem, & ſi multis milibus uerus intellectus ſit incognitus, nihilominus quũ inueniunt omni tempore in eccleſia Chriſtiana, qui eiuſmodi intellectũ habent, & ſi ob id mundo contemptui habeantur, dici non debet ideo errare eccleſiã, quare quã ſecuriſſime eius monet, ut met uox audiat paſtoris, & doctrina unici magiſtri noſtri, qui in cœlo eſt, quũ quilibet in ſuo corde intimioris ueritatis, quæ & ipſa Deus eſt, illuſtrabitur.

Secundo indicat D. Eckius ad ſimplicem fidem, bene quidem, ubi recte oĩa intelligerent, quõ aũt illud uenit quod in expoſitione uerboꝝ Matth. xxiiij. ubi habet. Quum uobis dicit, ibi eſt Chriſtus, uel illic eſt Chriſtus, ne credatis, ibi habere uult ut in mentẽ eamus & intellectũ ueritatis, nunc ſi ibi rectũ eſt, quare hic iniuſtũ uel iniquũ. Is nõ eſt ſimplex intellectus, cõtra quẽ pugnat ſcriptura, præcedẽtia & ſequẽtia uerba, & qđ minus eſt etiã hũana ratio. At noſtra reſponſio non tales eſt paſſura cõtrarietates, ſed nos ad Chriſtũ ducit, ꝓ nobis crucifixũ, quã fidẽ theologi eruditi ſimplicẽ appellãt fidẽ.

Tertio illi non cõcedo, quod clarum per obtenebratũ exponat, ſed magis contrariũ obtenebratũ per clarũ, qđ cõmuniter ſcribẽtes poſteriores ſacrarũ literarũ manifeſte ſcribũt. Prophetæ em̃ Moiſe ſunt clariores, & q in nouo teſtamento dilucidiores, is q ceteris teſtamẽti fuere, Matthæus & Marcus primi ſunt inter euãgeliſtas, q in uerbis cœnæ non tã ſunt clari, & ſcripturarũ cõditio, iuxta naturã hebraici ſermonis, apud eos aliquo modo tenebroſior eſt. Hic neceſſe nõ fuit ex meis uerbis excerpere, quaſi ſpiritũ ſanctũ docere ꝑſumerẽ, quũ ſcripturas ſcripturis cõparẽ, ſicuti habemus i. Cor. ij. cap. Sed & hoc licite facio ex uerboꝝ circũſtãtia, primo equidem obſeruatus

obſeruatus fuit uſus ueteris teſtamenti, uſus agni paſcalis, ex quo diſcipuli plane intelligebãt, quid tenere illos oportebat, de uſu quem dñs inſtituebat. Similitudinẽ inq̃ do, quum ali cui prius monetam donaſſem, cum Neronis imagine, quam Neronem appellarem, poſt uero alteram illi monetã darem, cum imagine Caroli, poſtq̃ dicerem. Hoc accipe hoc eſt Carolus, ubi hic ſimplex & ſanus intellectus haberẽt, ob id dicturus non eſſet Carolum in moneta eſſe ſubſtantialiter.

Quarto apud differentiã uerboꝝ dñi, adhuc non probauit in uerbis domini, ullum diſcipulis datum fuiſſe mandatũ, uel in uerbis, uel ſane poſt, Chriſtum præceptorijs uerbis pani dixiſſe, quod tranſmutetur.

Ratione apoſtoli Iacobi bene nouit apocriphũ eſſe, eũ ſcilicet ſpecialem ordinaſſe miſſam, at ſi miſſam celebrarit, conformiter ſe cum cæteris apoſtolis habuit. Paulus ad Corinth. ait. Ego eñ accepi a dño, quod & tradidi uobis, nos ordinate docet tenere uerũ uſum cœnæ dñi. Hoc loco non opinor D. Eckiũ, uel certe quempiã aliũ, cũ adiunctis oĩbus ceremonijs cũ tpe ad miſſam multiplicatis me correcturũ, quũ qđ melius eſt faciamus, & id quidẽ qđ directo ſcđm mandatũ Dei eſt.

Sequenter dictũ eſt, quid præcedẽtia & ſequentia uerba figurati ſermonis, quem ipſe tropum appellat, faciant. Nunc aũt non dixi edere, gratias agere, bibere, frangere, & porrigere figurate accipi debere, & ſi uerũ, ſpirituales homines ſe bene regere ſcire, in hoc & alijs exterioribus rebus intelligibiliter dictis, in ſpiritualia & alia altiora. Sed ex uſu agni paſcalis ducimur ibi in intellectũ uerboꝝ noſtri ſacramẽti, & in his uerbis, hoc facite in mei memoriã, ſufficienter nobis dñs indicat ſignũ rememoratiuũ, hoc etiam Paulus ultra exponit his uerbis. Quoties hunc panem manducabitis, & calicem hunc bibetis, mortem dñi nunciabitis donec ueniat, hæc uerba ſufficiens ſunt declaratio uerboꝝ præcedentium. Iuxtaq̃ hæc uerbula, tradit̃ & frangit̃, conatus eſt reijcere hoc uer-

bulum

bulum hoc uel eſt, ſuper panem deſeruiat materialem, nam ex hoc inuincibile ſequiť teſtimoniū, ſicut contra Lutherum dixit panem fuiſſe crucifixū, ſicq́ me remittēs ad Lutherum, cuius & libellis & ſcriptis heſterno die ſatis uſus eſt. Sed ibi D. Eckius non cogitauit ſimiles cōſequētias, etiā & in ipſum deducendas. Neceſſario inq́ ſi ſequereť, quum dicitur. Hic panis eſt corpus, quod ob id panis eſſet crucifixus, neceſſario etiam cōtra eum ſequereť corpus Chriſti inuiſibile crucifixū fuiſſe, ſi per hoc corpus uelit inuiſibile intelligere. Sed & hoc contra eum eſt, quod de calice mihi obiecit, nam per calicis nomen intelligendus eſſet ſanguis inuiſibilis, ſi per uerbulū hoc intelligi oporteret corpus Chriſti inuiſibile.

Nec cum uerbulo peſah conſulto dixit, quum pro maiori miſterio dictum reperiať agnū paſcalem ſic dictū, indicando ſupra noſtrū immaculatū agnū Iheſum Chriſtū. Eſtq́ certū in libro Paralippomenon haberi, mactauerūt peſah, hoc eſt agnum paſcalem, non enim neſciť diem paſce non mactari, etiam quod in uerbo carnificentia me capere uoluit, nullitas eſt, quodq́ ibi ex Zebah facere nititur ſimplicē oblationem, uel ſacrificiū, quū agni paſcales non ſupra altaria offerebanť, ſed cū gratiarū actione pro Aegyptiaca liberatiōe in domib⁹ edebanť. Et hoc uerbulū Zebah in lib. i. Reg. xxiiij. ibi habeť occidit & mactauit omēs ſacerdotes, ideoq́ in ſcripturis non ſimplicē oblationē, ſed uictimas ſignificat ſeu oblationes ma ctandas. Sicq́ adhuc erecta ſtat fundamentalis expoſitio.

D. ECKIVS.

IN nomine tuo dn̄e Iheſu Chriſte, Amen. Breuitatis cauſſa nō replicabo cauſſam intellectus heſterno die datā. Quod aūt dn̄s meus doctor dicit, ſemper in eccleſia aliquos fuiſſe, q hæc uerba Chriſti, Hoc eſt corpus meum, intellexerūt, ſicut ipſe exponit, uerū quidem, iuxta hoc tamen ſemper damnati fuere, & ab eccleſia reiecti. Sicut eſt cernere in concilijs Ver= cellis, ſub Pont. Max. Leone Thuronis, & ſub Papa Victore

Romæ. Sub papa Nicolao, & in Concilio Latheranenſi, ac tandem in liberaliſſimo ſancto Concilio Conſtantienſi.

Illud quod inducit de Theologis doctis, quid per ſimplicem fidem intelligũt, nihil me angit, ſed me iudice reor dñm meum doctorem bene & recte ſcripſiſſe cap. iiij. in ſuo libro de ſacramento, ideoq; ſimpliciter credere debemus, ſine omni dubio hic præſens eſſe & contineri uerum corpus &c. Hæc ſua de ſimplici fide ſcripta plus mihi placẽt, quam nouiter ab eo ſcripta. Et quum hic uerba Chriſti in ſimplici intellectu acceptò dicit, quur illud heri non fecerim Matth. xxiiij. reſpondeo ſcripturas me illic aliter docere ſicut dixit.

Vltra dicit dominus meus doctor, ſcripturas noui teſtamenti eſſe clariores ſcripturis prophetarum & Moiſi. Id ſi uerum eſt, quare ergo ipſe clara uult uerba trium Euangeliſtarum & Pauli exponere per uerba Moiſi Exo. xij.

Similitudinẽ eius de duob⁹ denarijs, qa ex ſacris literis nõ eſt demitto, in terris nãq; huius nõ habem⁹ ſufficientẽ ſimilitudinem.

Deducit deum etiam pani non præcepiſſe. Reſpondeo dei dicta præcepta eſſe. Ideoq; per omnipotentiam uerbi ſui hoc grande habemus miraculum.

De ſancti Iacobi miſſa dicit dñs meus doctor me ſcire apocriphum eſſe, ad quod ego reſpõdeo non, oppoſitũ eñ ſcio, quum grande hoc & ſanctũ Conciliũ, Sinodus vi. mihi illud oſtẽdit, Iacobus frater dñi &c. de con. diſ. prima cano. Iacobi.

Quia tamen dñs meus doctor opinatur additam miſſis uenerationem, & diuini cultus coniunctos honores per eccleſiam poſſe per ſuos ſacerdotes abſq; peccato intermitti, quũ aliquid melius faciant eccleſiã ædificantes. Reſpondeo de dominis hic exiſtentibus nihil ſcio, ſed apud meos uicinos & accolas Bauariæ in uniuerſa terra nihil melius uideri.

Vehementer contendit hæc uerba apud Lucam, Hoc facite in meam cõmemorationem, ſuum figuratũ ſermonem cõfirmare, ſed clare per Paulum ei reſpondeo, nunq; eum probaturum

baturum hanc conſequentiam, Hoc facite in mei memoriā, ergo corpus Chriſti non eſt in ſacramēto, quippe ut ſæpe dictum eſt maiore deuotione nos habere poſſe Chriſti paſſionem cum ſuo ſacro corpore quam cum pane piſtorio.

At qui dn̄s meus doctor, quæ de inuincibili deducit argumento contra Lutherum, neq; laudaui neq; uituperaui, ſed Luthero miſi, de quo me ad notarios remitto, quāq; uerum ſit, quod per hoc uerbū, quod pro uobis tradetur, deiecerim ſeu uicerim, hoc uerbulū corpus non poſſe figurate accipi.

Quum aūt inducit argumentū de inuiſibili corpore Chriſti, reſpōdeo mea æſtimatione dn̄m doctorē errare, q̄a nobis imponere uult, quaſi ſpeciale corpus inuiſibile poneremus, quod non eſt, unicū eſt em̄ corpus, qđ uidet̄ uno loco & non in alijs. Vnū erat corpus, quod Apoſtoli uiderūt in cœna ſedens, & hoc idem corpus non uiderunt in ſacramento.

Vltimo dicit dn̄s me⁹ doctor, me cum uerbulo peſah nihil conſulto dixiſſe, quippe quod accipi poſſit pro feſto paſce, & huic contradicendo induxit Paralip. & mactauerūt agnum paſcalem, feſtū aūt mactari non poteſt. Reſpondeo heri met me recte dixiſſe peſah & agnum paſcalem & feſtum ſignificare, pro cuius euidentia induxi xxxv. cap. lib. ij. Paralip. ubi hoc uerbulo unde hes textus utitur in utraq; ſignificatione. Et quod feſtum ſignificet ex his uerbis datur intelligi, & non fuit Phaſe ſimile huic in Iſrael a diebus Samuelis prophetæ, ubi de ſolemnitate loquitur feſtiuitatis.

Ad hæc mihi non placet doctorem ad Zwinglij mentem, ubi de oblatione ſcribitur agni paſcalis ita mactanter in germanum interpretari eloquiū, mactare, uictimare, ſeu percutere, nam in præfato capitulo, ubi hebrȩum dicitne ſchahatu ha peſah, ſeptuaginta interpretati ſunt, græce phaſe ke chiſete co phaſe, & latine immolate phaſe, quod offerre ſignificat. Sicut in q; ſinagoga agnū obtulit paſcalem, ſic & eccleſia hodie in miſſa offert agnum paſcalem Chriſtum.

Vltimo cum uerbulo Zebah adhuc colorare nititur, redditum germanũ mactare ſeu carnificare inducens iiij. Regũ. Dico me bene ſcire Zebah mactare ſignificare, nominatim in ſex locis ſcripturæ. Nihilominus ecõtrario hoc uerbulo cõmuniter utimur pro oblatione, ſicut Geñ. xiij. Exo. vi. viij. xxij. xxiij. & i. Reg. i. Et immolauit Helchana, & iiij. Pſalm. Sacrificate ſacrificiũ iuſtitie, ubi poſſibile non eſt pro mactatione intelligi. Quod aũt dñs meus doctor mihi imponit Zebah me pro ſimplici ſacrificio intellexiſſe, ad hoc reſpondeo non, longe enim ante hac mihi de ſacrificiorꝫ diuerſitate conſtetit, Leuit. v. vi. vij. cap. & hoc diuerſis & differẽtibus nominibus Zebah, olah, muncha, zatas, azam. Satior tandem doctorem admittere Zebah ſacrificiũ eſſe, ſicut heri propoſueram, meritoq; deſiſtat ab ſua mactatiõis interpretatione. Omne hoc domini præceptores dicere uolui, non ea cauſſa, quaſi latinus uel germanus ſermo non ſit ſufficiens ad noſtrã ſanctã Chriſtianamq; fidem, ſed eo ſolo indicare uolui quod literæ hebraicæ nobis non ſint contrariæ.

D. OECOLAMPADIVS.

Dilecti, multis uerbis D. Eckius pauca expediuit ad cauſſam pertinentia, adhuc me ad Concilia remittit, quũ certũ ſit illa ſæpius erraſſe, qđ ſancti Athanaſius, Chriſoſtomus, aliiq; ſancti in eorꝫ exilio, uti hij, q dãnati fuerũt, bñ experti ſunt.

Libelli mei ratione, prius mentem meam dixi, & ſi bene recorder, in eodem haberi (tantum mihi intellectus eo tempore Deus ipſe contulerat) utilius eſſe nos in cœlum cordibus noſtris aſcendere, quam Chriſtum in pane quærere.

Quod uero D. Eckius ſæpe propoſuit memoriã paſſionis Chriſti maiorem eſſe, atq; plus fructiferam per ſuam in pane præſentiam, quam ſi abſens eſſet, non eſt primo aſſumptum eius de præſentia Chriſti probatum.

Secundo, utilius nobis eſt, pluſq; nos letificat in cordibus noſtris, quum in gloria tam magna Chriſtum cõminiſcimur

totius

totius orbis dñm, uirtute diuina regentem eccleſiã ſuã Chriſtianam, ſedentẽ a dextris Dei patris, ſicq́ nihilominus idem ipſe, qui pro nobis talem doloroſam pertulit mortem, quam quod eum inuiſibiliter in pane eſſe contemplaremur. Ibi em̃ non apparet honor Chriſti Iheſu, quod in his locis etiã dico ſæpius a miniſtris indignis tractaret. Verum nempe & fidele cor, ſuum Chriſtũ habere uult in ſupremo honore, quemadmodũ Paulus ad Philippenſes ſcribit, Factus eſt obediens uſq́ ad mortem, mortem aũt crucis. Propter quod & dedit illi deus nomen, quod eſt ſuper om̃e nomen, ut in nomine Iheſu omne genu flectatur, cœleſtiũ, terreſtriũ, & infernorꝫ, & omnis lingua confiteatur, quia Chriſtus ſedet ad dexteram Dei patris. At nunc requirit æquitas, ut & ipſum Chriſti corpus propter ſuã humilitatem in ſupremo & uenerabiliſſimo loco ſit, quod tamen hic non ſit. Quumq́ ſcriptura non niſi duplicẽ dñi aduentũ in carne ſciat humilẽ, & dominantem, hic ſe nullũ illorꝫ ultra adaptabit, quia in humili nõ plus uenturus eſt, & hic non eſt aduentus in claritate.

Vltra dictum, Hoc facite in meam cõmemorationẽ, plus abſentiam indicat quam præſentiã, quare ob id clare Paulus adiungit, donec ueniat. Ad hoc etiã reſpõdere debeo, quod dicit, ex mea expoſitione ſequi Chriſtũ figuratũ corpus habuiſſe, quod pro nobis paſſum, quum dico hoc eſt corpus, id eſt, hoc eſt figura corporis, ad quod ſequit̃, quod pro uobis tradetur. Nunc eius ſermo nihil cogit, quemadmodũ in una ſimilitudine uobis dicere poſſem. Si dixero hic eſt Chriſtus, qui pro uobis mortuus eſt, & in expoſitione dicerem. Hoc eſt imago Chriſti, ad hoc quippe non cõſequit̃ imaginẽ pro nobis mortuã, ſed nec uerbulũ expoſitoriũ ſupra corpus cadit, ſed ſupra panem, qđ ſcilicet panis figura ſit, nõ Chriſtus.

Vltimo, quod ex ueteri lege expoſitionem eduxi, illi non aduerſatur, quod Euangeliſtæ declarant, quum enim ibi de claritate loquimur, ſiue de luciditate, loqmur de manifeſta-

tione myſterij in ueteri lege obtenebrata, nihilominus tamē in antiqua lege aliquæ ſunt conditiones ſermonū (quod doctor Eckius met ipſe fatetur) ad hoc deſeruiētes, per quas nouum teſtamentum non inepte poteſt exponi.

Interpretationis cauſſa in nomine mactatio, prout ibi habetur, uerbumq; pati poſſit, non æſtimo eſſe nomina inhoneſta, eo plus quum de cōſuetudine loquimur ueteris legis. Septuaginta interpretū ratione notiſſimū eſt illic ad uerum fontem recurri debere, tantum ad hoc reſponſum ſit. Nunc ſi doctori Eckio placeat, etiam & alias obiectiones diſſoluam.

Ad meas prius obiectas authoritates, ex ſacris literis acceptas, doctor Eckius eiuſcemodi inductione eſt uſus, quod Zwinglij ſint, ego uero eas dico Chriſti eſſe, utatur illis quis uolet. Primo ad tres fidei articulos, quod Chriſtus in cœlo ſedeat, illic ad dexterā, inde uenturus ſit iudicare, ad hoc ipſe reſpondere uult, eo quod unū corpus in cœlo ſit & inuiſibile corpus in ſacramento, ſuum tamen fundamentum nondum probauit, quum etiam & domini uerba, Hoc eſt corpus meum, ea non important, unum ſermonem induxit de omnipotentia Dei, quam omī uita profitemur. At non ſequitur hoc Deus facere poteſt, ideoq; & facit, ubi tamen audiremus uerbum ad hoc aliquod deſeruire, illud ſe facere uelle Chriſtianum non eſſet dicere Deum hoc non feciſſe, ſicut hic uerbū ad hoc non ſufficit, neq; ad id dictum eſt.

Item dixit etiā naturaliter poſſibile eſſe, quod in phiſica adhuc ego nō legi uſq; huc dictū fuit ſuper naturale eſſe. Argumentū ſuū ad hoc inutile eſt, quod aūt animā dicit totā eſſe in ambabus manibus, deberet tamen ſpiritū & animā ad res ſpirituales cōparare, & corporale ad corporale. Hoc aperte & bene dictū eſt, filiū Dei ſcd'm deitatē in cordibus oīm fideliū ſuum templū habere, neceſſariū igitur nobis eſt, ut unum panem māducemus, at corporis ſui ratiōe in uno loco eſt, neq; dicit ſcriptura quod in pluribus locis reperiri poſſit.

Ad hæc

Ad hæc de Paulo, qui Chriſtum uidiſſe dicitur in corpore apud Damaſcum, mihi non eſt probatum. Nam Actuum ix. ſcribitur, quod eum circumfulſerit lux de cœlo, quodq; uocem audiuerit, ſicut etiam poſt xxij. habetur, ſed ibi non ſtat, quod ibi eum in corpore uiderit, quanq̃ aũt ex eo ſequitur uocem dixiſſe, Ego ſum Iheſus quem tu perſequeris, nihil tamen concludit, eam lucem Chriſti corpus fuiſſe. Plane uerũ eſt, quod Chriſtũ in carne uiderit, ſicut ad Corinth. ait. At ſicut Steffanus Chriſtũ in cœlo uidit, ſic & Paulus ſuper terrã. Hoc confirmat quod in primo capitulo Actuum dicitur, angelos dixiſſe, Hic Iheſus qui aſſumptus eſt a uobis in cœlũ ſic ueniet. Hæc uerba dñs per ſuam omnipotẽtiam ſuis uiribus non deſtituet, ſimplex fides fidei articulis adherebit.

Aliud firmũ dictũ ex vi. cap. Iohan. etiam nobis ſinet intactum, dño dicẽte. Caro nihil prodeſt. Inſpiciat̃ namq; totius capituli cõtinẽtia, uult om̃i modo carnẽ Chriſti non dari hoc modo, ſicut corporalis dat̃ cibus, ſiue corporalis ſit ſiue ſpiritualis, dñs nos docet fidem & fiduciã in ſe collocare, ex tunc ex fide habebimus ſpiritualem cibũ uitæ æternæ, dicens, caro nihil prodeſt, ibi de ſua carne nihil loquitur, ea mente, quaſi Chriſti incarnatio, & ſeruitia ſuo corpori exhibita, cooperante eius ſancta uoluntate & ſpiritu ſancto nihil proſint, a quo dicẽdo Deus nos cuſtodiat & præſeruet. Caro enim Chriſti nobiliſſima eſt caro, propter carnis unionẽ, cũ deo in unitate perſonæ, ſicq; uiuificat, ut ꝑ eũ credẽtes quaſi fratres ſibi etiã & uitã poſſideamus. Nunc ſi caro Chriſti eſſentialiter in pane eſſet corporalis fieret cibus, quæ corporalis manducatio ꝑ dñm dicitur prodeſſe nihil. At ſpiritualis per fidẽ in eius promiſſionem hæc uitã confert, Lutherana gloſſa, quæ etiã apud alia reperitur, hoc de carnali intellectu intelligi debere, quod nomen carnis quandoq; pro intellectu carnali habeatur, hic non ſatisfacit, quæ ſi etiam acceptaret̃, ueſtræ cncluſioni repugnaret, carnalis enim ſenſus eſt, & groſſus dicere corpus

in pane

in pane eſſentialiter eſſe, & præcedentia uerba ad hoc cogūt, quod nos aliter intelligamus. Nam dñs dixit. Si uos hoc ſcandaliſat, quid ſi uidebitis filium hominis aſcendentem, ubi prius fuerat, ſpiritus eſt qui uiuificat, caro nihil prodeſt. Hic docemur, quia dñs in cœlum aſcendit, quod ſpiritualiter eum, ex ſua diuina uirtute in cognitionem ſuæ maximæ clementiæ in incarnationē eius ducamur, & cibari debemus.

Vltimo, dictū Matth. xxiiij. ubi habet̃. Si quis uobis dixerit, ibi eſt Chriſtus uel illic, credere non debetis, ibi dixit neq; Zwinglio, neq; Luthero credendū, adiūgere potuiſſet, neq; Oecolampadio, neq; Eckio, neq; Pontifici Romano, ſed uerbo Dei, a quocunq; dicatur. Et quum bene dixerit illic doceri regnū Chriſti in fide, uellem nos Chriſti regnū in fide bene intelligere unanimiter, ſicq; intellectus diuerſitas ſtatim ceſſaret, regnū Dei in nobis eſt. Sed notiſſimū eſt, cum quanta iactura homines hactenus ſpem ſuā collocarint in exteriora. Et quod ibi de falſis prophetis dicit, in ultimis diebus exſurrecturis, ſciunt oēs ſcripturarū experti, quod cōmuniter per ultima tempora intelligit̃ tēpus, ab Apoſtolis uſq; ad aduentum dñi. A temporibus equidē Iohannis, multi fuerunt antichriſti, & uſq; nunc ſemper aliqui falſi inuenti. Qui aūt falſos a ueris prophetis nititur diſcernere, perſpiciat, qui in ſua doctrina diligenter inquirat honorem Dei patris, plus ſupra fidem & charitatē tendat, pluris reputet diuina mandata, quā humana. Hij aūt merito inter falſos doctores cenſentur, qui hæc non faciunt. Etiam in dicto habet̃ aduentus domini noſtri in extremo die, per quod monemur aduentum eius corporalem in magno die iuditij expectare. Velit Deus, quod tunc illi cum gaudio obuiam ueniamus, Amen.

D. ECKIVS.

IN nomine tuo dñe Iheſu Chriſte. Quum D. Oecolampadius extra ſcripturas induxit, ſemper in eccleſia fuiſſe aliquos ſuæ opinionis, neceſſe mihi fuit oſtendere, quō per Concilia

fuerint

fuerint reiecti, ipſe uero quia ad conciliorum contemptũ, de eis dicit quod aberrarint, ſicut in Chriſoſtomo & Athanaſio eſt uidere. Breuiter dico Concilia uniuerſaliter, & ordinate congregata nunquam errauerũt in cauſſa fidei, ſed hoc extra noſtrũ articulũ eſt, poſt hac libẽter per me tenendũ contra doctorẽ pro ſpeciali articulo. Hæc enim non fuerunt Concilia, quæ Athanaſium & Chryſoſtomum auerſati ſunt, ſed acephalæ congregationes & conuenticula.

Libellum ſuum demitto.

Quia tamen proponit præſentiã ſacri corporis Chriſti, in contemplatione deuotionem non augere. Breuiter dico, ut ſępius audiſtis, nullo Chriſtiano ſuadebit, corpus Chriſti pręſens non plus incitare ad maiorẽ deuotionẽ, quã panis piſtorius, & quum nos cõtemplamur eius diuinũ honorem & maieſtatem quam habet gloriã dico patris uerum eſt, eam gloriam ſub ſacramẽto nobis non apparere, & ſi Chriſtiano ſufficiat ut ſimul contempletur, gloriã Chriſti in cœlo, & humilitatem ac miſericordiã Chriſti in ſacramento, quippe quod ſe in cibum dederit ſacramentalem.

Arguit ultra in ſcripturis dũtaxat duos nos legere corporales dñi aduentus. Dico ſi hoc modo diceret dñs meus doctor duos legimus uiſibiles aduẽtus dñi, acceptari hoc poſſet aliquo in ſenſu, alioqui id non ſumus admiſſuri niſi ſacras adducat literas.

Quia tamen poſt hac Chriſti uerba, Hoc facite in meam cõmemorationem, uult ut figuratũ probent ſermonẽ, quum memoria rei ſit abſentis. Hoc argumentũ ſoluere me docuit doctor, quum dixit Paulum hæc uerba clarius expoſuiſſe, memorari eſſe in nuntiatione mortis Chriſti, at nunc Chriſtus in ſacramẽto non moritur. Quamobrem nos cum præſenti ſacro corpore adhuc memoriã habemus præcedentis mortis & paſſionis Chriſti.

Quia tamen oſtendit figuratũ ſermonẽ ſupra panẽ extẽdi, & non ſupra corpus. Dico in his uerbis, Hoc eſt corpus meũ,

(recte ſi eius uerba intellexi & ſcripta) uerbulū hoc corpus ſigurate accipi, cuiq; prudēti cenſendū offert; quid conſequatur ex ſequentibus uerbis, quod pro uobis tradetur.

Vltimo mactationis ratione opinaĩ ſuã interpretationem adhuc tollerandã, quippe quod cōmune ſit nomen, bene audiuit in ſacris literis zebah ſacrificare ſiue offerre ſignificare, nec cōmune eſt nomen pro mactatione, de quo me remitto ad uerba notariorꝝ, quumq; græcus ſermo ad ſacrificandum ſeu offerendū indicet, uult ipſe uerum fontem inſpici, quaſi ſeptuaginta interpretes in hebraica lingua nati, maternā linguam non intellexerint, ſatis nobis eſt, hebræū, græcū, & latinum, ſed & uetus germanū pro oblatiōe ſeu ſacrificio exponere. Quare oēs intelligere poſſunt Zwingliū immerito & inique ac cæca pōpa corā oībus ſacerdotib⁹ linguarū ignaris illo abducere eos ſic uel ſic in hebræo aut græco haberi.

Poſt hæc omnia contra conditionem & uſum diſputantiū D. Oecolampadius poſt inductionē opinati figurati ſermonis iterum in manus aſſumpſit argumēta, heſterno die mane facta principio dicens, argumenta eſſe Chriſti, non Zwinglij. Ad quod ego dico Chriſtū nulla unq; argumenta feciſſe cōtra uenerabile ſacramentū, ſed Zwinglius ex uerbis Chriſti male intellectis. Et ego quum ad primū Chriſtum, ſcilicet in cœlo ſedere reſponderim, & eum in cœlo eſſe, & nihilominus in præſentia, ſicut & ipſe met doctor in ſuo libello docuit, in illo nos non curioſos eſſe debere, iuxtaq; dicit me non probaſſe reſponſionem meam. Dico oppoſitū inueniri apud notariorum ſcripta.

Ratione omnipotentiæ dicit nullam habere conſequentiam, deum hoc poſſe, ergo hoc facit uerū quidem, ſed & hæc hijſq; ſimilia argumenta apud Chriſtianos non audiuit. Hoc aūt cog. Deus hoc facere poteſt, & ipſe uerax hoc dicit, ergo hoc facit, ſicut & dominus Iheſus dixit, Hoc eſt corpus meū. Ipſe aūt & ſi prius dixerit, me non probare mea, conaĩ tamen

nihil

nihilominus mea probata refutare, primam de anima ſecun=dum naturalem intellectũ. Primo dicit in phiſica ſe nõ legiſſe hanc ſimilitudinem, ſatis mihi eſt diuinos doctores hãc ſimi=litudinem inducere, melius fortaſſe intellexiſſet de ſpeculo ſi militudinem, quam in ſuo libello poſuit, ubi unicus homo in multis ſpeculis multipliciter uidetur, ego autem rem manere ſino apud antiquorum doctorum ſimilitudinem.

Nititur quoq; meam ſimilitudinem inaudito ſermone reij cere, corporalia dicens in corporaliũ ſimilitudinem inducen da, & ſpiritualia in ſpiritualiũ, hæc pulchra res eſſet, neceſſe ob id eſſet interire maiorem partem prædicationum domini noſtri Iheſu, quum dominus contra hanc nouam regulam doctoris regnum cœlorum terrenis rebus compararit, ſicut Matth. xxvi. ſicut & in alijs notum eſt, quare adhuc mea ſi=militudo in ſuo robore perſtat.

Alteram probationẽ meã, dñm Iheſum una fuiſſe in cœlo & apud Paulũ in Damaſco, hanc doctor reijcit dicens quidẽ Iheſum cum Paulo loquutũ, ſed Paulus Corinthijs ſcribens, non aliter eum uidit, quã ut Steffanus in cœlo Actu. vij. ſi ad horum ueritatẽ ſcripturas doctor adportaret, crederemus ei, quia aũt ex proprio capite loquiť, ſinamus ſua dicta ſermonẽ eſſe. Nunc quod a me expoſcit probationẽ, mea dicta proba bo. Paulus Corinthijs ſcribit, dñm Iheſum uiſum poſt ſuã re ſurrectionem Petro, undecim Apoſtolis, & plus quã quin=gentis fratribus, & Iacobo, & ultimo ſibi, at nũc notũ eſt pri=ores, de quibus Paulus loquiť, dñm præſenter uidiſſe, ſed & Paulus de ſua uiſione, abſq; ulla loquitur differentia, ideoq; oportet quod & ipſum præſentẽ ſit intuitus. Hoc nãq; clara uolunt uerba Pauli & Lucæ, nullus enim cõminiſciť eum in cœlum ſuſpexiſſe, textus inq; dicit, eos qui apud ſe erãt coad iutores nihil uidiſſe, ſed & Paulum nihil magis uidiſſe. Si igiť cum eo loquutus eſt, & Paulus eum uiderit, ſubinfert ſermo nis conditio & natura in lumine Paulum Iheſum uidiſſe.

Secundo, nulla urgente cauſſa adhuc uerba Chriſti, Caro nihil prodeſt, uult de Chriſti ſacro corpore intelligere, quam uis non credã id illum corde moliri, ut benedictũ Chriſti corpus quicq̃ nihil proſit. Ad iam datã gloſſam, ſua gloſſa quã addit uerbo Dei, ex ſuo proprio eſt capite & etiã Zwinglij, contra quod omnes ſuæ partis & met ipſe clamant, uerbo dei neq; addendũ neq; adimendũ. Vnicũ oportet ut dicam, quũ doctor ipſe, ſed & Zwinglius tam firmũ ſuum fundamentũ in hæc uerba ſtatuãt, quod & eorꝫ opinione impoſſibile cenſent perſtare. Hoc enim irrefragabile eſt, quod ſignificatur ſeu figuratur, utilius eſſe figura hoc figurante. Quumq; (ut ipſi dicunt) panis corꝫ dñi, utilis eſt in eccleſia, & figura eſt ſacri corporis Chriſti, oportet ut ex eo ſequatur, uel uniuerſa rumpantur, ut ſacrũ Chriſti corpus ſignificatũ etiam utile ſit, quomodo ergo uel poſſunt uel ſciunt hæc uerba, Caro non prodeſt quicq̃, de ſacro Chriſti corpore intelligere, ſed ut uideatur ſuam deductionẽ meam reſponſionẽ non infringere. Dico ad primũ, quum inducit ſacrũ Chriſti corpus non eſſe corporalem cibũ, ita dico, non eſſe cibũ corporalẽ, ſecũdum intellectũ Capharnaitarũ, qualis eſt ex maccellis caro, & ſicut dicitur gentes eſſe quaſdã homines manducantes, ſed ſacramentalis eſt cibus, & ut ille cibus ſit utilis, neceſſe eſt ut & ſpiritualiter manducet, ſicut de hoc cibo om̃es doctores cõmuniter loquunt. Quia tamen dñs meus doctor aliam adportat gloſſam, hanc ego non accepto niſi ſacrarũ literarũ teſtimonio fultam. Quod aũt uerbis curioſe irrepit, meã reſponſionem dicens ſecũdum Lutheranã gloſſam eſſe, quaſi D. Eckius illam ex Luthero didicerit. Non, non, hoc errorꝫ omniũ magiſtro non egeo, intellectũ meũ ſacris literis firmaui, in quo huius damnati hæretici Lutheri mihi opus non erat, apud inq̃ Chryſoſtomũ ceteroſq; doctores hæc bene reperi, qui & cauſam reddit quur Chriſtus dixerit. Quum uideritis filiũ hominis aſcendentem &c. Iudæi namq; in duobus ſcandaliſabant.

Primo

Primo quia dixerat, quod de cœlis deſcendiſſet. Secundo qa dixerat de carnis ſuæ manducatione, quæ ambo duo ſcandala breuibus ſemouit, eo quod ſuā aſcenſionē oſtēdit in cœlū, reijciens carnalem intellectū, & non ſanctū corpus ſuum.

Vltimo circumire tentat meā reſponſionē datā ex Matth. xxiiij. dicens, credi non debere Zwinglio, Oecolampadio, D. Eckio, nec Pont. Romano, ſed uerbo Dei dumtaxat, ad hæc ex mea parte reſpondeo, ubi a me Deus ſuā gratiā retraheret (quod ne fiat, deū rogo per ſuā miſericordiā) ut quidam loquerer uel ſcriberē, cōtra ſanctā catholicā eccleſiam, quēadmodū & Zwinglius, & dn̄s meus doctor faciunt, tūc mihi non credendū cenſeo. Quā diu aūt illud dixero, quod mecū dicit catholica eccleſia, tunc mihi credi non debet, ſed eccleſiæ. Illud aūt, cuius meminit ſemper fuiſſe pſeudoprophetas. Ita dico, ſed quanto plus adpropinquat tempus antichriſti, tanto illoꝶ plures fiunt & exſurgunt. Quo omni chriſtiano iam ſpero cognitiſſimū eſt, obiectis ſuis me ſatis feciſſe conclusionem quoq; meam, ſecundū catholicæ eccleſiæ opinionem de uenerabili ſacramento, adhuc erectam perſtare, apud hæc rem manere ſinens.

D. OECOLAMPADIVS.

Dilecti Chriſtiani, cauſſa fini adpropinquat, opuſq; uideo breuioribus uerbis, cuius me diligentem exhibebo, nihil ego dixi in Cōciliorꝶ cōtemptū, ſed ad uerbi Dei promotionē, & illud ubi nō cognoſcit, in ſuſpectū abeūt uniuerſa cōcilia, poſ. ſuntq; & reꝓbi & mali dicere ſe in ſpiritu ſancto cōgregatos.

Secundo, adhuc non admitto nudā corporis præſentiam, prẹcipue inuiſibilē augere poſſe deuotionē, fundās me in dicto Chriſti, utile uobis (inqt) eſt ſi abiero. Niſi em̄ abiero, paracletus non ueniet, uera & interior deuotio, oportet ut ſit ex ſpiritu ſancto, uiſibilia tn̄ neceſſario nos monent, & in exterioribus incitant. Sicut & exterius uerbū ac ſacramenta nos incitant, quaſi ſpiritus deuotionē operaret̄, prout uult.

Tertio doctor poſtulauit duplicē aduentū intelligi debere de uiſibili corpore, alioqui non admittat. Hic neq; ego nego Chriſtum in ſacramētorū ſuſceptione ſua gratia ſeſe ſuis non inſinuare, hoc bonū eſſet mediū ad pacem promouendā, de ſuo inuiſibili corpore in pane adhuc nihil mihi probauit, de quo me remitto ad tres articulos fidei, quare meo capiti non adnitor. nam caro & ſanguis illa me non docent.

Quod de ſeptuaginta interpretib⁹ dicit, quaſi illos paruiſa cerē per hoc, huius dicti nulla ſibi fuit neceſſitas. In pluribus eñ locis ſcripturarū reperimus apud euāgeliſtas qb⁹ carēt ſeptuaginta interpr̄tes, ſicut eſt. Ex Aegypto uocaui filiū meū.

Mei libelli ratione, quem prius ſcripſeram, ſi hunc doctor Eckius ad manum habere poterit, etiam ſi exurat, ob hoc in iram me non cōmouebit. Nam & doctorē Eckium aliquando fuiſſe puerulū non ambigo, neq; ſciſſe omnia.

De omnipotentia Dei adhuc probatum non eſt, illud dictum, Hoc eſt corpus meum, hæc probare.

Item ſimilitudo animæ & corporis inepta eſt, quia locus a maiori affirmatiue non claudit, non ſequitur. Rex poteſt debellare caſtrū, ergo & quilibet ruſticus hoc poteſt. Sed neq; ſequitur. Anima undiq; poteſt eſſe, aut in duobus locis corporis, ergo corpus in duobus locis eſſe poteſt.

Vtraq; dico de Euangelica parabola, in eo loco, in quo illa ſimilitudo deſumpta eſt, ſemper aliquid reperiri, quod utriſq; partibus aſſimiletur, & ſimili & cuius eſt ſimilitudo, hic autem non eſt ſic.

Præterea de uiſione ſancti Pauli, perſto in articulo fidei, Inde uenturus eſt iudicare. In ſecunda epiſtola ad Corinth. xij. dicit Paulus, quod raptus fuerit in tertium cœlum, quod etiam & ſi ita eſſet per ſpecialem diſpēſationem, nihilominus hoc non probat inuiſibile corpus.

Iam nunc ad alia argumenta deuenio Iohan. vi. & meā expoſitionem cōfirmat totum capitulū. Scriptura nuſq; loquit̄

de eſu

de eſu carnis Chriſti, niſi per ſolam fidem, hodie notũ factum eſt, quam nobilis & utilis nobis eſt Chriſti caro, quum legi- mus Marci iij. Chriſtũ matrem ſui corporis uirginem Mariã aliquo modo non cognouiſſe dicens, hæc mater mea eſt, & frater meus, qui Dei fecerit uoluntatem &c̃. ubi nos non ad carnẽ ducit, ideoq; & groſſus & craſſus intellectus erit, etiã ſi caro ibi ſit inuiſibiliter. Hic iam om̃ia demitto, fortaſſe Deus ipſe, & alijs quoq; uerbũ dabit de hoc efficacius loq;. Hic etiã dico, ob id ſolũ me hic eſſe id me affirmaturũ, quod ad ueritatis manifeſtationẽ deſeruit, ſubijciẽs me ſoli & unico Dei uerbo, & honori Dei cœleſtis patris cõtra quẽ nõ eſt Chriſtiana eccleſia, ubi etiã nullus reperiť error, neq; eſt ſacramentorũ contemptus, ſed uera & recta reueneratio. Neq; hic probata eſt tranſſubſtantiatio, & poteſtas tranſmutationis per uerba Chriſti, bonæ ſum ſpei, ſi qui Chriſtũ diligunt, neq; me neq; alios fratres meos, qui & ubi fuerint, nihilominus habebunt pro ueris mẽbris Chriſti. Quũ & nos ex fraterna moti charitate, nullũ unq; (etiã in cognito errore exiſtentẽ) temere iudicauimus. Honor dñi laudeť & augeať om̃i tempore, Amen.

D. ECKIVS.

BReuitatis cauſſa om̃ia alia demitto, uſq; ad uerba Chriſti Iohan. xvi. Dico uobis utile eſſe ut abeã. Reſpõdeo oib⁹ notũ eſſe, dñm in cœna loqui de abitu ſuo per mortẽ & aſcenſionẽ in cœlũ, ſed hoc quid uenerabili ſacramẽto aduerſatur. Quod uero dicit me nihil ꝓbaſſe uerba & ſermonẽ eſſe ſino, ſatis eſt eccleſiæ mẽtẽ & ſenſum obtinuiſſe diuino adiutorio.

Ad hæc doctor Oecolampadius interloquutus eſt, hoc ſe negare ultra doctor Eckius procedens.

Et quod ſcriptura ſacramẽto non cõtrarieť. De exemplo animæ adfert ſcolaſticũ dicteriũ, de quo illũ multo aliť informare uellẽ, ſed breuitatis cauſſa dico, me nõ argumẽtatũ a maiori ad min⁹, quẽadmodũ & doctor illud ſcolaſtice depinxit, ſed magis ecõtrario ſic, Si id natura poteſt, ut ſit in ambabus

manibus

manibus meis anima mea & in ſingulis manibus, quāto plus poteſt hoc Deus, qui maior eſt natura, ſacrum Iheſu Chriſti corpus facere, ut ſit in duob⁹ locis, & in ſingulis locis totum.

De ſancto Paulo, ſi Chriſtus cū eo ſit locutus, ipſeq; uidit illū, fuit ergo p̄ſens. Raptus Pauli in tertiū cœlū, ſolū ſcd'm ſpiritū factus eſt, & ſcd'm imaginationē uel intellectū. Nam ut textus dicit, iacens ibi manebat ſupra terrā, donec ſurgebat.

Ad uerbū Iohānis non uult doctor illic in ſcripturis mentionem haberi de eſu carnis, quū tñ audierimus uerba Chriſti, Caro mea uere eſt cib⁹, accipite & māducate, Hoc eſt corpus meū, ex quo neceſſario ſequit̄ trāſmutatio, ut ſupra dictū eſt.

Ideoq; & dñi præceptores & dilecti amici, concluſio mea poſita ſcd'm cōſuetudinē & opinionē catholicę & uniuerſalis eccleſiæ, uerū Chriſti corpus & eius ſanguis pręſentia ſunt in ſacramēto altaris. Hæc quū uerbo Dei ſigillata & obſignata ſit, & uſq; ad fines orbis per uniuerſam Chriſtianā eccleſiā, a tempore mortis Chriſti fere mille quingētis annis, & per ſanctos martires, qui ſuū ſanguinē fuderunt, ob Chriſti & fidei amorē, per diuinos Chriſtianos doctores noſtros, p̄bos maiores credita eſt. Et nūc quoq; ap̄d ſcripturas & catholicā Chriſti eccleſiā maneamus. Subijciēs me oībus illis, q officiorꝫ aut dignitatū cauſſa, in hoc negotio cognoſcere habēt humiliter, etiā uobis dñis meis. Et uos D. Iohannes Oecolampadi, quū aduerſus me nullā malā habeatis uolūtatē, ſed neq; ego cōtra uos noſtrarū perſonarū ratiōe, ſed doctrinæ dūtaxat. Ideoq; & uos, p̄pter Deū & Chriſtianā rogo charitatē, quatenus uos dedatis in ſp̄m hūilitatis, & plus credere uelitis uniuerſę Chriſtianæ eccleſię quā uobis, & ſic in tā p̄cipuo & ſup̄mo articulo, nr̄æ ſacrę fidei de ſacramēto uos nō ſegregetis ab uniuerſali eccleſia, neq; alios abducatis. Hoc dei cōcernet honorē, ueſtræq; aīæ ſalutē, & ueſtrorꝫ utilitatē amen, hoc uelit deus.

Doctor Oecolampadius ultimo ſubiunxit,

Ego commendo ſcripturis.

SECVN

CONCLVSIO PRIMA.

SECVNDVS ARGVENS MAGISTER IACOBVS IMELI.

IN nomine dñi Iheſu Chriſti gratioſi redemptoris noſtri, throni gratiæ, & unici mediatoris, Amen. Dñs mittat gratiam ſuam, ad manifeſtationẽ & cognitionẽ ueritatis, Amen. Mallem ego cum meo dilecto dño doctore alia in ſpecie amice conuerſari, quã in hoc tam arduo negotio aduerſus eum diſputare. At quũ in hunc mundũ dñs noſter Iheſus Chriſtus uenerit, quod propter ſui uerbi mandatũ & ordinationẽ ſegregandi ſunt filius a patre, a matre filia, diſcipulus a ſuo magiſtro &c̃. Ideoqꝫ & me oportet in negotio dñi noſtri Iheſu Chriſti ſegregari a dilecto magiſtro meo, licet extra hoc negotium me exhibeam in omni ſeruitute & obediẽtia, uoluntati ſuæ obſecundaturũ & famulaturũ. Quare breuiter iuxta diſputantiũ morem cupio cum dño meo doctore diſputare, ſemotis non neceſſarijs & cauſſæ non deſeruientibus ſermonibus Concluſio dñi mei doctoris ſonat, In ſacramento altaris &c̃. Hic a dño meo doctore interrogo quid ſuũ ſacramen tum altaris accipiat. Si uel ſit panis dñi, uel certe accidẽtia panis dñi, uel corpus Chriſti met ad hæc uelim reſpondeat.

Eckius. In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Ex toto nõ fuit neceſſaria excuſatio quondã mei dilecti diſcipuli, hæc enim noua doctrina multos a me ſegregauit, unũ penitus in Thuregũ in turrim captiuitatis Wellenberg dictum. Prologuium ſuum, quo hæc in Chriſtum reijcit, ego acceptũ non fero, plus credens feciſſe inimicũ hominem de quo dominus loquitur, qui nocte ueniens lappas, lolium, & zizaniã tritico iniecit & inſeminauit. Ad ſuam ergo quæſtionẽ quid per ſacramuntũ altaris intelligam. Dico me intelligere ſenſibilia ſigna uini & panis poſt ſacerdotis conſecrationem in miſſæ officio, ubi tunc uere eſt corpus & ſanguis Chriſti.

Imeli. Sacramẽta ueſtra ſi ſint ſenſibilia ſigna panis & uini dñi, cõſeqt̃ illa ipſa ſenſibilia ſigna accidẽtia eſſe panis & uini

uel corpis Chriſti, hoc em̄ niſi eſſet, impoſſibile eſt eſſe ſigna.

Eckius. Quū quærit ſi exteriora ſigna accidāt pani uel uino uel ſi accidāt corpori uel ſanguini Chriſti, dico nulli ex hijs.

Imeli. Si accidētia ſenſibilia ſigna nulli ex his accidāt, ſicut quæſitū eſt, neceſſe ergo eſt ut ſint & nō ſint. Oportet ut ſint, ſi ſacramentū eſſe debeāt, & nō erūt eam ob cauſſam, qđ dn̄s meus doctor eſſe eorꝫ eſſentiale ab eis aufferat & negat.

Eckius. Probus hic homo cōſequi dicit ſacramētalia ſigna oportere & eſſe & non eſſe, quippe qđ ipſe negem, & ab illis auferā eſſe eorꝫ eſſentiale, iā principio mihi iniuriā facit, nam eorꝫ eſſe eſſentiale ab eis nō denego, i ſacramēto em̄ uident̄.

Imeli. Quia dn̄s meus doctor dicit quod ſuo ſacramento non abneget eorꝫ eſſe eſſentiale, tunc aut illa eſſe oportet uel ſubſtantiā uel accidentia, quod aūt ſint ſubſtantia tranſmutata, abeſſe eorꝫ accidentali non poteſt dicere dominus meus doctor, niſi hoc factum eſſe ſcripturis firmet.

Eckius. Bene uidet me illud non feciſſe, quo me culpauerat, in diuerſum abiens quærit, ſi ſacramētalia ſigna ſubſtātia ſint tranſmutata ab eorꝫ accidētali eſſentia & natura, & illud ſi ita ſit, debeā ego illud ſcripturis firmare. Dico ſubſtantiam non eſſe, neqꝫ ad id firmandū ſcripturis opus eſt.

Imeli. Sacramēta ſi non ſunt ſubſtātia, cōſequit̄ aliqd accidentiū eſſe, om̄e em̄ quod eſt, aut eſt ſubſtantia aut accidens.

Eckius. Quis hoc dicit.

Imeli. Natura eſt, & ſi ſacramenta etiam uel miraculoſæ eſſent in ſeipſis non ſubſtantia, uel etiam non accidentia. Conſequitur ex uerbis domini, ea eſſe corpus & ſanguinē Chriſti, hāc conſequentiā ſic probo. Dixit dn̄s meus doctor illud uerbulū hoc in uerbis domini, Hoc eſt corpus meum, indicare hoc quod dominus diſcipulis ſuis porrexerat, nunc dominus diſcipulis ſuis ſacramenta porrexit, hoc eſt ſenſibilia ſigna, ex hoc ſequitur illa ſigna corpus eſſe Chriſti.

Eckius. Breuiter bonus hic homo me nō intellexit, heſter

no enim die & ueneris, dixi illud uerbulum hoc indicare ſa-crum Chriſti corpus ſub ſpecie panis, ideoq; & falſum funda mentum proponit & aſſumit.

Imeli. Omne quod dñs ad manducãdum dedit diſcipulis ſuis, corpus eſt Chriſti. Sacramentũ aũt illis dedit ad mandu-candum, ex quo ſequitur ſacramenta eſſe corpus Chriſti.

Eckius. Breuitatis cauſſa nude dicit & uacue abſq; ullis li-teris non reſpondeo illi, propoſitiones enim quas aſſumit, ambæ ſunt falſæ. Ego ſi recte intellexi, mens eſt dominorum meorum nunciorum conſulum, prædicantes nouæ doctri-næ, qui ſe Euangelicos nominant, iam ſcripturis contiones eorum probare & firmare debent, & nulla Sophiſtica garru litate ſeu cauillatione honeſtorum hominum aures grauare. Sed ſi magiſtro Iacobo placet, & extra Euangelium ſcolaſti-ce cupiat audiri, quod ad præſentem cauſſam non attinet, ali os habeo ſcolares, melius quam ipſe educatos, illi reſponde-bunt ei latine inter doctos, ergo hic nullam nobis pariat con fuſionem, in noſtra fidei diſputatione.

Imeli. In nomine dñi noſtri Iheſu Chriſti, Amen. Proxi-mo dñs meus doctor meum propoſitũ argumentũ corã Chri ſtiana hac congregatione irriſit, ſed non ſoluit, neq; ad illud reſpondit, quæ argumẽta mea oſtendebãt, ſancta ſacramen-ta oportere ut aut habeant eſſentialẽ ſubſtantiã, aut ſint acci-dentia, aut miraculoſe ab omnipotẽti Deo aliter creari, nam is ordo creaturæ a Deo creatus eſt. Vltimũ aũt ſi eſſe debeat, dño meo doctori incumbebit illud aliquo ſacræ ſcripturæ di-cto firmare. Nam rem aliquam ſic ponere ſupra naturã ſine literis ſacris non eſt licitum, tantũ de heſterno dictũ ſit.

Eckius. In nomĩe tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Adportat heſternã Sophiſticã cantilenã, tam temerarius ut dicere au-deat ſua ſophiſmata me non ſoluiſſe, quum ei ad omĩa uerba reſponderim, de quo me remitto ad notarioꝝ ſcripta. Nocte tamen iſta aliquid didicit, quum enim heſterno die ex gentili

magiſtro, duo dumtaxat membra attulerat. Omne aut ſubſtantiā eſſe aut accidēs, hodie uidet poſſibile qualitatem eſſe, quæ nulla ſit ſubſtantia, ſed & nulli adpendeat uel accidat, & ipſe ſi hic in miſſa fuiſſet, ſicut ad nullā Chriſtianā miſſam uenit, uidiſſet & ipſe. Iterū a me expoſcens illud quum ſit ſupra naturæ ordinem, ut ad hoc probandū ſcripturas adportem. Dico utiq; eſſe ſupra naturā, ideoq; & nos credere oportere. Scripturas quas petit, induxi cōtra D. Oecolampadiū, quæ nunc breuitatis cauſſa intermitto, libēter auditurus, quid ex ſacris literis noui adportabit. Equidē ſi Euangelij loco dumtaxat ridiculoſa adportabit ſophiſmata, merito irridebitur.

Imeli. Quum ad mea petita, dn̄s meus doctor non probat ſanctū ſacramentū eſſe ſupernaturalē qualitatē, nitar ego ex ſacris literis contra ſecundā partem concluſionis ſuæ aliquid exportare auxilio dei. Iohan. vi. cap. habemus dn̄m dicentē. Quicunq; manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet uitam æternam, at nunc ubi ſecundū concluſionem ſuam in ſacramento altaris eſſentialiter eſſet caro Chriſti, conſequeretur omnes ſanctū ſacramentū ſuſcipientes uitam habere æternam, tenore uerborꝫ Chriſti, notū aūt eſt Iudam, & omnes mortaliter peccātes, etiā ſi ſancta ſacramenta ſuſceperint, uel ſuſcepiſſent, nō uitā ſed iuditiū ſibi ſumpſiſſe, quare corpus Chriſti in ſacramēto eſſentialiť eſſe nō poteſt.

Eckius. Principio mihi impingit dixiſſe me ſacramentalia ſigna ſupernaturales eſſe qualitates, quod non eſt, nunq; cogitaui, iterū (ut ſcripturis) ita meis uerbis facit. Hoc aūt uerū eſt nos Chriſtianos dicere albedinem, quæ in ſacramento uidetur, & alias qualitates naturales eſſe, ſed in ſacramēto non eſſe naturali modo, non enim adpendēt ſubſtantiæ panis, ut alioqui naturale eſſet. Nunc ad ſcripturas uenit Iohan. vi. argumentū faciens, omnino nullam apparentiā habens, Chriſtum dicere. Quicunq; manducat carnem meam & bibit meum ſanguinem, habet uitā æternam. Iudas aūt, & multi mali

Chriſtiani

Chriſtiani ſacramentũ ſumpſerunt ad mortem. Dico plane audiri adhuc eum eſſe in annis diſcipulatus. Nam Lutherus, Zwinglius, & hijs ſimiles noui Chriſtiani omnes, hanc dant regulã, quã proculdubio legit, etiã ſi illam apud Auguſtinũ in libro Chriſtianæ doctrinæ non uiderit, unum ſcripturæ locum alio loco declarandũ & expendendũ, id ſi Imeli feciſſet, inueniſſet utiqꝫ, ubi dixerat Chriſtus ſacramentũ ſumẽtes, habere uitã æternã, quẽadmodũ Paulus hoc diſcreuit ad Cor. hoc ita intelligi debere de his qui illud digne ſumunt, qui eñ illud ſumit indigne, iuditiũ ſibi manducat. Ideoqꝫ & hæc uerba nihil cõtra ſacramentũ faciunt. Quũ & ipſi in ueſtro pane piſtorio aliq̃s dicatis illum digne ſumere, aliq̃s indigne, oportet ut fortiora ſcripta inducatis ad ueſtras cõtiones ꝓbãdas.

Imeli. Conquerit̃ dñs meus doctor ſe a me culpatũ, dixiſſe eum ſancta ſacramẽta eſſe ſupernaturales qualitates, quum principio reſpõſionis ſuæ audiueritis, ego ſi hodie officio miſſæ interfuiſſem, uidiſſem, quod neqꝫ ſubſtantia eſſet, neqꝫ accidens, ſed ſupernaturalis qualitas, ſicut hac nocte didici, in quo mea opinione, quũ dñs meus doctor in ſua reſponſione ad meum propoſitũ argumentũ ex ſcripturis ſe notandũ præbet, ut par eſt, ut ſcripturæ ſcripturis cõparentur, mihiqꝫ impingit quod nõ fecerim. Nam ego ſi ſcripta Pauli ad Cor. xi. legiſſem, notum mihi fuiſſet, quonam modo uerba hic inducta fuiſſent intelligenda, nominatim. Qui digne manducat corpus Chriſti &c̃. Dico S. Paulũ in prẹalegato loco his non uſum uerbis, qui mãducat digne corpus dñi uel indigne &c̃. ſed dicit. Qui hunc panem manducat, & biberit hũc calicem indigne &c̃. ſed non eſt idem panẽ domini indigne manducare, & corpus Chriſti manducare. Corpus enim Chriſti ſoli iuſti in fide manducare poſſunt, at iniuſti domini panem indigne manducare poſſunt, adhuc non probauit diuinis literis corpus Chriſti in ſacramento eſſentialiter manducari.

Eckius. Ratione ſupernaturalis qualitatis, ueritatem non

loquit̃, de quo me ad notarios remitto. Quod aũt uerba Pauli ad Corinth. non deſeruire ait ad uerba Iohan. vi. ego illud nego. Sicut enim dñs uitam promittit æternã his qui ſumunt eius carnem & ſanguinem, ſic Paulus dicit indigne hoc ſacramentum ſuſcipiẽtes, reos eſſe corporis & ſanguinis Chriſti. Ipſe uero quod hunc ſenſum excludere nititur, quia Paulus de pane domini loquat̃, & non dicat de corpore Chriſti, debuiſſet magiſter Iacobus Paulum notaſſe, quod hoc uerbulo panis dñi non eoꝝ intelligit panem piſtoriũ, quum mox in præcedenti capitulo illud expoſuit dicens. Calix benedictionis cui benedicimus, nunquid cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt, & panis quem frangimus nonne participatio corporis domini eſt. Ideoq; quum ſe Paulus met exponat quid per panem domini intelligat, neceſſarium non duco nouis inuentionibus peruerſorũ capitũ aliam ſuſcipere expoſitionem, & ab eccleſia deſciſſere. Proponit, ſed præter ueritatẽ me concluſionem meã ſcripturis nõ probaſſe, quũ oĩbus uobis dñis meis oppoſitũ cõſtet, & illud quũ magiſter Iacobus nõ credit cũ eccleſia Chriſtiana, adportet ſuæ opinatæ fidei ſcripturas.

Imeli. Aeſtimat dñs meus doctor uerba Pauli ad Corint. Quicunq; indigne manducat &c̃. ad corpus dñi trahẽda per ſequentia uerba, Reus erit corporis & ſanguinis dñi. Sed ad ſufficientiã audiuit hæc Chriſtiana congregatio, per dñm meum doctorem, & dilectũ confratrem Iohannem Oecolampadium exemplũ regaliũ dapũ & ſceptri, quod & ſignoꝝ aliqñ quis ſit reus, ſicut hoc ſcriptũ eſt, ita illud demitto. Quia aũt dñs meus doctor hoc Pauli dictũ ad Chriſti corpus deſeruiens alio dicto probare tentat Corint. x. ita ſonante. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt, Et panis quẽ frangimus nõne participatio corpis dñi eſt, eo probare conat̃ panẽ & potũ dñi, qđ corpus & ſanguis Chriſti ſit. Dico alicuius rei comunionẽ nõ eſſe id cuius eſt comunio, ꝓbans hoc atq; cõteſtãs ꝑ ſequẽtia Pauli uerba,

ubi dicit. Nã multi nos unus panis uel corp⁹ ſumus, ꝙ oſtẽdit comunionẽ corpis & ſanguinis Chriſti, fideliũ eſſe cõgregati onẽ, nõ ibi de corpe Chriſti loq̃ns, illud ſcilicet eſſe panẽ dñi.

Eckius. Sup id oĩe quod cõtra D. Oecolampadiũ ꝓbaui, S. Paulũ loq de ſacro Chriſti corpe, aliũ diui Pauli textũ induxi, qui ex toto clare & dilucide noſtrã concluſionẽ oſtẽdit. Hũc magiſter Iacobus ſcd'm Lutheranũ morẽ conat̃ dilacerare, dicit comunionẽ non eſſe eius rei, cuius eſt comunio. Reſpõdeo ei, quũ græce & latine Paulus dicat. Panis quẽ frangimus (hoc in ſacramẽto fit) comunio eſt ſiue participatio corporis Chriſti, non dicit cõmunis eſt diuiſio panis piſtorij, ut cuilibet ps eueniat. Ideoq̃ ĩ ſancta eccleſia antiq̃tus & hodie hoc uenerabile ſacramentũ comunio nominat̃. Eſtq̃ mirabile auditu, audere dicere magiſtrũ Iacobũ cõtra oẽm rationẽ alicui⁹ rei comunionẽ nõ eſſe rẽ cui⁹ eſt comunio, ſicq̃ eſſet, quũ mercatores in pecunia comunicarẽt, nõ eſſe pecuniã, comunicarẽt in pãno, ideo non eſſe pannũ. In ſumma hoc utiq̃ dictũ eſt, cõtra oẽm humanã rationẽ. Et quũ ſuũ erroneũ intellectũ ex uerbis Pauli uult defendere, dimidiat illa, partem magis neceſſariã in calamo ſinens abſcõditã. Ita nãq̃ Pauli uerba ſonãt, etiã ſcd'm Lutheranã expoſitionẽ, nam nos multi unus ſumus panis uel corpus, quum de uno pane participamus &c. Ex quib⁹ integris Pauli uerbis, q̃libet rationis compos facile intelligit oẽs nos ꝓbos Chriſtianos ſpirituale Chriſti corpus eſſe, quũ unum uerũ Chriſti corpus ſumimus, & apud nouos Chriſtianos non unus eſt panis, unus eñ panem accipit mellitũ, alter placenta, tertius alterius formæ atq̃ figuræ. At probi Chriſtiani per uniuerſum orbẽ non ſumunt niſi unum cœleſtẽ panem, ſacro ſanctũ corpus Chriſti Iheſu.

Imeli. Quod me inculpat dñs meus doctor in expoſitione dicti diui Pauli, me cõtra oẽm rationẽ naturalem feciſſe, illud exẽplis deducens, pecuniã ſiue ſocietatẽ pecuniæ, in qua mercatores comunicãt pecuniã eſſe. Dico pecuniæ comunio ſeu

ſocietas

ſocietas, & ſi in ſe pecunia ſit, ipſa tamen nõ eſt hoc quorꝫ eſt ſocietas nominatim mercatorꝫ. Sic etiam comunio quam habent Chriſto fideles in pane dñi, quum illud ſecundũ inſtitutionem Chriſti cum gratiarũ actione & recordatione mortis & effuſionis ſanguinis Chriſti ſimul manducãt, eſt panis domini, ſed non id cuius eſt comunio, Chriſtiana dico congregatio. Sic equidẽ habemus panem quem frangimus in cœna dñi, comunionẽ eſſe corporis Chriſti, ob id tamen non ſequitur eſſe corpus Chriſti eſſentiale. Panis aũt quod ſit fidelium comunio, hoc eſt, quod Chriſtiana congregatio in fractione panis ſe inſinuat, teſtificaturq́ꝫ omnes nos comunionẽ habituros in merito mortis & effuſionis ſanguinis Chriſti, ſequẽs textus teſtis eſt, in quo etiã & Paulus oſtẽdit idolatras comunionem habere in menſa, hoc eſt in cibo potuq́ꝫ idolorꝫ ita dicens, non poteſtis bibere potũ dñi, & potũ dæmoniorꝫ, non poteſtis eſſe participes menſæ dñi, & menſæ dæmoniorꝫ. In quibus uerbis dilucide oſtẽdit idolatras comunionẽ habere in menſa dæmoniorꝫ, nihilominus non ſunt hoc, in quo comunionem habent. Ita etiam omnes nos Chriſtiani comunionem habemus in menſa panis domini, ſed menſa nõ ſumus domini. Sic & menſa domini nõ eſt comunio corporis & ſanguinis Chriſti. Hæc menſa eſt panis dñi & uini, quod noſtra comunio non eſt corpus & ſanguis Chriſti.

Eckius. Quia magiſter Iacobus exemplũ meũ tam manifeſtum negare non poteſt, conatur illud intricatis ſermonibus coram ſimplicibus obnebulare, ſed hoc eum iuuare non poteſt, in comunione namq́ꝫ ſeu ſocietate duæ ſunt res, una qui ſocietatẽ habent, ut ſunt mercatores, alia quæ comunis habetur, ut ſunt pecunia & pannus. At iam magiſter Iacob⁹ inqt, pecuniã non eſſe mercatores, quaſi hoc ignoraremus, ſi net tamen nihilominus pecuniã eſſe pecuniã. Nunc in manus ſumimus uerba Pauli. Panis quẽ frangimus, comunio eſt ſiue cõmunis cuiq́ꝫ diuiſio corporis Chriſti, ſicut igit̃ pecunia nõ

eſt

eſt mercatores, ita & uerum Chriſti corpus non eſt homines Chriſtiani. Eſt tamē nihilominus corpus Chriſti hoc, in quo comunicamus ſiue participamus, ſicut pecunia eſt pecunia, in qua mercatores ſotietatem habent, quare mihi non debet magiſter Iacobus ſacras literas dilacerare, quumq; dilectus dn̄s noſter Iheſus Chriſtus dederit ſui corporis comunicatio nem, illam paruipendere non debet in comunicatione parti‑culæ ſuæ rapæ, aut panis piſtorij. Sequentia uerba ei non de‑ſeruiūt, quemadmodū illa per crines intraxit ad ſuum falſum intellectū. Sed hæc mens eſt, Paulus eccleſiam inſtruere uo‑luit, ut cum ueneratione ſuſciperet uenerabile ſacramentū in cipiens a figuris ueteris teſtamenti Iudæorꝝ, hoc noui figura erat, per id uolens, quod iam ueritate Chriſti oriente, tene‑broſæ Iudæorꝝ figuræ cecidiſſent, poſt hoc Chriſtianos retra here conatus a comuni ſacrificio idolorꝝ & ciborꝝ, ne quis ſe illis participē faciat. At in ſcripturis nuſq; reperit̄, ſed nec in Paulo, ut dicat cibū idolatrarū eſſe comunionē corpis idoli, ſicut de noſtro loquit̄ ſacramento, quod comunis ſit cuiq; di uiſio corpis Chriſti. Ideoq; & dictū firmiter perſtat & inuin‑cibiliter, quod & Lutherus ipſe fatet̄ ſecurim eſſe tonitrui, in eorꝝ colla minans, qui uenerabile negant ſacramentum.

Imeli. Dn̄s meus doctor quum multis uerbis inducit mer‑catorꝝ ſocietatē eſſe pecuniā, in qua ſunt ſocij, admitto pecu‑niam eſſe ſocietatē ſiue comunionem mercatorꝝ, ob id tamen non ſequitur pecuniā mercatores eſſe, ſicut etiam in præſen‑ti dicto Pauli, panis eſt comunio corporis, ideoq; etiā & non ſequit̄, hic panis eſt corpus. Sequit̄ comunio eſt panis, ſicut ſequit̄ ſocietas mercatorꝝ eſt pecunia. Sic habemus qualiter comunionē habeamus in eſu potuq; panis dn̄i ſecundū ſuam inſtitutionē in corpore & ſanguine Chriſti, ſic etiā & merca‑tores comunicationē habēt cōtractus ſui ratione in pecunia.

Eckius. Nihil aliud quā clamor eſt, lupus inquit, reperta luſcinia, Adhuc ſe magiſter Iacobus intricat in comunione

ſiue ſocietate mercatores pecuniæ comparãs, ſicut & panem corpori Chriſti, in quo aberrat, ideoq; & a ſuo falſo intellectu deſiſtere non uult, nam comunionẽ pecuniæ ad mercatores, qui in ea comunicant, oportet ut ad Chriſtianos comparet, qui in Chriſti corpore participant, & non ad panem. Et hoc ut uerum ſit, ſicut dicit Paulus, Panis quem frangimus, comunio corporis Chriſti eſt, ſic de mercatorib⁹ dici non poteſt, eos comunionẽ eſſe, habẽt quidem comunionẽ, & ſunt ſotij, at pecunia comunio eſt, in qua comunicãt. Sicut & Paulus clare & dilucide, panẽ eſſe comunicationẽ corporis Chriſti, in quo omẽs comunicamus fideles, quia comunionẽ habemus, ideoq; & ſpirituale corpus Chriſti erimus. Ideoq; eſt impoſſibile magiſtrũ Iacobum hãc tonitruorũ ſecurim a ſuo collo abducere, niſi cum catholica Chriſtiana eccleſia credat in uenerabile ſacramẽtum.

Imeli. Sicut ante hac dixi ita & nunc dico, duos eſſe ſimiles ſermones, panis eſt comunicatio corporis, & pecunia eſt comunicatio mercatorũ, ob id non mox ſequeretur, quum panis comunicatio ſit corporis, ideo corpus eſt, tunc etiã ſequeretur quum pecunia eſt comunicatio mercatorũ, ergo eſſet mercatores, in quo rem omnem reſidere ſino atq; demitto.

Eckius. Magiſter Iacobus quum hac atq; illac in comunicatione hereat, ſicut ridiculus fidicen, unicã dumtaxat fidem tangens. Breuiter dico omẽs homines ſcire nullã eſſe dicendi formã, pecunia comunio eſt mercatorũ, & panis quem frangimus comunicatio eſt corporis Chriſti. Primũ enim dictũ, hunc habet intellectũ apud omnes homines, pecunia eſt comunio mercatorũ, ut in ea partẽ quiſq; habeat. At panis quẽ frangimus, comunicatio eſt corporis Chriſti, hunc intellectum habere non poteſt, Chriſti corpus partem in pane habere, niſi noui Chriſtiani etiam & Chriſtum in ſocietate habere uellent, ſibiq; partem panis dare in lucrũ mercaturæ.

Imeli. Ante hac dñs meus doctor dixit ut ſcripturæ ſcriptu-

ris

ris cōparent. Dictū igit habet Matth. xxvi. Hoc eſt corpus meū, hoc dictū ſi ſcd'm ſuā expoſitionē intelligi debeat, alio eiuſdē capituli dicto aduerſat, ubi dn̄s dicit, me aūt non ſemper habebitis, hoc dictum intelligi nequit de deitate & gratia Chriſti, ideoq; & neceſſario intelligi debet de corpore Chriſti, quod eſt contra expoſitionem dicti dn̄i mei doctoris.

Eckius. Ego qa cū Chriſtiana eccleſia me in uerbis Chriſti fundo, Matth. xxvi. Hoc eſt corpus meū, æſtimat magiſter Iacobus hunc intellectum perſtare non poſſe, propter aliud eiuſdem capituli uerbū, me aūt nō ſemper habebitis. Ad hoc dico Zwingliū iſtud pro tertio argumento dn̄is meis gratioſis nuntijs conſulū huc miſiſſe, ſed in ſimili erroneo & lacero intellectu, ſicut magiſter Iacobus. Verū eſt ibi dn̄m loqui de ſuo ſacro corpore, ſed hoc addāt oportet, quod de ſuo mortali & paſſibili corpore loquat. Et hoc ut uerū ſit probo p clara præcedentia & ſequētia uerba. Mulier inq;, quū præcioſum ungentū ſuper caput Chriſti effuderat, apoſtoliq; indignabant, quod uendi debuiſſet & pauperibus erogari, præcipue contra hoc Iudas murmurabat, queadmodū multi iam noui Chriſtiani faciūt, & ſub pallio quod tam ſint in pauperes clementes & proni, contra om̄e inclamitāt, quod ad diuinū cultum & honorē erogat, & ſi iuxta hoc ipſi pauperibus parum ſuccurrant, bene adparet in quē uſum eccleſiaſtica bona uertant, argenteis imaginibus hoſtes ſunt, illaſq; odiunt, uerum dum in eccleſijs ſtāt, at quum in eoꝝ ciſtas peruenerint, adijtis ariſq; relictis, ex tunc ab eis diligunt. Sicus argenteus Sebaſtianus in Waldtshūt, ibi dn̄s dicit, Nam ſemper pauperes habebitis uobiſcū, me aūt non ſemper habebitis, ſubaudi in mortali corpore, nam ſequitur. Mulier hæc unguentū hoc mittens in corpus meum ad ſepeliendū me fecit. Quare Chriſtus ob hanc ſuam corporalem præſentiā nihil ſacramēto abnegauit, ſed quod eum in mortali corpore non eſſent habituri. Iam non eſt neceſſe unguentū fundi ſuper caput eius.

Imeli. Quod dñs hoc dictũ non ſolum ſupra corpus ſuum mortale indicarit, ſed & ſupra corpus ſuum impaſſibile uerbis mei Chriſti probo Iohan. xvi. ubi dicit. Exiui a patre & ueni in mundum, iterum relinquo mundum & uado ad patrem. Chriſtus igitur ſi mundũ reliquit, ergo in mundo plus non eſt corporaliter. Ita ergo conſequitur dominum non ſolum de ſuo mortali corpore loquutum.

Eckius. Hic iã adpropinquat Zwinglij quartũ argumentum Iohan. xvi. ubi Chriſtus dixit. Exiui a patre &c. Reſpondeo uerba Chriſti uera manere in æternum, ſed Zwinglij & aliorũ intellectus falſus eſt & erroneus, uerũ eſt Chriſtũ mundum reliquiſſe humana & exteriori conuerſatione, quod & apoſtolis indicauit poſt cœnã, iam tempus adeſſe, quare nullis ſcripturis quiſq; probare poteſt. Chriſtũ non eſſe in ſacramento ſacramentaliter. Nam ſicut dixit reliquiſſe ſe mundũ, ſic etiam ſe reuerſurũ teſtatus eſt, apoſtolos ad ſe recepturus, Iohan. xiiij. Ideoq; hoc dictum non eſt contra ſacramentum.

Imeli. Quum dñs meus doctor hoc dictũ, relinquo mundum, alio dicto præcedenti ad diſcipulos, uado ſcilicet & reuertar ad uos, ſic exponendũ uelit, ſicut eo in loco dñs dixit diſcipulis ſuis, de ſuo in mortẽ abitu, redituq; per gratioſam eius reſurrectionẽ, ita etiã & hic dixiſſe fertur, mundũ relinquere, intelligendo ſolũ in mortali corpore. Dico uerba dñi hic ad diſcipulos fuiſſe dicta, ante eius aſcenſionem, quod in illa relicturus ſit mundũ, quibus ſic concludo, quũ dñs mundum reliquerit, & hoc poſt eius corporalẽ conuerſationẽ, nõ eſt amplius corpus ſuũ eſſentialiter in mundo, ideo neq; in ſacramẽto, ſperãs per huiuſmodi ſacræ ſcripturæ dicta ſufficientem (cũ alijs prius per uenerabilẽ doctorẽ Oecolampadiũ inductis) meæ doctrinæ rationẽ dediſſe, ſubſcribẽs me his, quæ ante me doctor Oecolampadius, plixiore ſermone oſtẽdit.

Eckius. Breuiter de Chriſti reditu per reſurrectionẽ, non dixi eius eſt cõmentũ, quia tamẽ pertinax ait Chriſtũ mundũ

reliquiſſe

reliquiſſe. Dico ſicut prius, ſecundũ humanã conuerſationẽ, ibi namq; oſtẽdere uoluit mortẽ ſuã & aſcenſionẽ, quod oẽs credimus. Si aũt ipſe, uel certe aliquis alter uelit Chriſtũ non eſſe inuiſibiliter in ſacramẽto, illud oportet ut probetur literis ſacris, quod nondũ eſt factum, ideoq; & apud Chriſtianã eccleſiã manebo, & apud uerbũ Dei, Hoc eſt corpus meum. Ipſe uero quũ ſe fundet ĩ argumẽtis doctoris Oecolampadij, ego apud meas ſibi datas reſpõſiones ſum manſurus ſimilẽ faciẽs ad eũ ſicut ad Oecolampadiũ mentionẽ, quũ utiq; doleã me uidere quondã dilectũ diſcipulũ meũ, per errorẽ deficere ab opinione catholicæ eccleſiæ. Deus oĩm noſtrũ miſereaт.

HAEC SEQVENS ORDINATIO dominorum confœderatorum publice in eccleſia lecta eſt XXVIII. Maij.

SIcut heſterno die & hodie ſecundo declaratũ eſt & exclamatũ, ſic eſt & mens ſeria dñorꝝ noſtrorꝝ gratioſorꝝ Heluetiorꝝ xij. cantonũ laudãdi fœderis nuntiorꝝ conſulũ & ſententia. Si quis hic præſens eſſet, præcipue ex miſſis, qui prædicaſſet, opinaret, uel teneret, Chriſtianæ doctrinæ non conſonam, neq; conformẽ, doctoris Iohannis Eckij primã concluſionem, nominatim uerũ Chriſti corpus & eius ſanguinẽ præſentia eſſe in ſacramento altaris, huc accedat, & eandem concluſionẽ ſacris & diuinis literis impugnet, ut ſuum fundamentũ & eius opinio audiat ac intelligat, anteaq; aliæ concluſiones diſputari ceperint. Ex miſſis uero ſi quis nihil ad hoc diceret, neq; impugnaret, eius ſilentiũ non aliter acceptabitur, quam ut cum prima concluſione conſentiat, & eam ut Chriſtianam doctrinam teneat, & ita pariformiter in ſequẽtibus, cum alijs doctoris Eckij concluſionibus ſeruabitur. Qui uero aliquam concluſionum conabitur impugnare, illud faciat prætermiſſis inutilibus ſermonũ circumitibus, & alijs ſacris literis quam ab eo uel alijs prius inductis.

TERTIVS ARGVENS

Vlrichus Studer.

IN nomine ſanctæ Trinitatis, Amen. Vt breuibus me explicem. Primo induco uerba Pauli ad Corinth. xi. Hoc eſt corpus meũ quod pro uobis tradetur. Dilecti probiq́ Chriſtiani, horũ uerborũ intellectũ triplicem inuenio. Primus intellectus & expoſitio hæc eſt, quod altaris ſacramentũ uerus ſit ſanguis & caro Chriſti, ſub utraq́ ſpecie panis & uini, nominatim quod ſubſtantia panis tranſmutetur in ſubſtantiam Chriſti, & poſt hac uini ſubſtantia tranſmutetur in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti. Hæc expoſitio primo manauit, & deriuata eſt a doctrina Thomæ, & ita acceptata eſt a Chriſto fidelibus. Secundus intellectus eſt, ſacramentũ altaris panem eſſe & uinum, & cum his nihilominus ſanguis & caro Chriſti, at nunc iſtarũ duarum opinionũ origo omnibus nota eſt. Ideoq́ tertiũ intellectũ in manus accipio, quem inuenio in ſequentibus uerbis Pauli prioris allegati loci ita ſonãtis. Quotienſcunq́ manducabitis panem hunc & calicẽ bibetis, mortem dñi nuntiabitis donec ueniat, ſub quo intellectu ſecure docere præſumpſi probos Chriſtianos inſpectis uerbis Pauli quæ ad Galathas ſcribit v. cap. Modicũ fermentũ totam maſſam corrumpit. Poſt hæc Prouerb. xxx. Verbũ Dei ut aurũ clarum eſt, quod ſepties purgat̃ per ignem. Dilecti probiq́ Chriſtiani, ex his uerbis iam propoſitis ſinguli percipere poſſunt meliorem intellectũ & expoſitionem prææallegatorũ uerborum Pauli, Hoc eſt corpus meum, ita ſonauit.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte. Dñs Vlrichus (ut opinor) in uia triplicẽ opinionẽ collegit de uenerabili ſacramento, quarũ infortunatiorem acceptauit. Sua tamen excellens doctrina, facile in primo congreſſu notat̃, quum proponens eccleſiæ Chriſtianæ opinionem de uenerabili ſacramento dicit illam ex ſancto Thoma de Aquino originem ſumpſiſſe.

Potuiſſet

Potuiſſet tamen bonus ille dñs ſi antiquos eccleſiæ doctores, Cyprianũ &c. non legiſſet, percunctaſſe, quis tamen præceptor fuiſſet diui Thomæ. Albertus dico magnus, quomodo ergo tam audaculus corã hac præſenti congregatione temere non uereſ, huius opinionis originem diuo Thomæ adſcribere. Dilecte dñe Vlriche, in quẽ cõmentarios edidit libros S. Thomas, credo uos non ignorare, in Petrũ Longobardũ magiſtrũ ſententiarũ, qui & ipſe ante Thomã Aquinatẽ hãc opinionẽ tenuit. Si ueſtris ſubditis ita prędicaſtis ſicut iam dicitis, manifeſtũ eſt quod præter ueritatẽ eos ſeducere uoluiſtis, qa illis præſigurate uolebatis opinionẽ uenerabilis ſacramenti recentẽ eſſe, & iã primũ in tricẽtis annis eripuiſſe, quũ tñ hoc non ſit uerũ. Nã a tempib⁹ apoſtolorꝝ elapſi dies in teſtimoniũ ꝓducti ſunt doctorꝝ, q uerbũ dei eo modo intellexerunt, & quatuor antiqua concilia ante Thomã ueſtrũ errorẽ damnauerũt. Ideoqꝫ & recte quidẽ de fermẽto in harenã deduxiſtis, quo catholicã corrũpitis eccleſiã, etiãqꝫ bene dicitis qd' præſumpſeritis, ſed memorate preſumptionẽ nunqꝫ bene feciſſe. Veſtrã opinionẽ expiſcare tentatis ex uerbis Pauli qd' facere nõ poteſtis, quemadmodũ ſæpius probatũ eſt. Paulus enĩ uero panẽ non nominat piſtoriũ, ſed ſicut dñs Iheſus dixerat. Hoc eſt corpus meum. Aeſtimatis fortaſſe Chriſtianos nuntiare nõ poſſe mortẽ dñi noſtro ſacramẽto donec ueniat in extremo iuditio. Vltima ſella ſupra hũc equulũ nõ ꝑtinet.

VLRICHVS STVDER.

DOmine doctor, multa adportatis non neceſſaria uerba, & ad meũ propoſitũ non pertinentia, irrideorqꝫ & contemnor a uobis, quaſi meorꝝ uerborꝝ neqꝫ exordia nec fundamentũ neqꝫ finem. Primo didici a doctore Wimpina ante annos xx. in uniuerſitate Liptzenſi, q nobis propoſuit Thomã in libro quẽ de ſacramẽto altaris nominãt, in x. prædicamẽta Ariſt. diuiſo, ſic incipiẽs. Memoriã fecit dñs mirabiliũ ſuorꝝ &c. In q̃ pulchre manifeſtat opinionẽ intellectus & uerborꝝ

Pauli

Pauli ad Corinthios præallegato loco, ſed quia hæ res meo propoſito non deſeruiunt, breuitatis cauſſa demitto. Nominatim mi dñe doctor ſcripturis propono exponere præallegata uerba, ſemota omni expoſitione doctorꝝ, & affectu omnium hoim, nihil aliud quã unum uolens articulũ per alterũ ad intelligendũ præbere. Ideoq; præallegata uerba a ſingulis tam obnubilata ſunt credita, & in tali diuerſa expoſitiõe poſſibile non eſt ueritatẽ cognoſcere. Breuiter igiť hoc uerbum, Hoc eſt corpus meũ, neceſſe eſt intelligi claro & intelligibili dicto ex Dei uerbo. Quare Paulus ex inſpiratione omnipotentis Dei nobis exponit, quomodo præpoſita uerba capere & intelligere debeamus, in qua forma uerbũ Dei interpretari & exponere ſecurior eſt forma & ſpecies. Iuxta hoc petens ut ſe dñs doctor modereť abſtinendo ab inductione oim doctorꝝ & intellectuũ humanorꝝ & expoſitionũ, propter quod mihi propono hæc uerba hoc & alijs dictis exponere.

D. ECKIVS.

Probe noui diuum Thomam ſicut & cæteros Chriſtianos eius opinionis fuiſſe, quod aũt dñs Vlrichus falſo ad ſeducendos ſimplices, huius opinionis originẽ adſcribere tentauit diuo Thomæ, hoc me oportuit enumerare nõ ita eſſe, induxiq; doctores non ad meam concluſionẽ firmandã, ſed ut omnes Chriſtiani ſcirent, hanc de ſacramẽto opinionẽ eſſe plus mille annis uetuſtiorem, quam probus hic dñs propoſuerat. Id quod refert unum locũ per alium exponendũ dico uerũ eſſe. Bonus tamen dñs ille non nouit, quo nam modo equum currui inaptare debeat, locus unus ſcripturæ obnubilatus per alium locum clarum exponere decet, cuius ipſe hic oppoſitũ facit, uolens hæc clara uerba, Hoc eſt corpus meum, obcæcare obnubilatis uerbis, in quibus neq; adhuc oſtẽdit, quomodo ſuam opinionẽ firmẽt. Clarũ dedi horꝝ uerborꝝ intellectũ, ſi contra hoc ſcripturas habeat, adportet ergo. Monitionis ſuæ opus non erat, quod nullos doctores uel ſcribentes inducere

debeam

debeā plane credo, ſi libellos fratris ſui in Chriſto Zwinglij non legiſſet, non tam profunde euangelio implicaret, ut hāc nouam doctrinā in harenā deduceret. Nunc uero ſcripturas huc adferte, alioqui omnia alia ſciat nihil ualitura.

VLRICHVS STVDER.

CHriſtiani probi, ſpiritus ueſter bene intelligere poteſt, quam clara hęc ſint uerba, Hoc eſt corpus meū &c. quū ſerioſiſſime Chriſtianā fidem contingāt. Paulus eṁ ad Iudæos ita explanat xi. capitulo dicens. Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarū argumentū non apparentiū. Quare prędicta uerba non ſufficienter clara ſunt atq; dilucida, ſed magis expoſcunt declarationem lucidiorꝫ uerborꝫ. Sequenter quia pro uerbo Dei habent, ideo nō eſt noua doctrina, ſed inſtructio ab æterno deitatis uſq; præſens, ſicut Iohan.xv. ſcribit. Quic quid a patre audiui, uobis manifeſtaui. Tandē ultimo dn̄e doctor a uobis cuperē ex uerbo dei intellectū audire, ſi male dicerem uerba prius allegata ita ſonātia. Quotienſcunq; manducabimus panem hūc &c. non poſſint declarare ſuperiora uerba ita ſonantia, Hoc eſt corpus meum. Quotienſcunq; manducabitis hunc panem &c.

D. ECKIVS.

Dn̄s Vlrichus ut ſermonem abbreuiem, tale uult facere argumentū. Fides (ut Paulus inquit) eſt argumentū rerū non apparentiū, nūc quum hæc uerba, Hoc eſt corpus meū, fidē attingāt, neceſſaria eſt illorꝫ declaratio alio claro & dilucido dicto. Reſpondeo, uerū eſt, fidem eſſe de rebus abſconditis, & nobis non apparētibus, nēpe quod uidemus ſcimus, neq; neceſſe eſt iam primū credi. Iuxta tamen hæc uerba fidei clara eſſe poſſunt. Quid inq; magis eſt abſconditū, quam unum eſſe Deum in eſſentia, & tamen trinū in perſonis, uerba quidem clara ſunt atq; dilucida, ſed quod per illa ſignificatur,

difficile nobis eſt ad intelligendum, dicit ſe aliter neſcire quã ut ſequentia Pauli uerba, iſta uerba exponant, Hoc eſt corpus meum. Dico non, & dominus Vlrichus ſi his diebus præſens fuiſſet, a ſuo in Chriſto fratre doctore Oecolampadio, didiciſſet hæc Chriſti uerba, hoc facite in meam commemorationem, hic per ſanctum Paulum exponi, quomodo memorari debeat, & nuntiari mors domini, breuitatis tamen cauſſa me remitto ad uerba notariorum.

VLRICHVS STVDER.

GRatioſi & dilecti domini, ad hæc dicta me reſoluo reſpõſionis datæ, me accepturum de hoc uenerabili ſacramento, quicquid decernetur, & per uerbum Dei declarabitur, cum illo permanſurus, iuxta tenorem mandati meorum ſubditorũ, quod eſt nihil aliud docere & proponere, quam clarum Dei uerbum, per amiſſionem præbendæ meæ.

D. ECKIVS.

Verbum Dei nemo eſt qui illud domino Vlricho interdicat, illud autem ſi male peruerteret, & in peruerſo intellectu ſubditis ſuis prædicaret, non ſolum amitteret præbẽdam, ſed & animam ſuam, perditurus quoq; ſecum & cæteros. Ideoq; & eum rogo propter Deum, quum non ſit ſublimioris intellectus, ne ſe a catholicæ & Chriſtianæ fidei unione ſegreget, credatq; id quod credidere priores ſui probi & honeſti homines, terræ & cantonis Glarijs, quo una cum ſuis ſubditis uitam æternam promerebitur.

CONCLVSIO II.

Quæ & uere offeruntur in officio miſſæ, pro uiuis & defunctis.

TRICESIMA DIE MAII BERCHTOLdus Haller prædicans in Berna, quartus arguens.

GRatia & pax a deo noſtro cœleſti patre, obueniãt nobis oĩbus, Amen. Quũ attrahar nominatim a D. Tregario ꝓuintiali, doctrinæ meæ cauſſa, quã diſſeminarim in miſſæ ſacrificiũ, breuit̃ eius fundamentũ oſtẽdã ex ſcripturis, poſt ꝓte ſtaturus illis diuinis literis me ſubmiſſurũ, notant̃ in epiſt. ad Heb. ix. cap. ubi habet̃ quõ Chriſtus introierit in ſancta ſanctorꝝ non manu factũ imaginibus tabernaculũ, ſed in ipſum cœlũ, ut appareat nũc uultui Dei pro nobis, non ut ſæpe offerat ſemetipſum, quẽadmodũ Põtifex intrat in ſancta ꝑ ſingulos annos in ſanguine alieno, alioqn oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc aũt ſemel in cõſumatione ſeculorꝝ ad deſtitutionẽ peccati, ꝑ hoſtiã ſuã apparuit. Et quẽadmodũ ſtatutũ eſt hoib⁹ ſemel mori, poſt hoc aũt iuditiũ, ſic & Chriſtus ſemel oblat⁹ eſt, ad multorꝝ exhauriẽda peccata, ſecundo ſine peccato apparebit omnibus expectantibus ſe in ſalutem. Poſt hæc decimo capite etiã in hanc mentem, quod ſanctificati ſimus per oblationẽ corporis Chriſti Iheſu ſemel. Et om̃is quidem ſacerdos præſto eſt, quottidie miniſtrans & eaſdẽ ſæpe offerẽs hoſtias, quæ nõ poſſunt aufferre peccata. Hic aũt unã pro peccatis offerẽs hoſtiã in ſempiternũ ſedet in dextera dei, de cætero expectãs donec ponant̃ inimici ei⁹ ſcabellũ pedũ eius. Vna em̃ oblatione cõſumauit, in ſempiternũ ſanctificatos. Ex quo ſcripturarꝝ teſtimonio clare & dilucide oſtendit̃ Chriſtũ Iheſum ſemel paſſum, mortuũ, & ita oblatũ, quo unico ſacrificio omnes conſumauit electos. Quumq; filius Dei perfecte ſemel conſumauit & perfecit, non poteſt hoc per nos meliorari, ſed dũtaxat denuo reiterari per diuitẽ

gratiarum actionis memoriam, ſicuti fieri iuſſit dominus in ſua cœna, Hoc facite in meam commemorationem.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Ad inductionē duorꝫ dictorꝫ ex epiſtola Pauli ad Heb. contra miſſam breuiter reſpondeo. Scripturas ſcire, non eſt ſcire literas, ſed rectū & uerū intellectū, quē ut plane accipiamus, ſciendū duplex eſſe Chriſti ſacrificiū. Vnum per mortē eius ſuper altare ſanctæ crucis, & hoc non eſt ſacramentū, ſed per hoc omnia ſacramenta, ſed & ipſa miſſa efficaciā habent & uirtutē redemptionem mundi, & cœlorꝫ apertionē, ſicq; uerū eſt, non niſi ſemel oblatū Chriſtū, ſic & Paulus loquit̄. Secunda oblatio ſpiritualis eſt, in qua Deo patri prima oblatio ſeu ſacrificium primū denuo repreſentat̄ cum uenerabili ſacramento in officio miſſæ. Quum aūt pars aduerſa maiorē partem fundamenti in hanc epiſtolā locet, in qua adhuc plura dicta conſimilis tenoris reperiunt̄, ſcripturis probabo datā reſponſionē eſſe ueram. Antiqua eſt regula tractandi ſcripturas, uerborꝫ intellectū acceptandū ex cauſſa dictorꝫ. Lectores igit̄ huius epiſtolæ, ſi hoc feciſſent, hic contra miſſam error non exſurrexiſſet. Paulus inq; hanc epiſtolam contra Iudæos ſcripſit ex hac cauſſa, quod eos in uera fide inſtrueret, ideoq; & ab initio ꝓponit Iheſum uerū eſſe Meſſiam, filiū dei in lege promiſſum, omnes creaturas excellentem. Sequenter in vij. cap. & alijs ſequentibus declarat Paulus nouū teſtamentū, legem, ſacerdotium, & ſacrificiū in Chriſto Iheſu eſſe finita, quare ex toto mens non fuit, quemadmodū prædicans Bernenſis intellexit Paulū ibi loqui de ſacramentis & ceremonijs Chriſtianæ eccleſiæ, loquutus enim eſt dumtaxat de triplici eiuſdem eccleſiæ renouatione, & uero fundamēto, in quo fides noſtra ſtabilit̄. Hæc aūt Chriſtus ſunt & eius officiū ſacerdotale in cruce, a quo ſacramenta ſuā accipiunt efficaciā & uirtutem. Etſi igit̄ diuus Auguſtinus etiā & hanc reſponſionē expreſſe dederit,

derit, & fortaſſe pars aduerſa eum non acceptet, eam reſponſionē adhuc firmius ſcripturis probabo. In ſcripturis namq; differēter & cum diſcretione nominatᷣ oblatio ſiue ſacrificiū morte factū, hebraice zebah, quod interpretari poſſet ſacrificium occiſum ſeu uictima, oblatio uero ſine morte facta in ſcripturis muncha appellatᷣ hebraice, & quod huiuſmodi oblatio ſine morte iugitᷣ in eccleſia futura ſit & eſſe debeat, uſq; ad antichriſti tempora, ſpiritus ſanctus eccleſiæ ſanctæ Dei manifeſtauit per Danielem xij. capite, ubi ſic dicit. Et impij agent impie, neq; intelligent omnes impij. Porro docti intelligent, & a tempore cum ablatū fuerit iuge ſacrificiū, & depoſita fuerit deſolatio, in abhominationē dies mille ducenti nonaginta. Ex his uerbis clarū eſt, iuge (quod hebraice tamid interpretatᷣ) ſacrificiū in eccleſia eſſe, quod totidē diebus in temporibus antichriſti ceſſabit, quare ex hoc notū eſt, omēs miſſam abrogare uolētes, ſed & ſacrificiū eſſe negantes ſcd'm Danielis uerba, præcurſores ſunt, parantes uiā antichriſto, ſicut & imaginū expugnatores ex his uerbis. Nam eccleſię in quibus reſidebit abominatio antichriſti deſolabuntur, quod ſit per imaginū ablationes, diuinorꝫ officiorꝫ, & aliorꝫ quæ ad decorem ſunt in eccleſia. Quumq; Pauli ſpiritus Danielis ſpiritui non aduerſetur, unicus eſt enim ſpiritus ſanctus, neceſſario Pauli uerba ſic erunt (ut dixi) intelligenda.

PRAEDICANS BERNEN.

QVia principio D. Eckius ſuum ſermonē inducit non ſufficere literas ſcripturarū ſcire, ſed rectū intellectū & uerum earundē unā adportans diſtinctionē de duplici ſacrificio Chriſti, unā quæ in cruce per mortem cōpleta eſt, altera ſpiritualis eſt, quum Deo patri primū ſacrificiū denuo reiteratᷣ & repreſentatᷣ, atq; ſacramento ſignificatᷣ. Hunc ſacrificādi modū (ſicut ſacrificio utitᷣ ſcriptura) quum Chriſti ſacrificiū inducitᷣ, adhuc probatū non intellexi. Vbi enim de ſacrificio corporis Chriſti in epiſtola ad Hebr. mentio fit, eſt

ſacrificiũ pati, mori. Ex quo unum conſequit̃, ſi Chriſtus de nuo ueniret ſacrificandus (ſicut hoc uerbo ſacrificiũ utimur, in Chriſti ſacrificio) neceſſario eum toties mori oporteret, quoties miſſæ officiũ frequentat̃ uel celebrat̃, quod ueritati aduerſat̃. At memoriã unici iam cõpleti ſacrificij & paſſionis & mortis Chriſtus inſtituit in uſu ſacramẽti & non denuo ſacrificare. Poſt hæc D. Eckius inducit ſummariũ epiſtolæ ad Hebræos, quomodo principio in illa oſtendatur Chriſtũ uerum eſſe Meſſiam in lege promiſſum, & ſequenter in vij. capite & ſequentibus doceatur antiquũ teſtamentũ, lex, ſacerdotiũ, & ſacrificiũ in Chriſto Iheſu cõpleta eſſe, & ibi nihil loquatur Paulus de ſacramento & ceremonijs, hoc pro me eſt, quum in Chriſti corpore nullũ ſacrificiũ teneamus, ſed ſacramentũ dũtaxat ſumimus in ſacrifitij prioris memoriã. Vltra quum inducit ſacrificiũ diſcretione & differenter ſemel cum morte accipi alio modo ſine morte hebraica uerba inducens, ad hæc reſponderi uolo ab huius linguæ peritis. Hic uero ſcripturis nondũ probatũ eſt Chriſtũ offerri ſeu ſacrificari niſi ꝑ paſſionẽ & mortẽ, cuius memoria & nuntiatio & non ſacrificium in comunitate Dei in eccleſia manere debet donec ad iudicandũ dñs uenerit. Sic nãq; ad Cor. docet huius ſacramẽti uſum eſſe debere in mãducatione eiuſdẽ, in memoria & nunciatione mortis Chriſti, teneri & conſiſtere, uſq; ad ſcd'm dñi aduentũ. Vltra qđ dñs meus doctor dictũ inducit ex propheta Daniele de iuge ſacrificio, adhuc nõ eſt oſtẽſum illud oportere intelligi de ſacrificio corporis Chriſti in miſſa, ſed diuus Paulus oſtẽdit ad Ro. xij. qđ iuge ſacrificiũ ſit Chriſtianoꝝ, nẽpe quod corpora noſtra exhibeamus hoſtiã uiuã, ſanctã, Deo acceptabilẽ, & rationabile obſequiũ Dei. Sic etiã ſacrificium laudis omnibus Chriſtianis cõmiſſum eſt. Quia aũt ultra inducit oẽs miſſam abrogare uolentes, uel eam ſacrificiũ eſſe negantes, præcurſores eſſe nuntios antichriſti, mitto ſuum eſſe ſermonẽ, mihi & cuiq; Chriſtiano incumbit uti ſacramento

mento ſcd'm lucidū & clarū Dei mandatū, nominatim ad memoriā perfecti conſumatiq; ſemel facti & exhibiti ſacrifitij.

D. ECKIVS.

Miſſos facio eius proloquios ſermones. Ego uero quum dixi diuū Paulū in epiſtola ad Hebr. non loqui de ſacramento, hoc pro ſe eſſe dicit, mirabile auditu. Paulus equidē ſi nihil ibidē de ſacramētis loquat̃, quomodo ergo prædicās Bernenſis cū tota ſua parte poſſunt cū illa epiſtola ſacramēti ſacrificiū delere, quod cuiq; prudēti ad iudicandū prębeo. Simile etiam facit fundamentū tale, Miſſa rememoratio eſt ſacrificij Chriſti in cruce, ideoq; & non eſt ſacrificiū. Libenter eum interrogarē in qua nam ſcola ſic argumentari didiciſſet, in ſcola namq; Chriſti & ſcripturarū non inueniet. Oblationes incenſæ & agnus paſcalis, figura erant futuri ſacrificij Chriſti, erant tamen nihilominus ſacrificia ſeu oblationes, ſic etiā hic, quāq; in miſſa ſit memoria prioris ſacrificij Chriſti, eſt tamen nihilominus met ſacrifitiū ſicut incēſum, neq; mens eſt in uerbis Chriſti, Hoc facite in meā cōmemorationē, quod ſolā memoriā mandarit, ſed ibi mandauit apoſtolis & eoꝝ ſucceſſoribus, ut id facerent quod & ipſe fecit, in finem tamen & mentem ſuæ memoriæ. Nūc aūt Chriſtiana uult eccleſia hoc dn̄m Iheſum feciſſe, ſacramentū conſecraſſe, ſacrificaſſe, apoſtolis diuiſiſſe ad manducandū, hoc idem apoſtoli & ſacerdotes facere deberent. Vltimo impugnat Danielis prophetiā, quaſi miſſæ ſacrificiū non cōfirmet, & ex ea non ſequat̃ miſſarū impugnatores, præcurſores eſſe antichriſti. Dico Danielis prophetiam eſſe certam, & ore Dei confirmatam, Matth. xxiiij. ubi ex nomine Danielis prophetiæ mentionē facit, monetq; Chriſtus, ut omnes eam audientes, intelligant. Quumq; antichriſti tempore, iuge ſacrificium ceſſabit in eccleſia, poſſibile non eſt, aliud ibi ſacrificiū indicari ſeu ſignificari, quam quottidianū miſſæ ſacrificium. Quod enim dominus meus prædicans hæc uerba iuge ſacrificij inflectere & circūtrahere

ad inter

ad internũ ſacrificiũ, de quo Paulus ad Ro. xij. ſcribit, quomodo Chriſtiani exhibere debent corpora ſua hoſtiã uiuam, ſanctã, Deo placentẽ, hoc nõ patiunť & litera & uerba Chriſti ulla uia. Nam eiuſmodi ſpirituales oblationes nunq̃ ceſſabunt uſq; ad extremũ diem, & tanta tunc erit tribulatio tempore antichriſti, quod probi fugient in deſerta, & quãto maior erit tunc tribulatio, tanto deuotiores in oratione, & feruentiores erunt in charitate, tunc probi dicẽt, ſicut in pſalmo Dauid dixerat. Ad dñm cum tribularer clamaui & exaudiuit me. Pſal. cxviij. Sic & met Chriſtus dixerat, quod ꝓpter electos abbreuiabunť dies illi, quũ dixit. Et niſi abbreuiati fuerint dies illi, non fieret ſalua omnis caro. Ideo quia ſpirituale ſacrificiũ proboꝝ Chriſtianoꝝ, non ceſſabit in temporibus antichriſti, oportet ut det aliud externũ ſacrificiũ, quod deſtruet antichriſtus ex eccleſia in præfato tempore, quum templa miſſis imaginib⁹ & diuinis ornatibus euacuabunť. Sicut & S. Iohãnes in ſpiritu uidit Apoc. xij. ubi de eccleſia loquẽs ſub parabola mulieris, dicens. Et datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut uolaret in deſertũ in locũ ſuũ, ubi aliter per tempus intellige annũ unũ, & tempora intellige duos annos, & dimidiũ temporis, hoc eſt medius annus. Quare notũ eſt q̄ď ablatio iugis ſacrifitij tempibus antichriſti per uniuerſum orbẽ erit, & durabit trib⁹ annis cũ medio, ſicut & nũc in priuatis ciuitatib⁹ incipit. Quãobrẽ ex ꝓphetia Danielis p Chriſtũ euãgeliſata, clare et dilucide notať miſſam eſſe iuge ſacrificiũ.

PRAEDICANS BERNEN.

PRimo dñs meus doctor Eckius exportat Paulũ in epiſtola ad Hebr. non loqui de ſacramento, ſicut ego cum alijs intelligimus ad impugnandũ per eandem epiſtolã ſacrificiũ corporis Chriſti. Reſpondeo quod ex claris huius epiſtolæ uerbis prius oſtenſis, deduco nullũ aliud corporis Chriſti ſacrificiũ eſſe, quam id quod per ſuã paſſionẽ & mortem ſemel perfecit, & eo conſumauit in perpetuũ ſanctificatos. Secũdo

miratur

miratur de me dñs meus doctor, in qua nam ſcola hoc argumentũ didicerim. Miſſa memoria eſt ſemel exhibiti ſacrificij, ideoq; & ſacrificiũ eſſe non poteſt, inducẽs ſimilitudinem ex ueteri teſtamẽto, de incenſo & agno paſcali, quæ figuræ ſunt & ſignificarint futurũ Chriſti ſacrificiũ, & tamen nihilominus ſint & ipſa ſacrificia, ſic & cum miſſa ſit, quæ memoria eſt ſacrificij præcedentis, & cum hoc ſacrificiũ, dicto Chriſti hoc probans, Hoc facite in meã cõmemorationẽ, quod non ſolũ memoriã, ſed & apoſtolis & eorum ſucceſſoribus hoc faciendũ mandarit, quod fecerit ipſe. Breuiter dico uerba Chriſti hoc facite, ſe ipſa lucide declarant ex uerbis præcedẽtibus, his ſcilicet. Accipite & manducate, Hoc eſt corpus meũ quod pro uobis frangitꝛ, hoc facite in meã cõmemorationẽ, & hic nulla de ſacrificio fit mentio ipſis demandato. Similiter & ultra dicit, Hoc poculũ eſt nouũ teſtamentũ in meo ſanguine, hoc facite quotienſcunq; bibetis in meã cõmemorationẽ. Ex quo quilibet Chriſtianus capere poteſt clare & dilucide, Chriſtũ ſuis apoſtolis duo demandare, ſumere ſcilicet ſacramentũ, & hoc in ſui memoriã. Ideoq; me inducta ueteris teſtamenti figura non ligabit, niſi dñs meus doctor alterã partem ſcilicet miſſam eſſe quotidianũ ſacrificiũ noui teſtamenti, cum claris ſcripturis probet. Tandem iterũ inducit prophetiã Danielis, quod ſit certa, quod neq; ego nego, ſed eius intellectus de iuge ſacrificio, de quo Daniel loquitꝛ, quod miſſæ ſit ſacrificiũ, peto illius intellectus eius claras ſcripturas noui teſtamenti, quæ oſtẽdant iuge ſacrificiũ corporis Chriſti. Etiam ex Paulo declaro, & ex Pſalmo, quale ſit Chriſtianũ & quotidianũ ſacrificiũ, Deo placẽs, & a nobis omnibus expoſtulatũ. Illud aũt quod prolixo ſermone de temporibus antichriſti inducit & euangelio confirmat, dimitto, ad noſtrũ namq; propoſitũ non deſeruit. Quantũ uero inculpat omnes miſſam ſacrificium eſſe negãtes nuntios eſſe præcurſorios antichriſti. Iohannes in ſua epiſtola prima iiij. capite dicit. Et omis ſpiritus qui

ſoluit Iheſum ex Deo non eſt, & hic eſt antichriſtus de quo audiſtis, quoniã uenit, & nũc iam in mundo eſt. Ex quo maniſeſtũ eſt, quum miſſa cum omnibus ſuis ceremonijs, prout iam eſt in uſu, eo tempore non ſic inueniſ̃ inſtituta, ideo Danielis dictũ dimitto in ſuo ualore, & in ſua relinquo ueritate manere. At intellectũ iugis ſacrificij, quod illud nihil aliud ſit quam miſſa, quum dictum ſit ueteris teſtamenti, requiriſ̃ clarius & lucidius dictũ noui teſtamẽti ad hoc clare firmãdum.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte Amen. Quia prædicans Bernenſis ultimo cõtemptibiliter dixit me nõ eſſe uirũ talem amice demitto ut uerba ſint, noſſem eñ & ego eiuſmodi ſeruo & ſibi cõpetentẽ ueſtem adaptare. Ad rem aũt. Hodie auditus eſt uerus Pauli intellectus in epiſtola ad Hebr. quumq; dñs Berchtoldus unicũ dumtaxat modũ nouit ſacrificandi cũ morte uidelicet eum informaui, & adhuc aliam eſſe offerẽdi formã abſq; ſanguinis effuſione. Nullã aliã dicit Chriſti oblationem eſſe quam cum morte, ſcd'm Pauli doctrinã, quod in Paulo nunq; reperiet. Dicit me opinionẽ meã probaſſe uerbo Chriſti, Hoc facite in meã cõmemorationẽ, quod non ſic eſt factum. Ideoq; non recte cõcepit, quod ea uerba ad illud ponderandũ adſumpſerim. Quum aũt aduerſus ſpiritũ ſanctum illud uerbũ hoc &c. ita uult cogere, ut facite dumtaxat tendaſ̃ ad manducare, quod claro textui contrariaſ̃, peto ab eo ſcire, quia ab apoſtolorũ temporibus in catholica Chriſtiana eccleſia in uſu fuit cõſecratio uenerabilis ſacramẽti. Ipſeq; nolit dilectũ dñm noſtrum Iheſum, tale quid mandaſſe in his uerbis, Hoc facite &c. quod illam mihi in ſcripturis oſtẽdat, uel certe ſecundũ ſuam opinionẽ, quum in ſcripturis non ſit, neceſſario ſequitur fictum & excogitatum fuiſſe.

PRAEDICANS BERNEN.

IN nomine Iheſu Chriſti, Amen. Sicut principio dñs meus D. Eckius meos temerarios ſermones deducit, dimitto ut

tantum ſua ualeat deductio, quantũ ipſe meũ ſermonem ua-
lere patitur. Conſequenter inducit, quomodo breuibus uer
bis auditus ſit uerus intellectus diui Pauli in epiſtola ad Heb.
& quum ipſe niſi unicã ſciam offerendi formã, cum paſſione
ſcilicet & morte me informarit, adhuc alterã eſſe formã ſine
ſanguine offerendi. Reſpondeo concedens & affirmans ſa-
crificium laudis & crucis ſufficiens fundamentũ ex ſcripturis
habere. At uero Chriſti corpus in alia forma & ſpecie offerri,
quam cum paſſione & morte in epiſtola ad Hebr. nondũ eſt
oſtenſum, poteſt fortaſſe bene intelligi ſpirituale ſacrificium
oſtendi, & in ſacramẽto repreſentari, ſed nondũ clare oſten-
ſum eſt. Nam utiq; textus euangeliſtæ, Lucæ & Pauli oſten-
dunt uſum ſacramẽti conſiſtere in manducatione, memoria,
& nuntiatione acceptorũ beneficiorũ, & de ſacrificãdo nihil.
Hæc uerba tam ſunt clara ut nullis ualeant literis anullari. Vl
tra dñs meus doctor preſumpſit in hoc uerbo, Hoc facite &c.
ſe oſtenſurũ Chriſtum apoſtolis non ſolum memoriã haben-
dam demandaſſe, ſed ut facerent quod ipſe feciſſet. Reſpon-
deo his uerbis, Hoc facite &c. Chriſtũ mandaſſe ſuum ſequi
præceptũ in uſu ſacramenti. Nam ſi cuiq; ſacerdoti hoc faci-
endum eſſet, quod Chriſtus feciſſet, neceſſario conſequere-
tur nullũ ſacerdotem ſolum hoc ſacramentũ ſumere in miſſa,
ſed & alijs diuidendo porrigere deberet, nam Chriſtus hoc
fecit. Secundo oporteret ut ſacerdos ipſe poſt diuiſionem ſa-
cramẽti ſingulis factam, etiam in mortem crucis ire deberet,
quum Chriſtus illud fecerit. Ex quibus omnib⁹ adparet uer-
ba Chriſti, Hoc facite &c. uelle ut præceptum & mandatum
uſus huius ſacramenti exequamur. Nunc quia dñs meus do-
ctor ultra me cogit quærendo, quum ab apoſtolorũ tempori
bus ſacramenti conſecratio in eccleſia durarit, ubi illa oſten-
datur, ipſe ad hoc reſpondeat, quia primum eius articu-
lum tangit, de quo me non intromiſſurum hodie proteſta-
tus ſum, & adhuc in illo conijcio, quod contra gratioſorum

dñorũ noſtrorũ nuntiorũ conſulũ xij. cantonũ, reſpõſionem me perueſtigare tentat, & quærendo ſciſcitari, ſuper quo illi non aſſentiar, ea potiſſimũ cauſſa, quod dicta doctrinã meã firmantia, adhuc erecta ſtare conſpiciã, ſperans meorũ gratioſorũ dñorũ Bernenſiũ mandato me ſatisfeciſſe, illo me ſcripturis cõmendans iam inductis, & adhuc inducendis, ſubſcribens me illis, qui aduerſus doctorem Eckium in hoc articulo ſe ſubſcripſerunt. Ad hoc me cogit doctoris Eckij irritatio quam ſupra & contra meorũ gratioſorũ dominorũ mandatũ non ſum expectaturus, ſed hoc uolo modo concluſiſſe.

D. ECKIVS.

In quo Chriſtus mandarit diſcipulis faciendũ quod ipſe fecit, hodie eſt enumeratũ, bene inq̃ ſcit illis non mandaſſe ſiccis pedib⁹ ambulare ſupra mare. Quod aũt bonus ille dñs reſponſionis ſuæ cauſſam in meã reijcit irritationẽ, ſciunt om̃es qui hodie interfuerũt non ita eſſe, ſed cum miſſæ articulus ei fuerat ꝓpoſitus, fugere tentauit, quod de hoc articulo in ſpecie nihil prædicaſſet, quoad uenerabilis dñs doctor Conradus prouincialis exurgeret ſibi cõtradicens, quippe quod ab eo met audiuerit contra miſſam eum prædicaſſe, & quũ dñs prædicãs dñi doctoris propoſitũ ſermonẽ ſuſtinere noluerit, obtulit ſe dñs meus doctor prouincialis multis hominibus teſtib⁹ ſe probaturũ, tunc primũ prædicãs ad diſputandũ aſcendit, quare meæ irritationi nullam poteſt culpam impingere. Et dñs meus prædicãs quum procul dubio extra mandatum meorũ gratioſorũ dñorũ xij. cantonũ dixerit mandatũ Chriſti Hoc facite dumtaxat extẽdi ad ſumptionẽ facit diſputationis conditio & natura, ut ſciſciter ab eo, quum manere recuſet apud intellectũ catholicæ eccleſiæ, ut oſtendat ubi conſecratio huius uenerabilis ſacramẽti a Chriſto demãdata ſit. Illud namq; ſi q̃ſtendere nequeat in ſcripturis alicubi, ſtabitur intellectui eccleſiæ, & decidet uiolentatio huius uerbi, hoc facite. Quare adhuc reſponſionem ab eo peto, ſi in hoc uerbo

conſecrationem uult intellectam haberi, aut certe ubi conſe-
crationis mandatum ſit datum. Rationem inquam reddere
cuilibet petenti Petrus nobis mandat.

PRAEDICANS BERNEN.

QVod ad priuata negotia attinet perſonæ meæ cauſſa, ni-
hil ad doctorem Eckiũ, ſicut nec ad me pertinent ſua ne
gotia. Quod aũt uerbũ Chriſti concernit, Hoc faci-
te &c. Hodie oſtendi ex Paulo claris ſuis uerbis, quæ adhuc
manẽt immota. Quum aũt hoc diſputationis naturæ doctor
Eckius tribuit ad ſcrutandũ, in quibus uerbis cõſecratio fun-
data eſt, quæ præcipue ſuum primum articulum tangit, nihil
illa me grauabo iuxta tenorem, dictũ & reſponſionem com-
munium confœderatorꝶ mihi datam. Quod aũt Chriſtus in
ſacramẽto altaris offeratur, adhuc ex claris ſcripturis non in-
tellexi, maneo apud prius datam reſponſionem.

D. ECKIVS.

In Paulo prædicans non reperiet ſuam nouã gloſſam, hæc
ſcilicet uerba, Hoc facite &c. ad ſumptionẽ ſolũ indicare, il-
lud uerbulũ ſolũ non ibi ſtat. Ideoq; nõ recte loquit̃ quod nu
dus ſit Pauli textus, in quo caſu me ſubijcio uobis gratioſis
dñis meis nuntijs conſulũ xij. cantonũ, & quatuor præſiden-
tibus. Et quũ ſic ad intelligendũ præbet, quaſi ſciſcitatio mea
non eſſet ſcd'm naturã diſputationis, quare ergo fratres ſui in
Chriſto doctor Oecolampadius & Imeli ea lege & conditio-
ne contra me ſunt uſi, & ego illis reſpondi. Queſtio mea non
eſt contra mandatũ dñorꝶ meorꝶ nuntiorꝶ conſulũ, neq; pri-
mum articulũ præ manibus habeo. Sed quia ipſe uerba Chri
ſti, Hoc facite, declinare uoluit & uiolẽtare, quod ad miſſam
non indicent, ex eo nunc ſcire uellem, ſi ad conſecrationẽ in-
dicarent. Neq; credo dños meos Bernenſes, qui per dei gra-
tiam in unionem uere & recte fidie peruenerunt, ſibi hoc in
mandatis dediſſe contra diui Petri mandatũ. Quare dñe præ
dicans rationẽ ueſtræ ſpei & fidei reddite, is eñ optet debilẽ

fidem habeat, qui corã hac tam Chriſtiana & excellenti congregatione fidem ſuam profiteri nõ audet, ſi autem hoc non feceritis, decidet ſuper uos prædicans iuditium Dei. Qui male agit, odit lucem, & ad lucem non peruenit, ne arguantur opera eius, Iohan iij.

PRAEDICANS BERNEN.

SIcut me D. Eckius inducit horum uerborum ratione, Hoc facite &c. quod illa ſolũ ad ſumptionẽ ſeu manducationẽ extenderim, aliter apud notarios reperietur. Vltra uero quod inducit de D. Oecolampadio & Imeli, ſino ut ipſi ad hęc reſpondeant, quũ ambo hic ſint præſentes. Tertio inducit me uerba Chriſti inflectere & uiolentare uoluiſſe, ne ſupra miſſam indicent, id de me adhuc non audiuit. Et quũ me uerbis multis prĕmat interrogãdo, quo me a ſcđo articulo in primũ abducat, ſatis prius dixi, ipſe enim reſpondens eſt. Quũq; ſuper me iuditiũ dei inducit, q male agit ambulat ĩ tenebris, adhuc ipſe nõ oſtẽdit me in tenebris ambulare, doctrinæ namq; meæ ad deum ſpero, & ad ſuũ uerbũ ſufficientem dedi rationem.

D. ECKIVS.

Domini præceptores præſidẽtes, quia ſe prædicans remittit ad notarios, quod hæc uerba, Hoc facite &c. non ſolũ indicarit ad manducationẽ, rogo uerba notariorum uideri, & iterum Chriſtianæ congregationi manifeſtari. Et quoniam dñs meus prædicans mihi reſpondere nõ uult. Rogo uos nobilis fauorabilis & ſtrenue dñe Caſpar de Mülinen, uelit ueſtra ſtrenuitas dñis ueſtris & ſuperioribus hoc intimare, ut illo conſideret ſe a diuiſione nouorum prædicantiũ præcauere. In nomine dñi, quia ad meã quæſtionẽ reſpondere non uult, rogo eũ ſaltẽ reſpõdeat quale ſacrificiũ in antichriſti tempibus tribus annis cũ medio ceſſabit extra miſſam, quoniam de interiori ſacrificio & oblatione laudis hodie oſtẽſum eſt, quod ipſum nõ ceſſabit. Et qa hoc Daniel lucide & clare oſtẽdit, non ſunt neceſſariæ aliæ literæ noui teſtamenti, etiam fratre ſuo in Chriſto

Zwinglio

CONCLVSIO SECVNDA.

Zwinglio regulam præſcribente, quod in nouo teſtamento clarum non eſt, eatur in uetus. Nunc quia hæc prophetia ſufficienter iam audita in Euangelio & nouo teſtamẽto, a Chriſto confirmata ſit. Neq; illi prodeſt, quod ex Iohanne prædicans adportauit de antichriſto, nam quod ibi ueniſſe ſcribit, non de eius perſona eſt dictũ, ſed illius membris omnib⁹ hæreticis & cõtrarijs nobis Chriſtianis, quorũ caput eſt antichriſtus. Dicatis dñe prædicans breuiter quale ſacrificiũ ceſſabit medio quarto anno in uniuerſo orbe.

PRAEDICANS BERNEN.

QVia iterũ D. Eckius inducit Danielis prophetiã de iuge ſacrifitio, illud declarans nullũ aliud eſſe quam miſſam. Hodie pro hoc eius intellectu ſcripturas & declaratione ex nouo teſtamẽto poſtulaui, quũ iuxta eius propoſita miſſa ſacrificiũ eſſe debeat noui teſtamenti, eiuſmodi ſcripturas nondũ audiui, ſed oſtẽdi iuge ſacrifitiũ crucis & laudis ab oib⁹ Chriſtianis expoſci. Nũc aũt maior laus dei non eſt quã credere & amare, quũ ex corde diligi popoſcat, timeat, & in eum fidat, futurũ ut huic ſacrificio multa deerunt, ſicut Chriſtus docet Luc. xviij. Quũ uenerit filius hominis, etiã ne fidẽ in terra inueniet. Poſt hoc Matth. xxiiij. Chriſto de ultimis temporibus loquẽte, dicit ſuperabundaturã iniquitatẽ multorũ cum refrigeſcente charitate. Circa hæc oſtendit ceſſatio diuini cultus, & ſacrifitij laudis, quæ lex & prophetæ præcipiunt. His oſtẽdi primo mihi carere claras ſcripturas doctoris Eckij. Secundo ceſſationẽ recti & ueri cultus diuini, recti & ueri honoris Dei & laudis in ultimis temporibus.

D. ECKIVS.

Breuiter bene ſcit ex Chriſto antichriſti temporibus paucos probos futuros, erit & ceſſatio fidei & charitatis plus medio & tribus annis. Daniel clare & dilucide loquitur iuge ſacrificium ceſſare per annos tres cum medio, quod etiam tempus Iohannes meminit in nouo teſtamento. Ideoq; oportet

dñm

dñm prædicantem oſtendere, quale ſacrificiũ ceſſabit annis tribus cum medio, aut miſſam ſacrificium eſſe ſinet.

QVINTVS ARGVENS OECOLAMPADIVS.

PAter omnis miſericordiæ gratioſæ nos inducat, per ſpiritum filij ſui in omnem ueritatẽ, Amen. Secundus articulus doctoris Eckij, hoc uerborꝫ tenore cõprehenditur. Quæ (intelligo corpus & ſanguinẽ Chriſti) &c̃. Dñe doctor quia uos iactatis eccleſiæ Chriſtianæ, bene uobis notũ eſt, ſicut & Paulus ad Corinth. ſcribit, nos non habere conſuetudinem, neq; eccleſiã Dei, ut cõtendamus ſeu litigemus. Et ad Timo. ſcribit ſeruũ dñi nõ eſſe debere litigioſum, ſed manſuetũ, docibilem, qui etiã & malos ſufferre poſſit, & his diebus multa præceſſerunt, quæ intermiſſa melius fuiſſet. Peto quo poſſit eſſe magis pacifice, patienter a nobis ambobus rem geri, de primo articulo proteſtãs me in eo nolle cõprehẽdi, ſed is iam ſepoſitus ſit atq; finitus. Quęrẽs hic a D. Eckio, a quo offerri debeat corp⁹ & ſanguis Chriſti, a ſacerdote uel a Chriſto, aut ab eis oĩbus, ſed nullũ illorꝫ apud eum ſcripturis aptabitur.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Ad quæſtionem dñi doctoris quis in miſſa offerat. Reſpondeo ſacerdotes qui miſſas celebrant a tempore aſcenſionis dñi noſtri Iheſu Chriſti per uniuerſum orbem ſacrificarũt ſeu obtulerunt, ſicut miniſtri Chriſtianæ eccleſiæ, non excluſo uero offerendi magiſtro Iheſu Chriſto. Quanq; aũt nos in eccleſia in uera ſimus poſſeſſione, fere mille quingentis annis, ſic ut nulla probatione egeamus, propter ſuperabundantiã tamen, ut probi intelligant Chriſtiani etiã & ſcripturas pro nobis eſſe, pro ſacerdotibus induco textũ Malach. iij. ubi de aduentu Chriſti loquit̃ & ſequit̃. Et ſedebit conflans & emundans argentũ, & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurũ, & q̃ſi argentũ,

& erunt dño offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit dño ſacrificiũ Iuda, & Iheruſalem ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui. Hic clarũ eſt & lucidũ Chriſtũ in nouo teſtamento ſacerdotes purgaſſe ut offerant. Quare eccleſia ex ſpiritu ſancto edocta aliqua hoꝝ uerboꝝ in canonem immiſcuit.

OECOLAMPADIVS.

TRia quæſiui a D. Eckio, primũ nondũ mihi admiſit, totam ſcilicet Chriſtianã cõmunitatẽ talem oblationẽ facere, fortaſſe poſt non negaturus. Namq; bonæ ſum ſpei cõmunes bonos probos Chriſtianos propter eoꝝ fidem & donatã dominicæ paſſionis memoriã, huius rei cauſſa non leuiores reputari, excepto tamen ordine in ceremoniarũ porrectiõe, quod non cuiq; incumbit ad Galat. v. ſed uos omes unũ eſtis in Chriſto Iheſu, quare in tam ſublimi dignitate, nõ inuenio alios quoſq; Chriſtianos excludendos, hæc iam demitto. Reſpondit tamen ſacerdotũ eſſe munus, ſed adhuc nõ probauit literis nouæ legis, in qua hoc ſacrificiũ inſtitutũ eſſe dicit, ſed probare tentauit ex propheta Malachia, ſed ſuæ cauſſæ non deſeruit. Iuxtaq; Chriſtum recognouit ut ſupremũ offerẽdi magiſtrũ, quod uerbũ neq; ego ſufficiẽter intellexi, ſi de unico loquatur ſacrificio, ſemel in cruce perfecto, aut certe ſi uel Chriſtus quotidie adhuc ſe met offerat, ſacerdotũ ratiõe cauſſam oſtẽdit impoſſibilem. Omnis eñ ſacrificans altior eſt & ſublimior illo quod ab eo offert̃, nunc ſi corpus & ſanguinẽ Chriſti offerrent, ſublimiores reputarent̃ oblationis cauſſa, quã corpus & ſanguis Chriſti, quæ utiq; a deitate non ſunt ſegregata, quod nimiũ eſſet etiam cogitare. Quod uero ait hoc fieri in repreſentando, hoc nihil aliud eſſet quã rememorari, in quo (credo) nemo ſibi aduerſabit̃, hic namq; propter uerba congregati non ſumus. At eiuſmodi rememoratio eã uim non habet, ut uiuis mortuiſq; proſit, quum illa per Chriſtum ſint cõpleta & expedita. Vltra dictũ Malachiæ pro me eſt recte uiſum intellectumq;. In fine namq; ut inducit̃, ſicut dies

ſeculi & anni antiqui. Hæc uerba tm̄ important, quod Aeronicū ſacerdotiū & legale ſacrificiū finē ſunt habitura, & ſacerdotiū Melchiçedeq, quod multo eſt antiquius, iterū incipi debeat, & firmari debet fœdus Leui, hic neceſſe erit cognoſcere fœdus Leui, & qui ueri ſint filij Leui, ſicut clare in ij. ca. ante hac oſtenditur, ubi de ceremonijs deus loquit̄, dicens. Ecce ego proijciā uobis brachiū, & diſpergā ſuper uultū ueſtrum ſtercus ſolemnitatū ueſtrarū, & aſſumet uos ſecum. Et ſcietis quia miſi ad uos mandatū iſtud, ut eſſet pactū meū cum Leui, dicit dn̄s exercituū. Pactum meum fuit cum eo uitæ & pacis, & dedi ei timorem & timuit me, & a facie nominis mei pauebat. Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius, in pace & æquitate ambulauit mecū, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore eius. Hic reperimus ſacerdotes coram deo, de quo poſtea dicetur ſecundū doctoris Eckij inductionē, quod oblaturi ſint ſacrificia, in iuſtitia non eſſe cōmunem turmam iam nominatorꝝ ſacerdotū, quorꝝ aliqui non multum diuinæ legis obliti ſunt, exteriori unctione contenti, & ueſtibus ac aliquibus præculis, quæ om̄ia apud prophetam, ubi deeſt ſcientia Dei, ſtercus nominat̄. Quare hic neceſſe erit clarius ſacrificium inducere, & ſpeciale ſacerdotium iuxta hoc, nam hæc ſcriptura omnibus Chriſtofidelibus dicta eſt, ſicut accipi poteſt ex prima epiſtola Petri, quæ proculdubio omnibus Chriſtofidelibus ſcripta eſt, & Chriſtiani eo loco nominantur electū genus, & regale ſacerdotiū gens ſancta &c. Vltimo ratione ſupremi magiſtri offerēdi ſcilicet Chriſti. Reſpondeo ſicut Paulus ad Hebr. viij. Si adhuc ſupra terram eſſet, net ipſe ſacerdos eſſet. Et ſicut ix. cap. habetur, nulla eget repreſentatione, dicit met eum cœlum ingreſſum, quod ibi appareat conſpectui Dei pro nobis, ſicut & in epiſtola Iohan. ij. dicit̄, noſter eſt aduocatus. In ſumma dictū per dn̄m Berchtoldū inductū firmū ſtat atqꝫ immotum.

D. Eckius

CONCLVSIO SECVNDA.

D. ECKIVS.

Nos Chriſtiani qui in poſſeſſione ſumus miſſæ, æſtimabamus doctorem quum miſſæ ſacrificiũ conatur anihilare, ſcripturis hoc facere deberet, & tamen nullas nouas adportauit contra miſſæ ſacrificiũ dumtaxat ſe fundauit ſupra Pauli uerba, per prædicantem Bernenſem inducta. Quis aũt eis crederet contra claras ſcripturas cum eorꝫ nouo teſtamento, miſſa equidem, quum a poſt Chriſti aſcenſionem ſemper pro ſacrificio eſt habita, etiam & ſancti martires, qui pro Chriſto ſanguinem ſuum fuderunt, miſſa ſic uſi ſunt, ſed & om̃es diuini doctores, & oẽs ſancti dilecti, ſicut ſanctus Dionifius, Ignatius, Cyprianus, martyres ſancti, Athanaſius, Baſilius, Chriſoſtomus, Ambroſius, Iheronym⁹, Auguſtin⁹, & in cõmuni oẽs ſancti doctores, ſæpe atqꝫ ſæpe ſacrificiũ in miſſa cõfirmarunt. Quis iã inter uos crediturus eſſet ſanctos patres & martyres tot centenis annis epiſtolã ad Heb. non intellexiſſe, ſed potius credere debemus ſanctos ſpiritu ſancto repletos, & in Chriſtiana ſancta eorꝫ uita nos rectũ & uerũ intellectũ uerborꝫ Pauli docuiſſe. Ideoqꝫ & uerba Pauli contra miſſam inefficacia ſunt, queãdmodũ ſimplicib⁹ libẽter inculcarẽt. Breuitatis cauſſa mihi imponit me nõ declaraſſe, ſi etiã cõmunis eccleſia offerat. Reſpõdeo uerba mea eſſe clara, ſacerdotẽ ut eccleſię miniſtrũ offerre, ibi plane intelligit me uelle cõmunẽ & catholicã eccleſiã offerre, quod & clare in canone reperit. Ad dictũ meũ Malachiæ indicat, quaſi nihil uel parũ ualeat, & quod ex nouo teſtamẽto unũ ei adducã, dico dñe doctor, nũ nõ & ſinetis uetus teſtamẽtum etiã ſcripturas eſſe, dñs tñ Ihesus ſcripturas eſſe pmiſit. Præceptũ mihi eſt ſcripturis rem agere, dñi mei gratioſi ad nouũ teſtamentũ me nõ adegerũt. Ipſe aũt hodie ſi ob reuerẽtiã uenerabilis ſacramẽti in eccleſia fuiſſet in cõtione audiuiſſet miſſam ſacerdotibus demandatã p uerba Lucæ xxij. Hoc facite in meã cõmemorationẽ, ſicut heri cõſecrare, offerre, & mãducare. Contra me argumentũ

facit ſine literis ſacris. Qui offert neceſſe eſt ut melior ſit illo quod offert, ubi hic ſunt ſcripturæ pro primo. Secundo ſi uerum eſſet, tūc Chriſtus in cruce ſe non obtuliſſet, non eñ eſt melior ſeipſo, & Abraham non melior Iſaac. Etiamq; ſi dictū eius uerū eſſet, neceſſe eſſet intelligi de uero offerendi magiſtro, ſacerdos enim ſolū miniſter eſt. Conſequēter quod noſit miſſæ ſacrificiū ut primi ſacrificij repreſentationē prodeſſe mortuis illius nobis ſcripturas adportet. Auguſtinus eñ ante annos centū & mille oſtēdit totius eccleſiæ uſum. Dictum meū Malachiæ ait pro ſe eſſe, hoc mihi rarū eſſet negotiū, per illa enim uerba & ipſe admittit prophetā indicaſſe ut legis ceſſaret ſacerdotiū, & reuerti debeat ſacerdotiū Melchiçedecis, hoc nos acceptamus, rogamuſq; ut nos tales ſinat ſacerdotes manere, talis inq; ſacerdos Chriſtus dñs fuit, ob quā rē neq; plus petimus, quam ut nos ſinat Chriſtianos eſſe ſacerdotes. Audite quid Dauid loquať Pſal. cix. Iurauit dñs & non penitebit eū, tu es ſacerdos in æternū ſcd'm ordinē Melchiçedec, & ex doctoris uerbis pſalmiſtæ additis, quilibet probus Chriſtianus facile intelliget fundamentū noſtri ſancti ſacrifitij in miſſa, nemo enim oſtendere poteſt Melchiçedec aliter obtuliſſe, quā pane & uino. Quūq; dilectus dñs noſter Chriſtus ſacerdotiū Melchiçedec renouarit in formā meliorem, ideo offert uenerabile ſacramentum ſub ſpeciebus panis & uini. Quia tamen ultra Malachiā inducit tedioſe cap. ij. nihil contra nos eſt, ſed magis confirmat qualiter Deus ſtatū ſacerdotalem ad ſeruiendū ſibi delegerit, quod uero aliquos ſacerdotum abuſus pungit, extra continentiā eſt concluſionis meæ. Et quod ex omnibus uelit facere ſacerdotes, nihil meam concluſionem tangit ipſe, quia miſſæ ſacrificiū abnegat, cōtra illud ſcripturas inducere debet, ea tamen conditione, ne quis ſimpliciū ſcandaliſeť. Petrus enim quando de Chriſtianis loquitur, quod regale ſint ſacerdotium, internū intellexit & in ſpiritu, ſicut & omēs Iudæi ueteris teſtamēti, ſed præter illud

oportet

oportet eſſe externũ quoddã ſacerdotiũ, ſicut & in ueteri lege erat, in genere Leui. Attendite pauperẽ beſtias paſcentẽ, qualis eſt ſacerdos talis eſt & rex, quorꝫ tamen regũ multi uadunt mendicatũ. Ideoqꝫ dictũ Malachiæ iij. capite inductum una cum poſſeſſione, in qua eſt Chriſtiana eccleſia, potenter probant ſacrificiũ ſanctæ miſſæ. Quare uos probi Chriſtiani non uos ſinatis ab hoc ſancto & prætioſo ſacrificio per nouiter intellectã doctrinã abducere ulla uia. Hoc namqꝫ miſſæ ſacrificiũ tam eſt clarum & lucidũ per ſcripturas manifeſtatũ, ſicut heri duo & hodie duo dicta induxi, quod etiam eccleſiæ aduerſarij (hæreticos uolo) in plærıſqꝫ locis hoc non negant, ſicut Bohemi ſciſmatici, & qui etiã longius ab eccleſia diſtant Picarditæ. Si quis aũt nondũ ad ſatietatẽ quietaretẽ, ſcripturis adhuc clarius idem propheta Malachias illud oſtẽdit, qui inter eos ultimus fuit, & certos articulos noſtrę ſanctæ fidei per ſpiritũ ſanctũ manifeſtauit ita dicẽs. In abiectione ſacrificiorꝫ Iudæorꝫ, & acceptatione Chriſtianorꝫ ſacrificiorꝫ. Non eſt mihi (inquit) uoluntas in uobis, dicit dn̄s exercituũ, & munus non ſuſcipiã de manu ueſtra, ab ortu eñ ſolis uſqꝫ ad occaſum, magnũ eſt nomen meũ in gentibus, & in omni loco ſacrificatẽ, & offertẽ nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meũ in gentibus. Hoc dictũ ſemper eccleſia cõtra Iudæos induxit, pro noſtro Chriſtiano ſacrificio, ſicut diuus Auguſtinus, Alphonſus, Samuel, Paulus Burgenſis, & alij oſtendunt, ſi igitẽ hoc dictũ iam ferme mille quingentis annis cõtra Iudæos fuit efficax, quare inefficax eſſet aduerſus illos qui nobiſcũ in ſancta eccleſia fidẽ ſuſceperunt. Quũqꝫ eccleſia ſit in poſſeſſiõe, oẽſqꝫ Chriſtiani ante nos hoc crediderũt, & ſcripta hoc clare docẽt, celebraritqꝫ diuus Iacobus apoſtolus miſſam, ſtat mea cõcluſio uerbo dei illæſa in perpetuum.

D. OECOLAMPADIVS.

GRatia & pax a dñ̄o noſtro Iheſu Chriſto omnibus nobis concedantẽ, Amen. Ad meam heſternã reſponſionem

doctor Eckius iterum induxit ſuam longi temporis poſſeſſionem, ſed nos hic congregati ſumus in libro terræ noui & antiqui teſtamenti, ad inueſtigandum ſi ſe poſſit poſſeſſionis ia ctitare, & ne cauſſa prolongetur, unū ab doctore Eckio peto, quatenus iuxta conſuetudinem omnium doctorū Theologorum admittat, quod in ſacris literis locus ab auctoritate negatiue &c. Hoc eſt, ſi quid in ſcripturis fundatum non ſit, acceptari non debeat. Ideoq; fruſtra contra nos clamauit in prima, ſed & in iſta concluſione, Affirmatiua tamen oſtendi debet eſſe efficax & uera.

D. ECKIVS.

In nomine tuo domine Iheſu Chriſte, Amen. Cauſſa petitæ poſſeſſionis dicit doctor Oecolampadius peruideri debere librum terræ nouum & uetus teſtamentum ita dico, ſed ſicut frater eius in Chriſto Zwinglius ſcribit ad Valentinum Kumber de Vrania, antiquiores uiros terræ melius & perfectius cognoſcere terræ librum quam moderniores, ſic & heri antiquos doctores induximus, quod terræ librum & epiſtolam Pauli ad Hebræos melius norint quā Lutherus, prædicans Berneñ. & doctor &c. Quumq; iugiter expecto, quibus ſcripturis ſacrificium miſſæ impugnetur, quærit ſi locus ab auctoritate negatiue &c. hoc eſt, quum aliquid in ſcripturis non reperitur, etiam ualeat reſponſionem petens. Dico quicquid me docet eccleſia, iubetq;, hoc ego credo, ſiue ſcriptum ſit ſiue non, ſicut eſt perpetua Mariæ uirginitas dies dominica præcepta, quæ in ſcripturis ferianda non inuenitur. Si aūt doctor Oecolampadius mihi credere recuſaret, Zwinglio ſaltem credat de rebaptiſatione, contra doctorem Balthaſarum, rebaptiſatores enim ſuum fundamentū in hoc locarunt, quod puerulos baptiſare in ſcripturis non ſit præceptum. Domine doctor finite queſo peregrina decedere, & contra miſſam ſcripturas aportate.

Oecolam

CONCLVSIO SECVNDA.
D. OECOLAMPADIVS.

CAuſſa libri poſſeſſionis terræ, huic maior fides habetur, qui ſcripturas cum ſcripturis melius comparat, ſiue iuuenis ſit ſiue ſenex. Secundo eccleſia audit uocem paſtoris, necꝫ certa eſt fides ubi ſe quis non fundat in uerbo Dei in epiſtola ad Ro. iiij. ubi Paulus ait, Abraham credidit Deo & reputatum eſt illi ad iuſtitiã, in quo diſcimus propoſitã Theologorꝫ regulã. Attamen ad circumitus uitandos, decidere patiar. Ad hæc dico nos probaſſe noſtra ſcripturis, & ipſe ex toto nihil. Reſpiciant uerba quid ſignificat unicum ſacrificiũ, quid ſignificat ſemel, quid ſignificat conſumauit, quid ſignificat iam ſanctificatos. Item ubi eſt peccatorꝫ remiſſio, ibi nullum eſt magis ſacrificiũ pro peccatis Hebr. x. Aut Chriſti ſacrificium non eſt perfectũ ſeu conſumatũ ad remouenda peccata, aut ſi eſt perfectũ, nihil tunc facit noſtrorꝫ ſacerdotũ ſacrificium ad peccata remouenda. Poſſeſſionis ratione etiam non eſt tam certa cauſſa, ſicut illam doctor Eckius proponit, hoc ei tamen libenter ſum admiſſurus, rememorationẽ paſſionis Chriſti Iheſu, nominatum eſſe ſacrificiũ, ſicut & antiqui doctores nominarunt, ſed hoc eſt gratiarũ actionis ſacrificiũ pro iam accepto munere. Etſi iuxta hoc, quũ hoc modo ſunt grati, etiam diuinæ gratiæ augeantur. Volumus hic poſſeſſionem contemplari, ſicut fuit ab initio, eatur ad dominicã cœnam, ibi eñ diſcit quid datũ ſit, quidue non datũ. Certũ eſt cum tpe multa miſſæ fuiſſe addita, quæ ad uerã poſſeſſionem non pertinent, ſicut a Chriſto inſtituta eſt. Scit nempe quid Pontifices addiderint in ſequẽtibus annis, Introitum, Kirieeleiſon, Alleluia, Credo, Præfationẽ, & in Canone hinc & inde, quæ tamen ideo nõ ex toto uolo reieciſſe, ubi ad emendationem deſeruirent, ego taceo de alijs rebus exterioribus, ante annos quadringentos non media pars fuit ſacerdotum, ſicut iam in plærisꝙ ciuitatibus epiſcopaliter reſident, ſicut etiã in Neoceſarienſi concilio decretũ eſt, cõtenti quandoꝙ

fuere

fuere ſeptem habere perſonas in uno monaſterio, ſicut in Pa leſtina & Aegypto, fuerũt nihilominus contenti duobus aut tribus ſacerdotibus, iam aũt omnis res euerſa eſt. Huius etiã teſtimoniũ præbet, quod in cathedralib⁹ eccleſijs ex antiquo canonici nouerunt ſe ad miſſas dicẽdas non obligatos. Vica‑ rij namq́ longo poſt tempore fundati ſunt, iam ubi miſſa in tanto eſſet ualore, tantaq́ poſſeſſione, fuiſſent noſtri maio‑ res ualde infidi erga ſuos amicos. Quare poſſeſſio ut incerta hic nobis obeſſe nõ debet per Pauli uerbũ tã efficaciter oſten ſum, a quo ex magnis cauſſis nobis abire nõ licet. Vltra dicta a D. Eckio inducta, ex toto ſuo propoſito non deſeruiũt, ut cum inflectere uult hoc uerbũ, Hoc facite in meã cõmemora tionem, quod Paulus, ut ſibi eſt dictũ, ſufficiẽter declarauit. Etiam dicta ueteris legis ex ſe tenebroſa, per dictũ noui teſta menti clarum exponi deberent, quod nondũ factũ eſt, & ſibi eiuſmodi dicta ſufficiẽter fuerunt ſoluta, uſq́ ad primũ dictũ Malachiæ cap. i. Ad quod & ego poſtea reſponſurus ſum, re iecit, ſed abſq́ cauſſa unum argumentũ, ubi dixi, Omnem of‑ ferentem maiorem eſſe illo quod offertur, petijtq́ illud ſcri‑ pturis probari, quum luce clarius ſit, oporteret & tandem il‑ li probare, decem, quinq́ plura eſſe, in ſeipſo compertum habetur, qui aliquid eleuat & adducit, plus eſt eo quod addu citur uel offertur, plus inquam ſacerdos eſt ueteris legis oue, quam offert in ueteri lege. Sue de Chriſto exceptiones con‑ tra me non ſunt, ipſe enim duas habuit naturas, & corpus ſu‑ um ſiue humana natura, oblata per ſanctum ſuum ſpiritum, uel deitatem minus eſt. Sicut & Yſaac, ut filius minus eſt Ab‑ raham patre ſuo. Poſtea hoc ſuam cauſſam facit deteriorem, quod dicit ſacerdotẽ ut miniſtrũ eccleſiæ offerre, quanto enĩ inferior miniſter eſt, tanto minus reputabitͬ hoc quod offer‑ tur. De Malachia poſt ſum reſponſurus.

D. ECKIVS.

Domini præceptores ad heſternã & hodiernã monitionẽ ſecundum

ſecundum iuſſionē ueſtrā ſufficienter intelligitis nullas cōtra miſſam ſcripturas præ manibus eſſe, quā ut adhuc hæreat in uerbis Pauli, tam multipliciter reſpondēdo ſolutis. Dicit ut etiā & hoc aliqd eſſe ſinā, quod ei uetulus quidā & piger canonicus dixerat, non ſcilicet obligari eos ad miſſas legendas. Si collegiatæ ſeu cathedrales eccleſiæ monaſteria manſiſſent, ſicut adhuc maior pars in Anglia manet, bene ad hoc prior eſſet ut miſſas legerent. Sed ut breuib⁹ ſua uerba percurrā, profecto nouerunt & antiqui ſcripturas concordare. Quod aūt Abraham deo credidit, nihil probat nos eccleſiæ credere non debere. Eccleſiæ credo, quod & oēs probi Chriſtiani facere debēt. Dicit me nihil probaſſe, quū Danielis prophetia de iuge ſacrifitio adhuc manet non ſoluta. Iterū cum Paulo redit, quem prædicās Berneñ. attulerat ſemel oblatus &c. Auditū eſt quō illud de mortali oblatione in cruce intelligat, quod ſemel factū eſt. Ipſi uero oēs in Paulo nō inueniēt, neq; in ullis alijs ſcripturis, Chriſtū ſacramētaliter nō ſæpe offerri, Lutheranum inducit argumentū. Si in miſſa etiā Chriſtus offerret, crucis oblatio tūc ſufficiēs non eſſet, quū tamen Paulus dicat conſumauit &c. ſanctificatos &c. Reſpondeo uerū eſſe mortale ſacrificiū Chriſti eſſe ſufficientiſſimū cōſumatiſſimū in ſe ipſo, ſed per ſacramēta & bona opera eiuſdē ſacrificij & meriti erimus participes, ſicut quū quis ægrotat, q̄uis ſufficiēs eſt medicina apotecaria, eum nihilominus non iuuat, niſi eiuſdē ſiat particeps. Et hoc ut uerū ſit illud probo. Quāuis eñ Chriſti ſacrificiū ſufficiens ſit & ſanctificat, adhuc tñ puer ille non eſt ſanctus niſi baptiſet, per quod meritū Chriſti ſibi comunicatur. Et ſicut met Lutherani aiūt. Etſi Chriſtus pro peccatis oīm ſatisfecit hominū, oportet nihilominus iuxta eorū opinionem, ut ſe homo participē faciat per fidem. Sic & nos hic dicimus quod per miſſæ ſacrificiū, ſicut & per alia ſacramenta nos participes facimus paſſionis & oblationis in cruce exhibitis. Preterea quaſi hac forma arguat. Miſſa rememoratio eſt

oblationis, ideoq; & non eſt oblatio. Dico non eſſe nudã re-
memorationẽ ſicut depingit uel in ſpectaculo præſentat, uel
ſicut die paraſceues prædicat, ſed cũ hoc ſacramentale eſt ſa-
crificiũ, oblatio munda, ſicut dicit Malachias, & iuge ſacrifi-
cium, ſicut dicit Daniel. Quare dñs meus doctor ſanctos do
ctores & martyres, non ita uiolẽter inflectere deberet in ſuã
partem cõtra eorꝫ clara & expreſſa uerba, inducit Pontifices
multa miſſæ adiunxiſſe, Introitũ &c. Dñe doctor hæ ueſtræ
ſunt literæ, quibus miſſam expugnando euertitis, quod pro-
bi patres ad hominũ deuotionẽ augendã, & ad laudẽ dei ali-
quid addiderũt, quis hoc increpare poteſt, quũ etiã & Luthe
rus cum ſua nihili miſſa his reb⁹ carere nequeat. Vltra ſcriptu
rarum loco ſacerdotes libenter redderet odioſos laicis, quod
plus ſatis ſint eorꝫ, quũ tñ heſterno die adhuc plures ipſe fece
rat, qñ oẽs ruſticos Herciniæ ſyluæ in ſacerdotes cõſecrarat.
Nihil hic ad cauſſam iſta deſeruiunt, ſed unicũ dicturus ſum,
quod in monaſterio ſancti Galli antiqtus plures fuerunt mo
nachi, quã nunc ſint preſbyteri in quarta parte omĩs ditionis
confœderatorꝫ. Tandẽ ad mea uerba deflectit, uolens dñm
Chriſtũ per hoc uerbum, Hoc facite, non præcepiſſe offerre
quippe quod Paulus declararit. Reſpondeo ei Paulũ expoſu
iſſe ad Corinth. rememorationẽ quæ ſtat in nuntiatione mor
tis Chriſti. Quod aũt in hiſce uerbis clare oſtendat miſſæ ſa-
crificiũ, ex eo liquet & notũ eſt, Euãgeliſtæ nãq; lucide oſten
dunt, quõ finitus ſit agnus paſcalis ueteris legis, & inſtitutus
agnus paſcalis eccleſiæ, neceſſe eñ, inquit textus, erat occidi
paſca. Nunc aũt ſcriptura habet Exo. xij. agnũ paſcalẽ primũ
offerri, & poſt hoc manducari, queadmodũ die dñico cũ uer
bulo zebah obtentũ eſt. Quũq; Chriſtus, q uerus eſt agnus
paſcalis, ſicut dicit Paulus, poſt uetus nouũ inſtituerat, dixit.
Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Quid igit aliud illis man-
dauit, quã ut illud nouo facerent agno paſcali, quod antiqui
ores feciſſent in ueteri, id eſt, offerrẽt & ederent, ſicut etiam
procul

procul dubio dñs ſcd'm ordinē Melchiſedecq illic fecerat. Et propter ſuperabundantiā oſtēdo ſcripturis hoc uerbulū facere etiā pro offerre accipi poſſe, Leuit. xxiij. Facietiſq; & hircum, ubi hoc uerbulū Hebraice, Chaldaice, Græce & latine æque ſonās. Et quū Poetæ tam libēter nouā fidē amplectant etiā in optima latinitate reperiēt hoc uerbulū facite, ꝓ offerre accipi, Vergilio dicente. Cum faciā uitula, pro frugibus ipſe uenito. Quod aūt huiuſmodi intellectus ab Apoſtolis fuerit acceptatus, teſtat Lucas in Actis xij. Apoſtoloꝝ xiij. cap. Ieiunantib⁹ Chriſtianis & offerētib⁹, uel miſſam celebrantib⁹, dxit ſpiritus ſanctus &c̄. Lucas em̄ Græce ſcribens, liturgundon dicit, & cognitū eſt per om̄es terras Græciæ uſq; in præſentē diē miſſa ab eis nominat̄ liturgia tis piſteos, ſicut & ego eoꝝ græcā miſſam habeo ſcriptā, Græciq; mihi eoꝝ ceremonias oſtēderunt. Iterū abſq; literis in harenā doctor deportat ſuū Sophiſticū argumentū, offerentē eſſe meliorē illo quod offert̄, & quū nullas habeat ſcripturas, libēter mihi perſuaderet, qui rem aliquā leuat & adportat, meliorē eſſe eo qd' portatur, hoc pulchrū eſſet, tūc Maria puerulū in templū portās, melior fuiſſet dño Iheſu, Luc. ij. etiā & aſinus qui eū in Aegyptum detulit, melior eſſet ambobus, aut certe diabolus qui accepto dño, eum duxit in montē excelſum. Meā exceptionem libenter ſolueret ſi ſciret, cū Chriſto ratione duplicis naturæ breuiter dico, quū Eſaias dicit, Oblatus eſt quia uoluit, non ſolū uoluit diuina uoluntate, ſed & humana, qua ſe ſcd'm rationem conformē fecit uoluntati diuinæ, ſicut met ipſe apud Iohannē dicit, quod faciat ſicut a patre ſibi fuerat demādatū. Libēter uerbis exciperet etiā cum Abraham, quia Iſaac ut filius minus erat. Dico quis hoc ignorat, patrē plus eſſe filio in patria poteſtate, & tamen nihilominus in naturali ſubſtantia pater nō melior eſt filio, quū æqualiter ſint homines. Ideoq; dilecte dñe doctor, quum tam probarim clare, ſicut ſol in die adparet uerba Pauli non impugnare miſſam, ſicut Bernenſis

prædicans induxerat. Igiẽ peto ut ſcd'm gratioſorꝝ dñorꝝ noſtrorꝝ mandatũ ſcripturas inducatis cõtra miſſam, quas ſi nõ adportabitis, neq́ ego reſpõdebo uobis, ſicut ei q in harenã dimicaturus non eſt diſpoſitus. At ſi dumtaxat manere uolueritis erga prædicãtis Berneñ. inductionẽ, in nomine dñi, circa ſua inducta ego concluſi, poteſtis & uos ibi permanere.

D. OECOLAMPADIVS.

QVum D. Eckij dicta ſoluenẽ, adhuc perſtat dictũ ad Hebræos, ſuper quo non heremus proterue, ſed cũ timore dñi inducimus. De iuge ſacrificio Danielis iuxta primas literas cõpletũ eſt ſub Machabæis, qñ Antiochus tantã perſecutionẽ prius ſuſcitauerat, q Antiochus figura erat antichriſti, ſicut & iuge ſacrificiũ apud Iudæos figura erat ſpiritualis ſacrificij, de quo ibi mẽtio facta eſt, quod in paruo fideliũ numero ceſſare reputabiẽ, ſed eſt obnubilatũ dictũ. Ad ſcd'm ubi dixi ſacrifitiũ ſiue meritũ Chriſti nõ eſſent ſufficiẽtia mihi reſpondẽdo ſic obuius uenit, quod ſcilicet nos oporteat participes facere per ſacramẽta & opera, formoſum exemplũ ducens de bonis ſpecieb⁹ ex apotheca. Dico nos participes fieri debere per fidẽ, in eiuſcemodi merito, quæ in nobis potẽs eſt ut opera adferat, ſed in miſſa cõteſtamur nos habere talẽ fidẽ, qui eñ abſq́ tali fide ſacramẽta percipet, iudiciũ ſibi manducaret & biberet, ſicut Paulus dicit. Neq́ nos dicimus talẽ nudam memoriã paſſionis Chriſti in cœna dñi eſſe, uel in Chriſtiana miſſa, ſicut in aliquo paſcali ſpectaculo. Dñs inq́ met per ſuã inſtitutionẽ & uſum mãdauit, quod in paſcalib⁹ non eſt factũ ſpectaculis uel imaginibus, non parui æſtimabimus quæ nobis dñs tã ſerio præcepit. Vltra huius dicti cauſſa, hoc facite in meã cõmemorationẽ, hoc Paulus clare expoſuit, & uerbula facite in meã cõmemorationẽ, ſimul pertinẽt uel colligant, quũq́ hoc uerbulũ facere oblationẽ ſignificare debet, oporteret adhuc aliud uerbũ adiũgi, ſicut ſtat Leuit. xxiij. ibi adhuc unũ habeẽ uerbũ, adponiẽ ſic ſonans, facietis hircum

lehato

ſchato, hoc eſt oblationẽ pro peccato, & non tam ponit̃ ſolũ & nude. Neq; ſcd'a exceptio ꝓbata eſt, ubi fatet̃ euangeliſtas dicere de fine agni paſcalis quondã oblati, ideoq; & oportet ſacramentũ offerri. Iuxtaq; dicit, hoc ſe die dñico obtinuiſſe ſeu deuiciſſe, quod in notatis reperiet̃. Dico Chriſtũ in cruce dixiſſe cõſumatũ eſt, ut inde figura ceſſaret, cõpleuitq; Chriſtus figurã in cruce, & non in ſacramẽto, ideoq; & ipſe in cruce etiã oblatio fuit. Circa hoc etiã uerũ eſt eſum agni paſcalis, ob memoriã Iudæis mandatũ eſſe, quo in gratiarũ actione recordarent̃ liberationis eoꝝ a Pharaone Aegyptioꝝ rege, ſicut & nos circa ſacramẽta deo gratias agere debemus, quod a diabolo liberati ſumus, peccato & morte, per mortem Iheſu Chriſti. Quod aũt Melchiçedeq inducit etiã hoꝝ ſacramentoꝝ figurã eſſe eo credẽs ſacrificiũ probare, bene quidẽ uerũ eſt, Melchiçedeq Abrahe panẽ & uinũ ꝓtuliſſe, dum a cede reuerteret̃, deuictis hoſtib⁹, ob id tamen non dicit̃ obtuliſſe, nouit bene D. Eckius quõ in hebræo habet̃. At in illo ſacerdos erat adportans Chriſtianã oblationẽ, dũ deũ laudabat & dixit. Benedictus Abraham deo excelſo, qui creauit cœlũ & terram. Vltimo exportat græcũ uerbulũ ex Actis apoſtoloꝝ cap. xiij. liturgundon, quod uult ſacrificio deſeruire, quũ illud antiqua translatio nõ ita exponat. Tum quod huius uerbuli uirtus nihil cogat, ſed ſignificat diligẽter inſeruire, ſicut & ad Ro. xiij. ſecularis poteſtas nominatur, liturgi ton quod eſt frequenter ſiue diligẽter deo ſeruire. Ad Philip. ij. ca. ſtat hoc uerbũ liturgia tis piſteos, hoc eſt iuge dei ſeruitiũ fidei ueſtræ. Etiã ad Ro. xv. inuenit̃, quare neq; hic apte loquit̃. Itẽ argumẽti ratione ex parte offerẽtis, nunq; ad ſophiſticandũ me diligentẽ adhibui, nec ibi apud æquũ lectorẽ reperiet̃, oĩs ſermo ponderãdus eſt, prout inducit̃. Nemo eñ negat Chriſtum nobiliorẽ Maria, quæ Chriſtũ geſtauit. Hoc aũt ſequit̃ corpus uirginis Mariæ fortius & aptius fuiſſe quã nobile corpuſculũ Chriſti Iheſu, quod tunc ſua diuina uirtus oſtendere

noluit. Sic & aſinus cũ ſua fortitudine, debilitatí corp̃is Chriſti, ut fortior deſeruire debuit. Ad calcẽ uero quod de oblatione Chriſti Iheſu dicit, quod etiã hũana uoluntas ſuã carnem obtulerit, nõ cõtradico, & ad hoc ſequit̃ deitatẽ & animã nobiliorẽ eſſe corpore. Hic iam notũ eſt me nullis uti ſophiſmatibus. Ad prophetiã reſpondendo ad dicta prophetiæ Malachiæ ibi iij.cap. habet̃, adhuc meũ heſternũ dictũ quod extendatur ad oblatiões iuſtitiæ, omẽs tenere iubemur pro magna ueneratiõe hoc ſacerdotiũ, etiã ſi iuxta mendicaremus, a deo eñ hic eſt, ſoliſq; dei filijs concedit̃, exterius uero miniſteriũ ceremoniarũ ſacerdotij, ſæpe etiã reperit̃ apud damnatos homines, uel apud filios iræ, quod iterũ non eã ob cauſſam loq̃r ut ſacerdotes reddã odioſos, alioqui in eodẽ ſpiritus ſanctus ueniret inculpãdus, qui etiã multa eiuſcemodi dicta in ſacris literis dedit non neceſſario dicẽda. Et quod de Melchiçedeq illic dixerã, petit doctor ut eos eſſe ſinã ſacerdotes Melchiçedeq, hoc illis ex corde optarim, ut uerũ Melchiçedeq Iheſum Chriſtũ imitent̃, qui nõ ex tribu Leui naſci uoluit, & nihil illis in ceremonijs a Chriſto mandatis peribit, ſi dei uerbũ eos alia doceret, & ego quoq; laudarẽ illa. Deuenio ad dictũ Malachiæ i.cap. ubi dicit̃ quod in omĩ loco offerret̃ oblatio munda, & hoc dictũ per Paulũ expono ad Ro. xv. quũ dicit quod miniſter Chriſti eſſe debeat inter gentes ad offerendũ Euangeliũ dei, ut & ipſi gentes oblatio fiãt deo accepta ſanctificati per ſpiritũ ſanctum. Hæc uera eſt oblatio quã ſacerdotes deo offerre debẽt, ſi ueri fuerint ſacerdotes, ut hoĩes beſtialiter uiuentes, & ſimiles brutis & irrationabilib⁹ animalib⁹ per ſaluſiferũ dei uerbũ ad deũ ducãt, ut oẽs incẽſum fierẽt ſacrificiũ, nouãq; Chriſtianã uitã ducerent, qđ etiã per panẽ ſignificat̃, ſicut ad Cor. x. habet̃. Nunc aũt ridiculũ erit corã deo ſignis dũtaxat uti, aut in lingua non intelligibili corã populo agere, & ſinere decidere uerã dei doctrinã. Hoc erat qđ ꝓpheta Malachias ex præcepto Dei Iudæis exprobrarat, quod panes &
agnos

agnos offerrēt maculatos & oblationes cæcas, & qđ in grege uilius erat, non qđ magnope deus curet, uel de uaccis uel uitulis, ut habet Eſa. i. ſed in animab⁹ hominū. Ideoq; & dicit, qđ poſt in omi loco offerret oblatio munda, prius dixerat uocationē Chriſtianę cōmunitatis, quę ſe Chriſto offert & exhibet, ſicut prius ipſe ſe met obtulit, hæc ꝑ nūc reſpōdiſſe uolo.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dn̄e Iheſu Chriſte, Amen. Breuius quo fieri poteſt, quia D. Oecolampadius dicit uerba Pauli ad Heb. adhuc ſtare. Ita dico & ſtabunt in perpetuū, ſed nouus falſus intellectus, deo uolēte, ꝓſtratus eſt, de quo me ad notarioꝝ ſcripta remitto. Et quū Danielis prophetiā induxerā, contra prædicantē Berneñ. qui mihi non ſatisfecit, nouā dn̄s meus doctor adportat ſolutionē, prophetiā dicēs iuxta literā intelligi de iuge ſacrificio Iudæoꝝ, quod ſub Antiocho depoſitū fuerat. Hoc eſt (opinor) ſcripturas dilacerare, hanc namq; prophetiā dilectus dn̄s noſter Chriſtus inducit ut adhuc implendā, quō ergo ſub rege Antiocho pri⁹ centū annis poteſt impleta fuiſſe. Credo equidē Chriſtū uera dixiſſe, ergo & ueſtra expoſitio annihilabit. Non accepto illud quum parti aduerſæ ſcripturæ quædā inducunt, dicūt tenebroſas & obnubilatas eſſe, quod aūt ipſi adferunt totū & lucidū atq; clarum, ipſi met hoc dicunt. Vltra quod fidē ait nos facere participes oblationis Chriſti, diuus Iacobus dicit. Nā & dæmones credunt, in eccleſia melior diuiſio meriti Chriſti eſt per ſancta ſacramenta & bona opera, ſed hoc aliā cōcerneret materiā iam non expediendā. Doctor mihi admittit, quod in miſſa nō ſit nuda memoria, ſed adhuc ſacrificiū recognoſcere nō uult, & tn̄ nullas cōtra illud inducit ſcripturas, quā ut ſanctos doctores abducere tentat, quod poſſeſſionis miſſæ incerti eſſemus. Breuiter quū mihi imponit cōcludere, heri aliquos ſanctos martyres & doctores enumeraui, qui in opinione ſunt catholicæ eccleſiæ. Et ſi dn̄s meus doctor opinaret unū uel plures

eſſe cõtra miſſæ ſacrificiũ, offero me ut hoc in ſcripta redigẽs, corã dñis meis imponat, extra hoc colloquiũ ſup hoc loquuturi, ob tedia & cauſſæ prolongationes uitandas, egoq; illi reſpondebo (& ut ſupra dictũ eſt) obtinebo. Vltra quũ uerba Lucæ, Hoc facite in meã cõmemorationẽ, ad oblationẽ ſcd'm ritũ Chriſtianæ eccleſiæ traxerat, erga memoriã ſinere uult, Chriſtiana tamen eccleſia hoc non acceptabit, ſed ut euangeliſtæ narrãt, quod ibi dñs fecerat, panẽ ſcilicet benedicẽs, gratias agens, diſcipulis porrexit, oẽ hoc ibi concluſum, ſicut cum agno paſcali hodie dictũ eſt ad meã probationem Leuit. xxiij. Facietis hircũ lehato, æſtimat uerbulũ non abſolute & nude dictũ. Hoc me non angit, ſatis mihi eſt ſentẽtiam hanc talem eſſe oportere, ſacrificabitis hircũ pro peccato uel in oblationẽ pro peccato. Prolixã illius inductionẽ de agno paſcali, quid circa illud Iudæi cogitarint uel recordati ſint, nos non angit, agnũ eñ paſcalẽ ea ſolũ de cauſſa inducimus, quod offerri ſolebat & manducari, non offerri in cruce, alioqui fuiſſet melior Iudas. Ideo oportet dñm illis miſſæ ſacrificiũ demã daſſe. Neq; ad cauſſam facit, quod uerba Chriſti inducit, cõſumatũ eſt, ubi de conſumatione loquit̃ ſcripturarũ, de ſua paſſione. De zebah ſe doctor remittit ad poſt habitos ſermones de hoc, ad quos & ego me remitto. Cum Melchiçedeq libenter cauſſam coloraret, dicit me bene ſcire quõ in Hebræo habeat̃. Ita dico quia hoſiah huſſil eſt de iacet & ſignificat proferre, quia tñ eo uult abnegare Melchiçedeq panẽ & uinũ obtuliſſe anteq; Abrahe dediſſet, nullis hoc literis facere poteſt. Dederunt quoq; & Iudæi hunc intellectũ cõtra Chriſtianos, quem nunc doctoris frater in Chriſto Zwinglius exportat, Melchiçedeq ſcilicet, Abrahe ut bellatori panẽ & uinũ in cibum protuliſſe, uiris eñ bellatoribus emolimenta cibo℞ proferre, laico℞ magis eſt quã ſacerdotũ. Et clare textus oſtẽdit, quod his Abrahã nõ indigebat, quia oẽ ſpoliũ obtinuerat. Vt quid igit̃ Moiſi opus fuit ad hoc conuiuiũ cõminiſci, Melchiçedeq

chiſedeq fuiſſe ſacerdotē dei altiſſimi. Eſt ꝗꝙ & heri auditū, quū Chriſtus ſacerdos eſt ſcd'm ordinē Melchiſedeq, oſtēdi oportere quid pariformiter obtulerint, & nihil aliter dari poteſt pro Melchiſedeq oblatiōe, quā panis & uinū. Nihil inꝗ iuuat doctorē dicere Melchiſedeq eſſe figurā Chriſti, quia Abrahe & deo benedixit, hoc eñ cōmune fuit oībus ſacerdotibus ueteris teſtamēti, etiā & patriarchis. Hunc cōmunē intellectū in eccleſia habuere ſancti & diuini doctores, ſanctus martir Cyprianus in iij. epiſt. ij. lib. S. Hieronymus ad Euagrium, S. Ambroſius in iij. lib. de ſacramētis, Auguſtinus in iiij. lib. de doct. Chriſt. Enumerat quoꝗ Berchetus aliquot hebræos Rabinos, qui & ipſi eius ſunt opinionis. Iam nūc cognitioni cōmendo cuiꝗ auditoris, ſi doctori ſoli cū ſuis adherentibus ſit credendū in ſcripturarū intellectu, uel certe mihi ꝙ ſcripturas intelligo, ſcd'm opinionē & mentē diuinoꝝ doctoꝝ ſpiritu ſancto illuſtratoꝝ. Vltra in Apoſtoloꝝ actis doctor refert quō habeat antiqua tranſlatio, miniſtrantib⁹ illis. Mirandū eſt quū ſui in Chriſto fratres noſtrā antiquā eccleſiæ, & uſitatā interpretationē Bibliæ non acceptēt, uociferantes in hebræo aliter haberi, aliter in græco &c̄. & iam doctor eadē tranſlatione utit̄ præſidij loco. Dico hoc in textu uerbulum iſtud pro oblatiōe interpretatū a uero docto & cōſumatiſſimo uiro Eraſmo Roterodamo, quē dn̄s meus doctor (ut par eſt) laudat & extollit, græci & latini ſermonis uir experitiſſimus, qui in eodē libro ſibi adiutor fuit & laudator, quare nunc eum corrigere & increpare non deberet. Nec aduerſor liturgiā etiā dici ſeruitutē, ſicut per doctorē eſt inductū, communis tn̄ uſus ſermonis græci liturgiā ponit promiſſæ ſacrificio, ſicut S. Dioniſius gerurgiā nominauit, ego ſcripturis cōmendo. Quia uero hoc uerbulū melior in fortior cōmutat, parū reputo, debilem eñ ſacerdotē eſſe oportet, qui in miſſa dn̄m deū eleuare non poſſet, ſed & hoc ſcripturis cōmendo. Induxitꝗ Chriſtū ſcd'm deitatē & animā meliorē eſſe ſuo ſa-

cro corpore oblato. Reſpondeo hactenus me reperiſſe, eccleſiamq; ſic credidiſſe, qđ ſe Chriſtus in cruce totus obtulerit, dixit em̄, animā meā pono pro ouib⁹ meis, Iohan. x. Et deitati oblatus eſt, ſed & hoc demitto ſcripturis cōmendans & doctrinæ Chriſtianæ. Poſt hæc oīa dn̄s meus doctor reſpondere tentauit ad dicta Malac. i. & iij. cap. primo proponens ibi nominari cōmune ſacrificiū oīm Chriſtianoꝝ, quod & ego heri met confeſſus ſum. Sed hoc per miniſtros eccleſiæ offerr̃ q ſunt ſacerdotes, quos ꝓpheta Dauid nominat, filios Leui, procul dubio ea mente qđ ſpeciale eſſe debeat ſacerdotiū, & non ſolū cōmune ac ſpirituale, ſicut & textus Exo. xix. oſtendit cōmune ſacerdotiū Iudęoꝝ, & tñ nihilominus externū & ſpeciale ſacerdotiū eſt inſtitutū Exo. xxviij. Quū em̄ Datan Chore & Abiron, qui ad hoc cōſecrati non fuerāt, officiū ſacerdotale ſibi uſurpaſſent a terra uiui deuorati ſunt, Nu. xvi. Hoc clarū de oblatiōe miſſæ dictū conat̃ dn̄s meus doctor abducere cum uerbis Pauli ad Ro. xv. ubi primo mihi adparet textū ab eo male expoſitū. Quū em̄ Paulus dicit ut accepta ſit oblatio gentiū &c̄. (ſi recte memini) interpretatus eſt, ut & gentes oblatio ſint, contra cōditionē græci & latini ſermonis pariformit̃ ſonantē remitto me ad ſcripta. In hoc tñ mihi placet dn̄s doctor, quia tam miſere textū nō dilacerat, ſicut fecit Zwinglius in colloquio Thuricenſi epiſcopo Conſtantienſi reſpondendo, qui uerba falſificauit, & contra prophetiæ naturam, dictū indicari noluit ad futurū tempus. Quod aūt dn̄s meus doctor id ſolū conat̃ trahere ad ſpirituale ſacrificiū, hoc illi non admitto, niſi hoc literis ſacris probet, non ita tñ quod ipſe negem in Chriſtianitate ſpirituales & internas oblatiōes & ſacrificia. Sed quod & eſſe oporteat externū ſacrificiū, prophetæ equidē antiqui, quod in ſpiritu ſancto oſtendiſſent externa Iudæoꝝ ſacrificia ceſſare oportere, ſicut Eſa. i. & ulti. Amos v. Iohe. i. Pſal. xxxix. habet̃. Sicut & diuus Paulus inducit Hebr. x. Hoc Malachias ultimus clarius oſtendit, quō

deo

deo in eis nulla ſit cõplacentia, ſed futurũ ut mundũ ſacrificiũ gentiũ ad fidẽ Chriſtianã uenientiũ in omni loco offerat, hoc externũ indicat ſacrificiũ ſcdm cõmunẽ intellectũ, & ſanctorum doctorꝝ, quod aũt doctor in hoc intellectu mihi aduerſaẽ, hoc ego dimitto. Relinquens hoc cognitioni & cenſuræ cuilibet Chriſtiani lectoris, & gratioſis dominis meis laudandi fœderis, ut ex illis eliciant quod eis & ſuis ſubditis profuturum & utile duxerint. Quibus cõcludo cum petitione & monitione ad dñm meũ doctorẽ Iohannẽ Oecolampadiũ, quod in hoc articulo ſe non ſegreget a cõmuni catholica & Chriſtiana eccleſia &c. ſicut in primo articulo rogatũ fuit.

D. OECOLAMPADIVS.

CHriſtus in cœna non dicit offeratis, Epiſtola ad Hebræos clara eſt, cui non cõtradicit eccleſia. Ad Melchiçedeq reſpõdeo quod opus fecerit miſericordiæ. Abraham namq; mirabile bellum intulerat, paucis multos deuicit. Quare aũt Chriſtus Melchiçedeq nominet, legat vij. cap. Heb. Ratiõe antiquæ trãslationis libẽter in ea quietor, ubi cum grĉca ueritate cõcordat. Externũ ſacerdotiũ cum ſacrificio ceremoniali ſicut Chriſtus inſtituit, nõ denegaui. Malachiã prophetã expono cũ uerbis præcedẽtib⁹ & ſequẽtib⁹. Cum his oĩa ſcripturis cõmẽdamus, & iuditio illorꝝ q uerbũ dei cognoſcunt.

D. ECKIVS.

Epiſtolam ad Hebræos eſſe clarã hoc admitto, ſed earũ intellectus eſt falſus. Ad mirabilẽ uictoriam Abrahe concedo, ſed eo magis credẽdus eſt Melchiçedeq obtuliſſe, deoq; gratias egiſſe, & hoc ſacrificiũ ſecundũ temporis uſum hola non erat cõmeſtum, ubi diuus Paulus ad Heb. vij. exponit, quomodo Chriſtus ſit Melchiçedeq, ſed ſuæ oblationis non fecit memoriam, quia neceſſe non erat. Ego ſacerdotiũ recognoſco, prout illud Chriſtus inſtituit, & ſancta eccleſia ferme mille & quingentis annis uſa eſt. Apud intellectum circa Malachiam datum permanſurus concludo ut prius.

CONCLVSIO III.

Maria & ſancti inuocandi ſunt ut interceſſores.

D. OECOLAMPADIVS.

Gratia & pax a dño noſtro Iheſu Chriſto omnibus nobis concedantur, Amen. Dilecti probiq; Chriſtiani, nemo me eum intueatᷓ uirũ, quod ullã creaturarũ dei aſpernari ueꝛ lim, minus ergo dilectos ſanctos dei. Solũ tamen hoc meũ eſt deſyderiũ, deũ cuius ſolius eſt honor, ſuper oĩa extolli debe re, refluatq; per gratiarũ actionẽ omne bonũ in uerũ fontem unde effluxit. Quare quũ iterũ rationem reddere debeã doꝛ ctrinæ meæ cauſſa in ſanctorꝫ interceſſiõe. Confiteor ut pri⁹ me prædicauiſſe Chriſtũ crucifixũ, mandatũ nullũ habeo du cẽdi in ſanctos, ſed nihilominus me declarabo. Aliud eſt præ dicare, aliud iudicare. Nobis dumtaxat hoc prædicare licet, quod utilius eſt & proximiore uia ducit in deũ, quod apte feꝛ cerimus, quũ Chriſtũ unicũ mediatorẽ cũ ſuis promiſſionib⁹ & inenarrabilibus donis cõmuni plebeculæ præfiguramus. At ubi homines iudicantᷓ damnãturq;, ob unã uel alterã cauſ ſam, neceſſaria eſt maior prouidẽtia & minor ſtrenuitas. Ideꝛ oq; iuditij cauſſa eorꝫ ratione qui melius non acceptarũt, & cũ Dauid dicunt. Mihi aũt adherere dño deo bonũ eſt, & ſpẽ ponere in dñm deũ meũ, dixi adhuc eos defectũ habere in ſua fide, & ſi non ex toto infideles ad ducendũ dies dieſq; in fide, & fiducia in deũ extollendũ. Bona ſum ſpe hãc doctrinã maꝛ gis eſſe Chriſtianã, quã ut ab aliquo Chriſtiano impugnetᷓ, ſicut me ad hoc monet prima epiſto. ad Timoth. & pri. epiſt. Iohan. ij. cap. Sic huius doctrinæ meæ habetᷓ ratio, quũ alioꝛ qui pſonæ meæ diſputare nõ affectẽ. Sum tñ nihilominus pa ratus reſpõſionẽ dare ſi adhuc in mea doctrina aliqd deeſſet.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Contra meam

concluſi

concluſionē de inuocatione reginæ cœli Mariæ, & dilectoꝝ atq; electoꝝ ſanctoꝝ proponit D. Iohannes Oecolampadius declaratione ſuæ prædicatiõis, & ſicut fatet̄, quũ prædicarit Chriſtũ Iheſum crucifixũ &c̄. Dico non eſſe prædicatorē in eccleſia Chriſtiana, qui & ipſe hoc idem non faciat, quũq; etiã de ſanctoꝝ ueneratione & laude ſanctoꝝ finiunt & terminant omnē honorē, laudē & gloriã in omniũ ſanctoꝝ capite Iheſu Chriſto. Quare etiam eccleſia Chriſtiana in uſu habet collectas ſeu orationes claudere per dñm noſtrũ Iheſum Chriſtũ, ſicut ad Hebr. Paulus docuit, per eum offerre debemus ſacrificiũ laudis, quia tamen dñs meus doctor duo ſcripturarũ loca proponit contra ſanctoꝝ interceſſionem. Dico neq; in nouo neq; in ueteri teſtamēto, in nullo loco reperiri quod ſancti dei dilecti pro nobis non intercedant. Aliqua tamen dicta in falſo intellectu iterũ contra ſanctos ſuſcitantur. Hereticus enim quidã Vigilantius ante annos mille etiã tentauit ſanctoꝝ interceſſionem delere. At diuus Hieronymus contra eum hoc obtinuit atq; deuicit. Eſt itaq; ſanctoꝝ inuocatio per uniuerſum orbem apud probos Chriſtianos cũ magna deuotione acceptata, & per dei omnipotentiã honor & gloria Mariæ, & dilectoꝝ ſanctoꝝ, efficaciter cum magnis miraculis confirmata, quod in ſpiritu Dauid cernens Pſalm. cxxxviij. dixit. Nimis honorati ſunt amici tui deus, nimis cõfortatus eſt principatus eoꝝ. Breuitatis cauſſa attingo dictũ Pauli ad Timoth. Ipſe enim eſt deus & mediator dei & hoĩm, homo Chriſtus Iheſus. Ex hoc dicto arguũt nouoꝝ Chriſtianoꝝ prædicatores. Si mediator eſt Chriſtus, neq; ergo ſanctos ut mediatores quærere debemus ad deũ, tam pulchrũ intellectũ in Paulo inuenerunt, quem neq; Auguſtinus, Hieronymus, Bernhardus &c̄. a ſpiritu ſancto illuminati, inuenire potuerunt. Breuiter ſcripturæ ſunt ſcripturis cõparandæ, quumq; hic Paulus mediatorem ponit inter deũ & hominem, ſed & nos in Paulo & alijs in locis alios etiã mediatores

inuenimus. Ideoq; ne ſibi met ſpiritus ſanctus contrarius ſit, oportet illas ſcripturas adinuicem cõparare, quod ſancti patres ponderantes duplex eſſe mediũ repererunt. Vnũ eſt redemptionis, ſic unicus eſt mediator dñs Iheſus, qui uniuerſum orbem redemit, non ſanctus Petrus neq; Paulus. Eſt & alia mediatio inuocationis, ut ſcilicet unus pro altero intercedat, cuius non eſt ipſe redemptor, ſic multi ſunt mediatores, cum alter pro altero intercedat, cuius nõ eſt ipſe redemptor, ſic multi ſunt mediatores in cœlo & in terra, quando nos homines ut mediatores alter pro altero intercedimus, & dilecti ſancti dei ſicut perfectiores & feruẽtiores etiã ꝑ nobis orant. Nunc quum in ſcripturis duæ mediationes ſint, nouiq; Chriſtiani ad unam dumtaxat reſpiciunt nimirũ eos errare. Hanc meam reſponſionẽ ſcripturis confirmo, quod enim diui Pauli ſermo de medio redemptionis & non interceſſionis loquatur, eius ſequentia uerba oſtendunt. Chriſtus mediator &c. qui ſe dedit redemptionẽ pro omnibus, quod aũt & alius ſit mediator quam Chriſtus Deute. v. oſtendit. Ego ſequeſter & medius fui inter deum & uos in tempore illo, ut annuntiarem uobis uerba eius. Sed & Paulus mediatores quæſiuit interceſſionis, ſicut ad Theſſaloniceñ. ſcribit, quod pro eo rogent. Ipſeq; met ſe pro mediatore exhibet Ro. x. Volũtas cordis mei & obſecratio ad deũ ſit pro illis in ſalutẽ &c. Secundũ dictũ per dñm meũ doctorẽ oſtenſum ex epiſtola Iohan. hoc eſt. Si qui peccabunt, aduocatũ habemus apud patrem Iheſum Chriſtũ iuſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris aũt tantũ, ſed etiã pro totius mundi. Ex quo dicto dico Chriſtianos nouæ doctrinæ non poſſe ulla uia elicere poſſe abolitionẽ interceſſiõis ſanctoꝝ. Ex eo enim non cõſequit, Chriſtus aduocatus eſt noſter, ideoq; & ſancti nõ ſunt noſtri aduocati uel interceſſores, plæriſq; enim bonũ eſt multos habere interceſſores. Sancti equidẽ doctores hoc dictum ponderãt, ut pro ſanctoꝝ interceſſione deſeruiat, quũ

enim

enim pars aduerſa interceſſionē admittit minorꝫ in terra, & Chriſti ſupremi interceſſionē in cœlo, quare medios ſanctos eſſent excluſuri. Et qa Chriſtus pro nobis intercedit, qui ſanctus eſt ſanctorꝫ, quare & alij beati pro nobis non intercederent, quũ hoc facere uideāt caput eorꝫ Chriſtũ, procul dubio nobiliora Chriſti membra ſe faciunt pariformia, ſicut dicit Iohannes, ſequunt̃ agnũ quocunqꝫ ierit. Et Chriſtus quũ pro nobis roget, hoc facit & feruenti amore, quando noſtræ animæ ſalutem ſitiebat, & tamen ſancti ſimilem ad nos deferunt fraternam charitatem, qua charitate permoti, & ipſi pro nobis intercedunt. Quare hæc duo dicta in recto & Chriſtiano ſenſu, ſicut & ſancti patres ſemper intellexerunt ſanctorꝫ interceſſiones, & Mariæ nobilis matris dei non euertunt. Ideoqꝫ & domine doctor alias ſcripturas adferte contra interceſſiones ſanctorum.

D. OECOLAMPADIVS.

Domine doctor, adiuuante me deo reſpondebo, ſed anteaqꝫ hoc facio breuius quo potero quæro. Vtrum melius ſit ex tota fidutia deum per Chriſtũ ſolum inuocare, cum obliuione omnium aliarum creaturarum, aut cum adheſiõe aliarum creaturarum. Ad hoc reſpondete.

D. ECKIVS.

Ad doctoris quæſtionē dico. Etſi unum bonũ opus altero ſit melius. Eſt nihilominus bonum, ut & minora & maiora opera bona quis faciat, præcipue in oratione bonũ eſt interdum deum inuocare abſqꝫ omni medio, aliquando cum medio, aliquando cum utroqꝫ. Deus namqꝫ met iubet aliquādo per mediatores rogare, ſicut Iob xlij. dixit. Ite ad ſeruũ meũ Iob & offerte holocauſtũ, pro uobis faciem eius ſuſcipiã, ut non uobis imputetur ſtultitia, & mox ſequitur. Dominuſqꝫ conuerſus eſt ad pœnitentiam. Iob quum oraret ille pro amicis ſuis. Quare ergo interceſſio Mariæ non tantum eſſet ualitura, ſicut interceſſio beati Iob. Ideoqꝫ & interceſſio bona,

utrum uero melius ſit ego ignoro. Deus enim me hoc in caſu nunc̄ cōſultorem adhibuit, hoc nempe ſtat in donis gratiæ & miſericordiæ diuinæ uoluntatis.

D. OECOLAMPADIVS.

PRimo bonæ ſum ſpei neminē nos infidos æſtimaturū ſeruos, ſi ante omnia ad deū dirigamus, & ad ſolum deum. Ad ſuā reſponſionē meam poſtea ſum daturus. Deuenio ad ſermonē priorē, quando dixerat omnes Chriſtianos prædicantes Chriſtū prædicare crucifixū, uellē eſſe uerū, tūc nulla inter nos eſſet diuiſio. Si enim unanimiter unoq́ ſenſu Chriſtum laudaremus, ſanctorꝫ cauſſa nos abinuicem nō diuideremus. Paulus eñ hoc dictū inducit, quū ſe quis cephæ gloriabatˀ, alter Apollo, alius uero Pauli. Optime notum eſt in paucis annis aliquos ordinū prædicantes ignorauiſſe, quā ſuos ſanctos in cœlis extollerent, iuxtaq́ multū eſt tacitū honoris Chriſti. Potuiſſet & Pauli temporibus talis adferri gloſſa, quum nos Pauli aut cephæ iactitaremus. Honor eñ Chriſti eſt, cuius ipſi ſunt miniſtri. Sed ipſe ad hoc ait, Nunquid & Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli eſtis baptiſati, quaſi dicturus eſſet, quid ex eo facitis, recordamini beneficiorꝫ crucis Chriſti, & uoti baptiſmatis, & in dñm reſpicite. cuius uos ſerui eſtis. Secundo dico aliud eſſe cum ſanctorꝫ interceſſione, ſupra terrā & eorꝫ qui in cœlo ſunt, primum in ſcripturis eſt fundatū & mandatū, ut oremus pro inuicem, in quo nemo doctori Eckio contradicit, alterū uero de ſanctis uita defunctis, & de hoc nullas habemus literas qđ illos inuocare debeamus. Etſi hic ego nolim negatū haberi, quin & in cœlis orent, quāuis de hoc nullas habemus ſcripturas quæ fundata ſit, neq́ ad hoc conſequitˀ, quod eos adorare debeamus, & nos minus hæc docere, quia derogatiuū eſt fiduciæ in deum. Deus eñ ubi hoc præcepiſſet, feciſſet nos puſillanimes, ne tum ea fiducia ad eum diuerteremus, & quum nos peccata noſtra grauent, & ad deū uenire timeamus, gratioſe

tioſe nos aſſecurauit, per Chriſtũ Iheſum, quo deus ſanctorum honorem non aboleuit, ſunt enim om̃es huius mentis, omnẽ ſcilicet honorẽ deo dari debere. Ideo Iohan. ult. Apoc. quando angelũ adorare uolebat, dixit angelus ad eũ, Caue ne hoc facias, honorẽ eñ dei ꝓ ſuo reputant honore. Deniq; & deus pro ſuo ſuorũq; ſanctorum honore habet, quũ fidẽ meditamur patientiã, charitatẽ, aliaſq; Chriſtianas uirtutes, & per eiuſce modi exẽpla ad tales uirtutes & his ſimiles imitamur. Quod uero D. Eckius, dictũ unũ inducit Pſalterij, quã nimis honorati ſint amici dei, & principatus eorum cõfirmatus, ibi non docet ſanctorum inuocatio, ſed quod deus illis ſuũ ſanctũ ſpiritũ conceſſerit multiplici gratia, miracula faciendi, ad uerbũ dñi nunciandũ, & ad mundũ deuincendũ, adq; gentes cõuertendas, hic eorum fuit honor, quare etiã ut principes & in eccleſia præcipui atq; primores nominant̃. Sic & ſe Paulus horum iactitat quos docuit, quia ſua ſint gloria. Ideoq; & dñm D. Eckiũ oportet clara dicta adportare. Quia uero miracula inducit inualidũ eſt argumentũ, ſicut & ipſe met optime nouit, qđ non om̃ia fiunt ad dei honorẽ. Nam & dæmon ipſe iuxta ſuas dementationes & fantaſmata, operat̃ aliquando, ſicut in ſancti Martini legenda legit̃ apud cuiuſdã latronis ſepulchrũ. In miraculorum diſcretione illud Chriſtiani perpẽdant, ſi plus ad honorem dei ædificẽt, quã ab eodẽ dehortent̃. Ad reſponſionẽ quã ipſe dedit ad dictũ Pauli prima ad Timoth. ij. peregrinũ æſtimans Auguſtinũ, Hieronymũ, etiã non tam ſtrenue conatos ad hãc expoſitionẽ, hoc ego demitto. Sed probatio ueri intellectus ſcripturarũ in eo eſt, quod maior hinc fides elicitur, & maior honor deo tribuat̃, ubi eñ maior eſt in deũ fidutia, ibi eſt & maior dei honor. Quũq; per unicũ mediatorẽ Iheſum Chriſtũ liberior acceſſus habetur, maiore fidutia & iuxta prædicando de ſanctorum inuocatione, debilitatio & infirmatio eſt fidei, quaſi met ne quidẽ ad patrẽ uenire auderemus precãdo, quum & Chriſtus nos met ad patrem direxit,

orare nos docēs. Pater noſter qui es in cœlis, uocauit nos ad ſeipſum dicēs. Venite ad me oēs qui laboratis & onerati eſtis, ideoq; & ſe hoc tam amico nomine nominat, quod noſter ſit ſponſus, quod panis uitæ, fons aquæ uiuæ, & in oēs uias nos conat̄ ad ſemetipſum trahere, & per ſe ad patrem. Ponit D. Eckius duplices mediatores, redemptionis ſcilicet & aduocationis, utraeq; heæ dignitates ad Chriſtū pertinent, quare & noſter eſt ſacerdos & pontifex, qui ſeipſum obtulit in noſtrā redemptionē, & pro nobis orationē, quare etiā pro ſua dignitate & reuerētia eſt exauditus. Nos aūt quod hic in terris pro inuicē oramus, a deo eſt demandatū, ut in nobis charitas augeat̄, quare non nos ut noui Chriſtiani, ſed ut prophetarū ſequaces, & apoſtolorū imitatores, noſtras orationes in deum dirigimus, eius bonā habentes experientiā, in dulcedine ſpiritus (præter iactantiā dictū ſit) quod utilius nobis eſt ſi ſoli deo adhereamus. Cordis eñ dolor nobis eſſe deberet, ſi uel momēto oculi a deo optimo bono per contemplationē, & in eo delectationē diuelleremur, q̄uis corpus & quottidiana negotia nos ad noſtrā humiliationē ita abſtrahūt, debet nihilominus noſtra eſſe diligētia (quo poteſt fieri citius) eſſe ad ſummi boni reuerſionē. Inducta de Moiſe exempla, quod ſequeſter ſit & mediator. Item de Paulo ipſi adhuc in terris fuerāt. Sed & ex ſpeciali gratia deus Moiſi ſepulchrū neminem ſcire uoluit, ne populus (alioq ad idolatriā pronus) Moiſen ipſum adoraret, neq; aliquis in ueteri lege defunctū Abraham, uel Moiſen, aut certe alium ſanctū inuocauit. Quod aūt Moiſes mediator dictus eſt, ideo fuit quia per eum deus legē dare uoluit. Ad aliud dictū epiſtolæ Iohannis ubi Chriſtus noſter aduocatus uocat̄, dixit, plærisq; prodeſſe ut multos habeant aduocatos, nunc ſi Chriſtus per ſeipſum nō ſufficeret, & noſtra hoc neceſſitas popoſceret, illud ſi dilecti apoſtoli dei non uiderunt, uel neſciētia ſua præterierūt noſtro damno, hoc ego non auſim dicere. Præterea, quia dicit. Si deus hoīm in terris

degentiū

degentiũ orationes acceptat, & Chriſti in cœlo, quare ſanctos excludit. At diebus uitæ meæ nunquam dixi deũ non admittere ſanctorum orationes, quũ ipſe is ſit, ſine quo nec ſancti unum uerbulũ orare poſſent. Sed hęc mea doctrina eſt doceri oportere, quod ſecurius & certius eſt, & quũ illud deus non mandauerit, mihi licere hoc non uolo docere. Hoc etiã ad illud reſponſum ſit quod dixerat Chriſtus ſanctus ſanctorum, & caput noſtrũ pro nobis orat, ergo & membra orant. Iterũ non probat, ideo me non habere libertatẽ ad ſolũ fontẽ & caput uenire, eque ab illo accepturus, a quo & cæteri acceperunt. Vltimo quãdo reſpõderat meæ quæſtioni utrũ præſtet creaturarum obliuione ad ſolũ deũ diuertere, in diuinã reijcit uoluntatem, utrum ſit melius, bene abſque diſcretione reſpondiſſet. Hoc enim unicũ nobis eſt neceſſariũ, in quo & angelis dei erimus pariformes, qui abſque impedimẽto in deo gaudent. Quod aũt aliqui adhuc illuc non deueniunt, eo magis diuina miſericordia illis eſt proponẽda. Si enim in hac ſua dimitterent infirmitate, quãdo tandẽ deuenirent in uerã fiduciam. De Iob amicis bene quidem uerũ eſt mandatũ eos recepiſſe offerẽdi Iob, & ſi igit̃ æquũ & bonũ ſit uiuos exorare, pro cõmuni noſtra oratione ſeu interceſſione, non tamen dixit dñs iubete ut pro uobis Iob oret, ſed ita habet̃. Iob aũt ſeruus meus orabit pro uobis, quilibet enim fidelis uidens alios conuerti, & in anguſtijs eſſe cõſciẽtiæ ſuæ, ex libero ſpiritu alioqui eius inclinati ſunt. In ſumma aliud eſt de uiuis, & aliud de mortuis.

D. ECKIVS.

In hac prolixa prædicatione circumitu longo oſtẽdit Chriſtum inuocari debere, in quo ei nõ aduerſor. Hoc aũt facere debuiſſet ſcd'm dñorum mandatũ, ſcripturis meã cõcluſionem impugnare, quod non facit, non huc prædicare uocatus eſt, hoc dico. Quum cõmunis catholica & uniuerſalis eccleſia ab apoſtolorum temporib', ſed & omes diuini doctores tenuerint & docuerint dilectos uenerari ſanctos & inuocare, null' ex

eccleſia ab eo deſciſcere deberet. Etſi igitẽ ſcripturæ ſufficien-tes præ manibus ſint, uellẽ tamen hoc ego nihilominus cum eccleſia timere, etiã ſi nullæ ibi eſſent ſcripturæ, quũ dñs ma-gnis miraculis ſanctorꝫ honorẽ confirmarit. Quod uero D. Oecolampadius ea miracula ad dæmonũ trahit deceptiones & phantaſmata. Proh maligne dæmon apud inferos, quod diuinæ maieſtati ſic detrahere uelles, quã ſuis impendit. Si in ueteri lege per mortuũ Heliſæũ, qui nondũ erat beatus, ſicut iam noſtri ſunt ſancti, tam fecit grande miraculũ, ſicut in iiij. lib. Reg. habetẽ xiij. cap. ubi hominẽ ſepeliẽtes, latronẽ uide-runt, proiecerunt itaqꝫ mortui cadauer in Heliſæi ſepulchrũ, quod cũ oſſa Heliſæi attigiſſent, reuixit homo ille, ſtãs ſupra pedes ſuos. Dñs igitẽ ſi ibi ſuã omnipotentiã oſtẽderat in He-liſeo, uerecundetẽ hic Chriſtianus & pudefiat, credere recu-ſans eandẽ deũ oſtendere in miraculis ad honorẽ dilectæ ma-tris ſuæ Mariæ, & electorꝫ ſanctorꝫ ſuorꝫ factis, qui ſunt in perpetua felicitate. Neqꝫ iuuat doctorẽ quod mecũ teſtifica-ri doctor tentat, quia ipſe ſciam argumenta miraculorꝫ inua-lida. Non, non, aliter ego ſum informatus per ſpiritũ ſanctũ, ſicut dicit Marci xvi. Apoſtoli profecti prædicauerunt ubiqꝫ dño cooperante, & ſermonẽ confirmante ſequẽtibus ſignis. Audite probi Chriſtiani deũ ſanctũ ſuũ uerbũ, & ſanctũ euã-geliũ confirmaſſe per miracula. Quare etiã & ſanctorꝫ mira-cula nobis non confirmaret, ut eorꝫ honorẽ crederemus & adorationẽ, quũ tot Chriſtiana & perturbata corda per inter ceſſiones ſanctorꝫ conſolata fuere. Verũ eſt aliquãdo fieri fal ſa miracula, non tamen per ſanctos. Paulus mirabilia opera nominat mendaciorꝫ, quæ Lutherus (ut reor) faciet, ubi pro terue ſcribens dixerat, & ſe ſcire miracula operari, quum ta-men nullũ aliud per eum factũ ſit, quã quod ſimplicẽ ruſtici-tatem uarijs libellis inſtigarit contra ſpirituales & mundanas ſuperioritates, qui quum mandatis eius obtemperabant, ne-quam, nebulones increpauit, deditqꝫ dñis & nobilitati indul-

gentias

gentias pauperes occidēdi, hoc nouum illius erat euangeliū dum ſcribebat, transfigas, percutias, macta &c̄. Cauete probi Chriſtiani, manifeſtū hoc eſt, deum nota facere miracula falſa, ſicut cōtigit magis & incantatoribus Pharaonis contra Moiſen Exo. ix. Et ſicut met ipſe doctor, ait de latronis ſepulchro per ſanctū Martinū manifeſtato, undequaq; ēm falſa miracula in confuſionē abierunt, quod iam cum ſanctoꝝ miraculis in annis mille & quingentis non eſt factū. Vltra deducit, quod oēm fiduciā in deū collocare debeamus, & quod Chriſtus ad patrē nos miſerit, quodq; nos uocarit, ut ad eum ueniamus, Chriſti interceſſio ſufficiens ſit, alioqui Apoſtoli nos perperā docuiſſent. Dico utiq; ad deū ueniendū, in eum fidendū, ſperandū, eam ēm ob cauſſam ſanctos inuocamus, ut ſicut ipſi ita & nos ad deū ueniamus, eſtq; procul dubio noſtra humilitas deo placens & accepta, quū nos indignos æſtimamus thronū accedere ſanctæ deitatis, ſicq; per dei amicos petimus gratiā & miſericordiā cōſequi. Noui Chriſtiani ſanctoꝝ non egent inuocationib9, tam ſunt deo iuncti, quaſi illius eſſent uel patrui uel affines. Magis hæc eſt ſcādaloſa præſumptio quā humilitas Chriſtiana. Num & hæc pulchra eſt cauſſa quod ad eum ueniamus, & ſicut opinant̄ eum ſolū inuocare debemus, cuius interceſſio ſola ſufficiens eſt, iuxtaq; nihilominus admittunt ut hic pro nobis inuicē rogemus, pluris reputantes fœtidos ſordidoſq; uermiū ſaccos hic in terris, quā ſanctos in cœlis, nunquid eſt hoc contra oēm rationem. Quod enim pro inuicē rogamus, ex Chriſtiana fit charitate, num? & ſancti ad nos Chriſtianā habent charitatem, abſit ut hæc in cor probū perueniant, & quia ſanctos inuocare recuſat, neq; interceſſionē a proximo petere debet, ad ſuum inq; modū mox illi reſponderem, ego pro te non rogabo, fidas in deum ſolū, Chriſtus ſolus ſufficiens eſt, iubetq; ad ſe ueniendum pro inuocatiōe, ut quid ad me uenis. In ſumma, quicqd noui Chriſtiani contra ſanctoꝝ inuocationes adportāt, pu-

gnat id omē directo, & ex diametro contra cōmunē Chriſtia
noꝶ interceſſionē, prout ſequit̄. Vnū tamen admittit, quod
aliqui ſuæ partis non faciūt, rogare quidē ſanctos non negās
hoc ego accepto, ſi ergo deū rogant, ergo pro aliquo rogant,
non pro his qui apud inferos ſunt, neq; pro his qui ſunt in cœ
lo, neceſſario cōſequit̄, ut pro nobis orēt. Ideoq; & ſanctoꝶ
interceſſio obtēta eſt ex ſuis met uerbis quantūq; cōtradicat.
Quod de ſanctoꝶ adoratione loquit̄, nequaq; mens eſt pro
boꝶ Chriſtianoꝶ, ut ſanctū aliquē pro deo colant & ſibi ſta
tuant, ſed congruentē exhibēt uenerationē, prout Chriſtia
na habet inſtitutio feriandi ſanctis, rogamus ſanctos, hono
ramus, & inuocamus eos, ut a deo nobis gratiam impetrent.
Sanctoꝶ ait inuocationē derogationē eſſe fiduciæ in deum,
hoc peregrinū eſt & alienū, inuocatio fratrū meoꝶ in terris,
ut pro me rogēt, nihil derogat fiduciæ in deum. Ego inq; niſi
in dei clementiā & miſericordiā fiderē, tam eum eſſe ſanctis
propitiū atq; pronū, ſanctos nunq; inuocarē, ideoq; eis pro
poſita nihil ſunt. Adportat ſoli deo deberi oēm honorem, re
ſpondeo uerū eſſe ſupremū & finalē, honor eīm ſanctoꝶ ho
nor eſt dei. Diu nullū honorarē ſanctū ſi deo non crederem,
iuxta eīm honorē dei concedere nos oportet etiā ſanctoꝶ ho
norē, nā præcepit nobis deus patrē & matrē honorare. Pro
culdubio & Chriſtus ſuā honorat matrē Mariā, quūq; eā ho
norat deus, quare nos homuntiōes & uermes eā non honora
remus. Vnicū mihi in doctore placet, quia ſanctoꝶ exempla
ſunt intacta. quū frater eius in Chriſto Zwinglius in ſuis ſcri
ptis nō ſolū ſanctoꝶ inuocatiōes abſtulerit, uerū etiā contra
uerba Chriſti libēter aufferret exēpla Chriſtianæ uitæ ipſoꝶ.

ITERVM D. ECKIVS.

In nomine tuo dn̄e Iheſu Chriſte, Amen. Etſi nullæ nouæ
ſcripturæ per doctorē inductæ ſint contra concluſionē meā,
uolumus tamen circumloquutionib⁹ eius ultro reſpondere.
Quumq; ex Dauide ſic argumentatus ſum. Nimis honorati
ſunt

ſunt amici tui deus, ideoq; & nos merito Mariam, dilectoſq; ſanctos honoramus. At quod honores enumerauit, quos eti am deus ſuis ſanctis impendit hic in terris, quos ego admitto honores, æſtimo tamen & hoc ſinet eſſe honorẽ, quẽ illis de us facit in beatitudinis coronatione. Quod aũt ordinũ prædi cantes ſuos ſanctos laudarunt, credo quod & ipſe ſuã ſanctã Brigittã laudarit in ſuo ordine. Nemo enumerare poteſt ele ctorũ gloriã, Paulo dicente, ad Corint. epiſt. i. cap. ij. ex uer bis Eſaiæ. Nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor ho minis aſcẽdit quæ præparauit deus his qui diligunt illũ. Neq; me angit quæ de Chriſtianis prædicatoribus ſubinfert, & de ſpiritus dulcedine quã ſentiũt, optime ſcit, qui ad pacẽ maxi me prædicarint, beneq; ſe ſpiritus ille uideri paſſus eſt, albus ne ſit uel ater. Illa tñ hic pacis cauſſa demitto. Ratione duorũ dictorũ ad Timoth. & Iohannis potenter ſcripturis oſtẽdi no uum intellectũ rectũ non eſſe. Eſtq; hoc die clare auditũ a do ctore quod iuxta Chriſtũ mediatorẽ, etiã alios in terris admit tat interceſſores. Admiſit namq; & oportet quod faciat claris ſcripturis deuictus unũ hominẽ hic in terris pro altero orare. Sic & nos ex ſanctis alios nõ facimus mediatores, quã ut pro nobis deũ rogent & orent, ideo nouus ille intellectus de uno mediatore interceſſionis neceſſario æque unũ interceſſorem excludit ac alterũ, horũ uerborũ uirtute unicũ ſolum &c. ſicut dicere cõſueuerũt. Dicit dilectũ dñm noſtrũ Iheſum, utraq; habere officia mediare & redemptione & interceſſiõe, quaſi hoc quiſq; Chriſtianorũ unq; negaſſet. Si meã uelit euertere cõcluſionẽ, neceſſe eſt probet ſanctos non eſſe interceſſores, cum eo qđ pro nobis Chriſtus intercedit. Excuſat ſe doctor, quia ſuã partem nouos appellarim Chriſtianos, dico id eorũ culpa fieri, ſi eñ apud antiq; manerent fidem, & ritũ catholi cæ & Chriſtianæ eccleſiæ abſq; innouatione, etiã antiquo no mine nominarent. Diuo Petro adhuc uiuente in eius hono re, in Saon per ſanctũ Sauiniõẽ eccleſia conſtructa eſt, quæ

in pr&

in pręſentē diem ad uiuū Petrū appellat. Iam mille ſunt & fer me quingenti anni, quū ſolū aliqui in fide diſſidētes ſanctorū interceſſiones reiecere, ſicut Vigilantius hæreticus, Albigenſes, Picarditæ. Poſt hæc quum ſcripturis probarā Moiſen ad deum fuiſſe mediatorē, mihi reſpōdit in legis datione mediatorem fuiſſe, contra hoc illi Dauidē oppono cv. Pſal. etiā & Moiſen fuiſſe interceſſionis mediatorē. Et dixit ut diſperderet eos, ſi non Moiſes electus eius ſtetiſſent in cōfractione in conſpectu eius. Et quod ibi rogarit inuenit̄ Exo. xxxij. Bene quidē de patribus ueteris teſtamenti loquit̄, certū eſt eo tempore eos non fuiſſe fœlices, quare eorū interceſſio nō tam cōmunis. Quod uero facta ſit liber Machabæorū oſtendit, quō belli princeps Iudas Machabæus uiderit Oniam, q ſummus fuerat ſacerdos, ambas manus extēdentem pro toto populo Iſrael orantem, quodq; poſt hæc alter aparuerit, uir ætate & gloria mirabili, & decore magno, de q̄ Onias dixit, iſte amator eſt fratrū & populi Iſrael qui hic eſt, qui multum orat pro populo & ſancta ciuitate Iheremias propheta, ubi hic clare interceſſio ſanctorū ueteris teſtamēti probatur. Neq; me angit doctorē, & fortaſſe alios hunc librū non acceptare, ego ut filius obediēs catholicæ Chriſtianæq; eccleſiæ, hunc librū ut ſacras literas accepto, ſicut Auguſtinus dicit, hic liber ut probatus ab eccleſia receptus eſt. Neq; quiſq; nouorū Chriſtianorū mihi oſtēdere poterit, ubicunq; eccleſia ſacras recipit literas, quod huius libri cū cæteris non fuerit facta mentio. Neq; nos Chriſtianos mouet Iudæos (ut diuus Hieronymus teſtatur, hunc librū pro ſacris literis non accipere, Chriſtiani enim ſumus. Iterū ſanctorū interceſſiones cōceſſit, hoc ego accepto, etiā ſi hoc non faceret ſunt nihilominus claræ ſcripturæ Apocal. v. & viij. Vltimo dum mihi quæſtionem proponebat, reſpondi me dei non eſſe cōſultatorē, nec ſcirē, ſed neq; adhuc ſcio utra duarū precationū melior eſſet, una ſi pro re aliqua deum efflagito libere. Altera, quū rem aliquā mihi dari peto,

per

per ſuam miſericordiã & interceſſionẽ laudatiſſimæ reginæ Mariæ, deus nouit quid eorũ ſibi ſit acceptius. In uno tamen dñs meus doctor me eſt audatior oſtendens hanc eſſe oratio= nem deo acceptiorẽ, quũ inuocatˀ deus obliuione oĩm creatu rarũ, ſi ut ego feciſſet, neq; præſumpſiſſet hoc ſcire quod ne= ſcit, ſpiritui ſancto non contradixiſſet, qui per Iacob patriar= cham formã dedit orationis, Geñ. xlviij. ubi Iacob ſic dixit, Deus &c. benedicat pueris iſtis, & nomen meũ inuocetˀ ſu= per eos, & nomĩa patrũ meorũ Abraham & Iſaac &c. Quod aũt in noſtris orationibus non ſint obliuiſcẽdæ oẽs creaturæ, oſtẽdit magnus dei amicus Moiſes, qui cũ deo loquutus eſt, facie ad faciẽ, ſicut loqui ſolet homo cum ſuo amico, & ita ora uit Exo. xxij. Recordare dñe Abrahã & Iſaac & Iſrael ſeruorũ tuorũ &c. Si igitˀ hij ueteris teſtamẽti in eorũ deuota oratione non ſint oĩm creaturarũ obliti. Quare nos probi Chriſtiani, ſicut ab initio naſcẽtis eccleſię eſt factũ deũ non moneremus, ut nos exaudire dignaretˀ, & recordari ſuæ dilectæ genitricis Mariæ, ſuorũ dilectorũ ſanctorũ & electorũ. Quod de Iob ait ſuis ſcilicet amicis non fuiſſe præceptũ, Iob inuocare ut inter= ceſſorẽ, ſatis mihi eſt doctorẽ fateri deo fuiſſe acceptã oratio= nem Iob pro amicis ſuis, q̃uis & hic textus etiã primũ potẽter probet. Namq; miſit illos deus ad Iob. Ite dicẽs ad ſeruũ meũ Iob, & ipſe pro uobis rogabit, quare ergo nos tã eſſemus con trarij, & ire recuſaremus ad matrẽ miſericordiæ Mariã, ut & ipſa ꝓ nobis oraret. Ideoq; uos dñe doctor ſuppliciter rogo, quia cõcluſioni meæ, & interceſſioni ſanctorũ aduerſamini, longos ſermonũ circumitus uitare uelitis, & iam tandẽ ſemel ad ſcripturas manus extendere, ſine eñ uerbo dei & ſacris li= teris nõ ſum uos auditurus, neq; uobis reſpondebo, neq; cre dam, huc ſcripturas adferte, ſcripturas inq̃ expoſcimus.

D. OECOLAMPADIVS.

DIlecti Chriſtiani cõqueritˀ D. Eckius me nullas induxiſ ſe ſcripturas, ita ſcilicet faciendũ eſt, quũ qs contemnitˀ,

ideoq; & ſcripturas enumero. Primo inducta eſt epiſtola ad Timoth. ij. cap. de unico mediatore, cui adhuc nõ eſt ſatisfactum, q̃uis eñ pro inuicem rogamus, rogamus ut hij qui ſimul in eadẽ neceſſitate irrhetimur hic in terris. Ignoſcite que ſo mihi groſſum ſum daturus exemplũ. Si multi nequam pro inuicem rogarẽt ante regem quempiã, ſi hij etiã merito interceſſores nominarent̃ & mediatores: nunc uero om̃es peccatores ſumus ante dñm deũ, unicus tantũ eſt iuſtus Chriſtus, ſicut & Chriſtus oſtendit̃ in epiſtola Iohannis, ideoq; & illic nomen iuſti ponit̃. Iohannes enim ſic ait. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ, Iheſum Chriſtũ iuſtũ, hoc uerbulũ iuſtũ nõ illic ponit̃ ſine cauſſa, ſancti aũt in cœlo orationes eoꝝ hic in terris fecerunt pro cõmuni catholica eccleſia, ſicut eccleſiæ membra, quæ ipſoꝝ oratio cum eoꝝ charitate conſtans eſt, nulla eſt hic inuocatio, quantum nobis ex ſcriptura cognitũ eſt. Tertiũ dictũ extractũ eſt ex epiſtola ad Hebr. uerũ & tota epiſtola nos illac dirigit, quod Chriſtũ uti noſtrũ pontificẽ cognoſcamus. Quarto induxi Matthæũ vi. Chriſtũ orare docuiſſe Pater noſter, circa quã orationẽ non aberrabimus. Quinto dictũ induxi, Matth. xi. Venite ad me omnes qui laboratis. Sexto audiſtis Chriſtũ nos ad ſe uocantem, ſicut ad panem uitæ, ad fontem aquarũ uiuarũ, ad uerũ ſponſum, quod nihil aliud eſt quã ſcripturæ, adhuc clamitat quaſi uacuus eſſem oĩm ſcripturarũ. Adhuc tamen & alias ad portabo literas, Ihere. xvij. Maledictus omnis qui carnẽ ponit brachiũ ſuum. Matth. iiij. Dñm deum tuũ adorabis & illi ſoli ſeruies. Iohan. xvi. Quumq; patrem petieritis in meo nomine dabit uobis. Iohan. xiiij. Nemo ad patrem uenit niſi per me. Iohan. x. Ego ſum hoſtiũ, & xv. Ego ſum uia ueritas & uita. Et quid dicã, totæ enim ſcripturæ ad Ieſum nos dirigũt. Quid ergo aliud prædicaremus. Nunc mihi neq; neceſſariũ eſt ſcripturas & ratiões doctoris Eckij ſoluere, quippe quod ille abſq; fundamento ad ſuã concluſionẽ firmandã cõtractæ

ſunt.

ſunt. Eccleſiæ ratione ſæpius nos reſoluimus, quod propter eius ſermones ab eccleſia nõ ſimus excluſi, duramus eñ apud dei uerbũ. De miraculis dixi, quod illa iam difficulter & cum periculo probantur, ſed & dæmon ipſe ſua ducit fantaſmata. Iuxtaq; differentiã oſtẽdi, quã non eo trahere debebat, quaſi aliquid ego fuerã diuinæ maieſtati & omnipotẽtiæ detractu- rus. Ipſe tamen met confeſſus eſt non om̃ia miracula iuſta & recta eſſe. Hæc eñ recta ſunt & uera, quæ dei honorẽ & ſuũ honorẽ confirmãt. Quare quũ deus legem per Moiſen dare uolebat, magna cum eo miracula faciebat. Similiter & in da- tione nouæ legis dñs miraculoſe egerat, quã tamen eiuſcemo di uirtutẽ ſancti deo aſcribebãt, ſicut in ſcriptis apoſtolorũ ha bemus iij. dixit Petrus. Quid de hoc miramini, aut qd in nos reſpicitis, quaſi hanc nos mutationẽ & miraculũ fecerimus. Quamuis eñ Heliſæus miracula fecerit, non tamen poſt eius mortẽ fuit inuocatus, quod hic probandũ expediret. Vbi ue- ro miracula fiunt contra dei honorẽ, aut aduerſus uerbũ ſuũ, ex deo non ſunt, quorũ multa & antichriſtus operat̃, & factu rus eſt, ſicuti eſt quũ ex eo homo in fide infirmior reddit̃, deũ æſtimans in uno loco cæteris locis clementiorẽ, aut quod ſuã uirtutẽ imaginibus infuderit, unde etiã multæ inutiles pere- grinationes ſunt ortæ, licet apud eaſdẽ multi hominũ ſe met conſolati ſunt. Opus aũt eorũ, quum ex fide non fluxerit, bo num cenſeri non poteſt. Sæpe etenim cõtingit deum ob pec- cata hominũ permittere falſa miracula tardiſſime manifeſta- ri. Vltra aũt quod eorũ cõmendat humilitatẽ ad ſanctos con- fluentiũ, & de nobis qui in ſolũ Chriſtũ ſperamus, dicit quaſi inuerecundos nos eſſe & præſumptuoſos, nec Chriſtiane hu miles. Dico nõ minus humiles eſſe poſſe, quum in ſolũ Chri- ſtum ſiditur, quã ſi etiã alij petant̃ interceſſores. Et quilibet quo plus Chriſtũ cognoſcit eo ſit humilior, & econtra, quan to quis humilior eſt, Chriſtũq; cognoſcit, cum maiore conſo latione ad Chriſtũ uenit, altera uero humilitas defert ſecum

ſidei defectũ. Quod aũt dicit Chriſtũ nos habere pro noſtro patruo. Ita dico, & quare hoc non faceremus, quum nos fratres ſuos nominarit, patremq́ cœleſtẽ & deum noſtrũ patrẽ, hoc a fide eſſet deſciſſere & a fiducia. Præterea nos pl9 ſanctis tribuimus in terris quã hijs qui in cœlis ſunt, tam &ſi non doceamus eos inuocare, pro illo enim non ſunt ſcripturæ, multo enim maiorem habent feruentiorẽ charitatẽ, admittimus quoq́ ut orent. Sed ne quid periculi ſit, & ex alijs cauſſis utilius nobis eſt ad deũ dirigi & conuerti. Talis aũt non eſt curæ trepidatio, quum proximũ rogo ut pro me oret, ſicut uos dicitis, qualis eſt apud defunctos, hoc enim ubi eſſet, merito & ibi abſiſteret. Alterũ doctoris ſermonem quũ dicit ſe etiã ad alium dicturũ proximũ uade ad Chriſtũ, Chriſtus tibi ſufficit, optime ſcio Chriſtianũ amorẽ habentẽ hoc non dicturũ, charitas equidẽ illũ orare docebit, uno enim membro ægrotante, alia ſibi membra cõpatiuntur. Ipſe uero quod ad eiuſmodi inuocationẽ adhortat̃, uobis cenſendũ relinquo, ne utilius ſit ad eum dirigere, qui illud præſtare poteſt, cuius apud nos eſt uoluntas, qui promiſit, quam ad aliũ quempiã, apud quem huiuſcemodi conditio non reperit̃. Vltra æſtimat doctor Eckius hoc nõ eſſe ſidei derogatiuũ apud defunctos, ſed ſeipſum docet, nunquid hic maiorẽ in ſuũ dñm fiduciã repoſuit, qui met dñm adgredit̃, quam is qui alios ad ſe ſeruos aſſumit, &ſi non æſtimarim etiã apud ipſos imperfectiõis quiddam reperiri. Inducit etiam Chriſtũ Mariã honoraſſe ut matrem ſuam uenerandã, & non fuit hoc derogatiuũ diuini honoris, optime mihi placet ut bene uenerer̃, ſed eo ſolo honore nobis a deo demandato, ut ſcilicet Chriſtus in eius uirtutibus laudetur. Quod aũt honor dei cõmuniter apud ſimplices poſtponat̃, eo apparet, quum pro ſancti alicuius honore petitur, peteti concedit̃, & quum pro dei amore petitur, is non exaudit̃, ſæpius hoc fit. Recognoſco tamen atq́ cõfiteor ſanctorũ beatitudinẽ inenarrabilẽ, ſed ad hoc non conſequit̃, ut

illę

illehonor eis impendatˉ, qui ſolius eſt Chriſti, & qui nos ad Chriſtũ ducit. Quod aũt templum ædificatũ fuerit in honore ſancti Petri, certas non habemus hiſtorias, alioqui in uita ſua ſe ut deũ adorari non fuiſſet paſſus, ſicut nec Paulus neq; Barnabas hoc paſſi ſunt. Ex ueteri lege ultra de Moiſe ait, quod interceſſor fuerit nihil hoc probat pro defunctis. Liber Machabæorum quia dumtaxat propter martyrũ exempla acceptatus eſt (diuo Auguſtino met teſtificãte) ſino eum in ſuo ualore manere, quũ alioqui ſomniũ nihil probet. Etiã ſi pro uera uiſione reputaretˉ, potuit in hoc ſomnio Onias figura fuiſſe Chriſti, ſicut & in alijs plæriſq; ſomnijs & uiſionibus. Sed & ſua æſtimatiõe fortes & efficaces inducit ſcripturas ex xlviij. cap. Geneſis, ubi habetˉ Iacob dixiſſe nomen meum inuocetˉ ſuper ipſos, & nomina patrũ meorum Abraham & Iſaac, ſi aũt ſermonis conditionẽ cognoſceret, non hæc dicta in lucẽ pro ferret. In ueteri nãq; lege, nomen alicuius ſuper aliquo inuocari, tm̃ eſt, quaſi eiuſdẽ ſit generatiõis, Eſa. iiij. cap. ibi dicũt ſeptem mulieres quæ unũ apprehenderunt uirũ, panem noſtrũ comedemus, & ueſte noſtra operiemur, tm̃ nomen tuũ ſuper nos inuocetˉ. Hic adparet inuocare ad orationẽ nõ pertinere, ſed mens eſt ut is uir eius ſit, & ipſa ſuo nominetˉ nomine. Sicut & Hiere. xiiij. habetˉ. O dñe in medio es noſtri, & nomen tuũ inuocatũ eſt ſuper nos, hoc tm̃ eſt quod populus dei nominamur. Sic etiã dictũ Geneſis intelligi oportet, non ẽm Iacob patriarchã inuocarũt, Iacob patriarcha ora ꝓ nobis. Vltimo dicit Moiſen Exo. xxxij. orare. Memento Abraham Iſaac & Iacob, magna eſt in deũ confidentia, memorẽ eſſe fœderis & promiſſionis Abrahæ Iſaac & Iacob factæ, quãuis ad huc non ſit tam audax Moiſes ut dicat Abraham ora pro me. Sicut igitˉ hij ueteris teſtamẽti deum ut eorum recordaretˉ, monuerũt per Abraham Iſaac & Iacob, ſic & nos deum monere debemus ꝑ Chriſtũ Iheſum, in quo reconciliationẽ habemus ut fœdus cum patre cœleſti, hoc iam ad illa reſponſum ſit.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Ante hac quãdo dño meo doctori ſupplicauerã, ut noua adferret ſcripta, hæc ſcripta putarã per me non prius ſoluta, ibi iactãter ſex ſcriptu rarũ loca induxit, ad noſtrã propoſitã cauſſam deſeruientia, quaſi riſu quærat, quis huc accedit. Verba Pauli renouat ad Timothæũ, quæ tamen potenter ſcripturis declaraui & expoſui, quod ſanctorꝝ interceſſiones non impugnant, ibi manere ſino. Ad ſuũ tamen groſſum exemplũ de nequã nebulonibus. Dico noſtræ terræ morem eſſe, nihil cum nequã nebulonibus teſtificari. Ego illi per Moiſen propoſui, qui pro populo orauit, & Iob pro amicis, & erant hij meliores peccatoribꝰ pro quibus orabant. Quamuis etiã ſcd'm eius groſſum exemplum, nequam unus pro altero quiddã impetrare poſſet, & oporteret eum nihilominus fateri interceſſorem. Neqꝫ deus ſemper proborꝝ interceſſiones reſpicit, quum alij præ maiore malitia gratia non ſunt digni, ſicut dñs ad Hieremiã dicit xv. Si ſteterint Moiſes & Samuel corã me, nõ eſt anima mea ad populũ iſtum, hic textus efficaciter oſtẽdit interceſſiones ſanctorꝝ. Quod ultra doctor dicit, etiã & beatos habere diuinum amorem, ſint tamen extra anguſtias, ideo & illos inuocare non debemus. Hic perpendite queſo probi Chriſtiani, quale nobis hic decoquit intricatũ pulmentariũ. Sancti etiã in Chriſto membra ſunt, etiã & ad nos fraternã habent charitatem, rogantqꝫ pro nobis, uellentqꝫ nos ab anguſtijs liberari, ſicut & ipſi liberati ſunt, & nos eos inuocare nõ debemus? Nunquid hæc groſſities eſſet ſiue ruſticitas, & contra omnẽ rationẽ, quod amicos tam bonos, & ad ſeruiendũ nobis tam beneuolos haberemus, & nõ inuocaremus eos pro ſeruitio, hoc quilibet ponderet probus homo, quomodo hoc ſibi licere putabit. Grande feſtũ fecit nos apud dñm deum habere aduocatũ iuſtũ Iheſum Chriſtũ, quis ei in hoc aduerſatur, quis Chriſtũ pro aduocato habere recuſaret, ſed in qua nam ſcola

didicerunt

didicerunt. Si Chriſtus aduocatus ſit, ideo & ſancti aduocati & interceſſores eſſe non debent uel poſſunt, quum utrumq; ſimul ſtare poteſt. Ideoq; & omnes credimus Chriſtū noſtrū aduocatū & gratiā eſſe, ſicut doctor inducit epiſtolā ad Heb. Ad quod firmandū addo Paulū ad Ro. v. &c. Hic aūt argumentum facit ex calibe fabre factū, Matth. vi. quod orare debeamus, Pater noſter qui es &c. ideo & ſancti non ſunt inuocandi. Videte queſo probi fideles, quibus uos conant̄ abſtrahere a ſanctorꝫ inuocatione ſine ullo fundamēto. Quid nam hoc ualere poteſt, Chriſtus nos docuit orare pater noſter, ergo orare non debemus Aue maria, adapta te ſotular. Quādo ergo adimplebit̄ Mariæ prophetia Lucæ i. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omēs generationes. Aliud quoq; pulchrū habet argumentū, Chriſtus ad ſe uocat oēs oneratos Matth. xi. ideo ſancti nō ſunt inuocādi, at ego reor non multū Chriſto abeſſe, qui ad ſanctos adpropinquat. Niſi non ſit uerum quod dn̄s Iheſus ait, patrē ſuū cœleſtem precatus, ut ubi ipſe ſit, illic ſit & miniſter eius. In ſumma per ſanctorꝫ interceſſiones ſperamus atq; deſideramus ad Chriſtū uenire, permaneo ut prius eſt ſcriptū. Poſt hæc Iheremiā inducit xvij. qui ut illi deſeruiat corā ſimplici uiro, incurtat & abſcindit illū, ego uero eum totū in lucem ponā, ita em̄ habet. Maledictus homo qui cōfidit in homine, & ponit carnē brachiū ſuum, & a dn̄o recedit cor eius. Attēdite uos probi hoc nulla uia ſanctorꝫ inuocationes reprobaſſe, ſed maledicit̄ homo cuius cor a dn̄o recedit, quod tamē in nobis Chriſtianis non eſt, qui ob id ſanctos inuocamus, ut cor noſtrū cum deo uniat̄. Vltra inducit Matth. iiij. Deum tuū adorabis & illi ſoli ſeruies, ideoq; non uult ut ſanctis ſeruiamus. Dico dn̄m doctorē bene ſcire quale ibi uerbū habeatur grecū latreſſis ſcilicet, quod cultū ſonat ſoli deo debitum, quem a Chriſto diabolus ipſe expoſcebat, quod a ſanctis longe abſit, non enim ignoramus oēs ſanctos non eſſe deos, ſed dei amicos, ideo & illos inuocamus tanq;

dei

dei amicos. Poſt hæc Iohan. xiiij. Nemo uenit ad patrem niſi per me, uerum eſt, ſed neq; dilecti dei nos aliam ducēt uiam quā ad Chriſtū, iam neq; hoc ſanctis aduerſum. Ego ſum uia' ueritas & uita &c. ibi Iohan. xiiij. non xv. Sic etiam Chriſtū eſſe hoſtiū, Iohan. x. Male fidunt in ſanctos pars aduerſa, timentes ſanctos nos per aliud hoſtiū ducturos, quā per Chriſtum. Non, non, probiores enim ſunt ſancti, pluſq; nos diligunt, ſuntq; deo acceptiores, ut nos per aliud hoſtiū ducerēt quā per Chriſtū, inducit uerba Chriſti Iohan. xvi. ut in eius nomine petamus, quaſi in nomine Chriſti non peteremus, quū ſanctos inuocamus. Pars aduerſa nobis Chriſtianis impingit, quaſi omnē ſpem noſtrā in ſanctos collocatā haberemus dn̄m Iheſum uel negligēdo, uel certe in locū quempiam ſeponendo, ſcientes ſe nobis iniuriā irrogare, nouerunt inq; eccleſiæ conſuetudinē, qualiter collectas & de ſanctis oratio nes claudit, per dn̄m noſtrū Iheſum Chriſtū. Iterū uult Chriſtum totum eſſe & omnia, quod illi non grauatim concedo, ſi & ipſe confiteretur ſanctos nobiliora eſſe Chriſti membra. Aegro fert animo ſanctorꝫ miracula dicens nos cognoſcere debere uera miracula ſola fieri ad dei & fidei honorē. Reſpon deo horꝫ procul dubio multa fuiſſe facta per ſanctos, quāuis hoc uerū non ſit, miracula ſolū eam ob cauſſam fieri, ſed deus per ſuā miſericordiā quandoq; multa facit miracula in fideliū conſolationē, & gaudiū cordiū deſolatorꝫ. Hoc aūt licet probis cognitū ſit, ſciētes ſanctos multis adiutorio fuiſſe per eorꝫ inuocationē in maximis anguſtijs conſtitutis, ex ſuperabundanti tamen & hoc ſcriptis probabo Act. ix. Quando Chriſtiani & uiduæ Petrū circumſtabant oſtēdentes ueſtes quas illis Dorcas in conſolationē fecerat, & in pauperū ſubleuamen, reſuſcitauit illam Petrus per ſuas orationes ubi bene ſci endum Chriſtianos non ſine medio pro Dorca orauiſſe, ſed per diui Petri inuocationē, quamuis mendicus erat, probus tamen erat & non nequā, ſicut doctoris groſſum exemplum

ſonabat

ſonabat. Argumentum meum adhuc (ut petra) ſtat firmum. Quum miracula fiũt in ſanctorꝫ inuocatione, non poteſt dicere doctor omnia per dæmonis uerſutiã & phantaſmata fuiſſe facta, ſat ergo mihi eſt, aliqua uera miracula fuiſſe facta, quæ efficaciter ſanctorꝫ oſtendunt inuocationẽ, ſicut heri ex Marco probatũ eſt. Alioqui per ſuã omnipotentiã deus probos Chriſtianos per miracula ſeduxiſſet, decepiſſet, quod a Chriſtiano corde longe ſit alienũ cogitare, Heliſæũ non induxi quaſi fuerit inuocatus, ſed per hoc potẽter obtinetur, ſi Heliſæus iam mortuus, mortuũ ſuſcitauit nõ rogatus, quanto magis nobis credendũ eſt, etiam & noſtros ſanctos facere miracula per nos non rogati. Vult doctor contra ordinationem & uſum totius Chriſtianę eccleſiæ, quod deus uel ſancti non plus in uno loco honorentᷣ quam in alio, ſicut fit in heremitorio diuæ Mariæ & in Loreta &c. Audio quidem eum dicere, ſed ſcripturis probe intellectis nunꝙ hoc probabit, hoc opus ex fide uenire negat. Nunc libenter audirẽ, uel unũ qui in Aquiſgranũ peregre proficiſciť, uel ad heremitoriũ diuæ Mariæ ad uirginẽ glorioſam abſq; fide, ſi non credit non ibit. Plane uideť quã Chriſtiani noui ad eccleſias ire contendunt, Gen. xxviij. mirať Iacob de loco ubi iacuerat dicẽs. O quam metuendus eſt locus iſte, hic non eſt aliud quã domus dei & porta cœli. Exo. xxiij. oſtendiť quod ter in anno celebrandũ fuerat feſtũ, Chriſtus met ipſe ſpecialiter ſæpius in templũ uenit, conteſtatus domũ eſſe orationis. Vult ne his temporibus nulla magis haberi differẽtia inter eccleſiã & tabernã, ut non ſit locus unus altero præſtantior. Apoſtoli aſcenderũt in templum ad horã orationis nonam, & met ipſe deus ſuã omnipotentiã in miraculorꝫ operatione, in uno loco plus oſtẽdit quã in reliquo. Hoc ſi qs negaturus pergat, neceſſe futurũ ut uniuerſus orbis illi mentiať. Dixi peccator ex humilitate ad deũ ire non audens ſanctos inuocat, hãc humilitatẽ parui pendit apud nos dñs doctor. Ego uero dico ſcripturas docere, quod

& diuus Paulus ad Hebræos renouat, deum ſcilicet eſſe ignẽ cõſumentẽ, quare nõ immerito nobis timemus ab hoc igne, ideoq; & ſanctos ut mediatores inuocamus. Iterũ doctor cõceſſit ſanctos pro nobis orare, & quemadmodũ nunc dicit, quod illud nunq̃ abnegarit. Libẽter igitur audirẽ quonam modo hoc ſimplicib⁹ Chriſtianis propoſiturus eſſet, ſanctos pro nobis orare, & nos eos inuocare non debemus, noſq; in gratiores ſanctos pro eorũ interceſſione uenerari non deberemus. Adhuc unum ſcire cuperẽ, quũ pro nobis ſancti orẽt, quare ipſe cum ſuis nouis prædicantibus in Baſilæa reliquerunt cõmunẽ Chriſtianæ eccleſiæ ordinationẽ, & expreſſiõe inuulgarunt nouã ordinationẽ, in qua litaneiã abrogarunt, qua Chriſtiani utuntur, Sancte Petre ora pro nobis, Sancta Maria ora pro nobis. Illud quomodo ſe adaptabit dilecti pro biq; Chriſtiani, Mariam & diuũ Petrum pro nobis orare, & in eccleſia dicere non deberemus, Sancta Maria ora pro nobis deum, hoc præſentibus auditoribus & futuris lectoribus cognoſcendũ relinquo. Aeſtimat hunc Chriſtianũ amorem non habere, qui proximo diceret, neceſſe nõ habes ad me recurrere, ut pro te orem, met ipſe Chriſtũ abſq; medio depreceris. Dico & me ſic uelle. Si enim poteſt homo peccator in terris ex Chriſtiana charitate cum parua gratia pro me orare, quanto plus dilecti ſancti, qui & ipſi membra ſunt Chriſti, pluſq; ad nos fraternã habent charitatẽ, etiã pro nobis orant, ſicut angelus pro Iudaico populo ſibi cõmiſſo orabat Zach. i. dicens. Dñe exercituũ uſq; quo tu non miſereberis Iheruſalẽ & urbiũ Iuda. Si hoc cõmunis facit angelus pro toto ſuo populo, ſicut & Daniel oſtendit, quare non cuiuſq; hominis an gelus etiã pro eo deum oraret. Nunc aũt angelus beatus eſt, quare ſancti beati nobis ſunt proximiores, fratres etiã pro nobis orant, quando eos inuocamus. Similitudinẽ attulit ſeruũ hunc ſuo dño plus fidere qui met eum rogat, quã ut alium ad eum mittat. Dico ſi ſeruus inimicus eſſet dñi, reputareẽ plus

iuſto

ſuſto audatior & temerarius atq; præſumptuoſus, ut merito dñs dicere poſſet, nequã quur te audes oculis meis præſentare. Quare aliqñ bonũ & neceſſariũ eſt quærere mediatorem, dñs em̃ hos petit, & tales mediatores, quod ut uerũ ſit ſcripturis ꝓbo, Ezech. xxij. Et quæſiui de eis uirũ qui interponeret ſepem & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, ne diſſiparem eam & non inueni. Hic deus mediatorẽ exoptauit ex populo & non inuenit eũ ꝓpter eoꝝ iniuſtitiã. Nos aũt quia dilectos ſanctos inuenim⁹ dei amicos, quare eos excluderemus. Qualiter aũt Maria in deo honorat̃, apud heſterna dicta ꝑmaneo. Quod aũt ueniens Picardico utit̃ argumẽto, ꝗa plærıq; men dicis dant ob ſanctoꝝ honorẽ, qui illis non eſſent daturi ob diuinũ amorẽ. Reſpondeo nullũ abuſum ſum ego ꝓbaturus. Non tñ credo in uniuerſo orbe unum ex Chriſtianis tam eſſe ſtultũ, quũ uel dat uel aliquid facit ob alicuius ſancti honorẽ, eius non eſſe præcipuã mentẽ uel intentionẽ ad diuinũ honorem illud impẽdiſſe. Qui em̃ ob ſancti dat honorẽ, idem hoc dat ob diuinũ amorẽ & honorẽ, qui dñs eſt & coronator ſanctoꝝ. Reuoluitq; ſe doctor in dicto Machabęoꝝ, dicens Auguſtinũ fateri hunc librũ ab eccleſia receptũ, quippe quod in eodẽ aliquoꝝ martirũ paſſiones deſcribant̃. Hic ego cauſſas non quæro, ob quas liber quiſq; receptus ſit. Satis mihi eſt eccleſiã hunc librũ acceptaſſe pro ſacris literis, ideoq; & ualere debet. Ad hoc reſpondere conat̃ ſomniũ fuiſſe dicẽs, ſed ego et reſpõdeo diuinas reuelatiões ut plurimũ in ſomnijs factas, ſicut cum Iacob Geñ. xxviij. Sicut cum Abimelech Pharaone &c̃. cum Ioſeph uiro Mariæ &c̃. Nunc aũt textus hic clare loquit̃ uiſionẽ aut ſomniũ fuiſſe ſide dignũ, ſi ergo ſcriptura ſide dignũ recenſet. Quare ergo quiſq; Chriſtianoꝝ non crederet. Vltra dicit etiã ſi hoc ita eſſet, fuiſſet nihilomin⁹ Onias figura Chriſti. Dicite ergo dñe doctor cuius figura fuerit Iheremias, ſupra quem Onias indicauit. De eccleſia Petri credere recuſat, hiſtoria francoꝝ hoc ita credibiliter recenſet,

& adhuc pro uero habet, illic ego manere ſino. Optime ſcit Petrũ noluiſſe deum eſſe, ſummus adorationis honor ſoli eſt deo exhibendus, ſicut & angelus Iohanni dixit Apocal. xix. Sancti tamen adhuc uenerãdi ſunt, quãuis illic attenta Iohannis ſanctitate, quodq; tam impenſe a Chriſto dilectus fuerat, admittere noluit ut ſibi exhiberet honorem. Vltimo ad uerba Iacob. Et nomen meũ inuocet̃ ſuper eos &c̃. adportat ualde peregrinũ intellectũ, dicens eſſe conditionẽ ſeu naturã Hebraici ſermonis. Nunquid hæc eſt pulchra cõditio ſcripturas ſacras interpretandi, uerũ dilacerãdi, quid opus fuerat Iacob orare, ut duo illi pueri ſui eſſent generis, prius eñ ſui generis erant, erantq; filij ſui filij Ioſeph. Neq; ullus eſt in toto orbe Hebraici nõ expers ſermonis, qui eo modo id intelligat ſicut doctor, quod aũt intellectus eius perſtare non poſſit, ſcripturis probo Nu. vi. ibi de ſacerdotibus deus dicit. Nomen meũ inuocabũt ſuper filios Iſrael, & ego benedicã eis ubi clarũ eſt & lucidũ hoc ad orationẽ pertinere. Sicq; ad orationẽ & non ad genus tendũt uerba Ihere. xiiij. Quod aũt Eſa. iiij. inuocare aliter accipit̃, facit ſubiecta materia, q̃a ibi neq; de deo ſermo eſt, neq; de oratiõe. Sic adhuc ſtat dictũ orationis Moiſi, Exo. xxij. firmũ Moiſen in oratiõe ſua, creaturæ non oblitũ. Ex quib⁹ oib⁹ æſtimo manifeſtũ quã efficaciter & potẽter inuocatio & ſanctorũ interceſſio, ſcd'm ritũ & uſum eccleſiæ in toto orbe obtẽta ſit & p̃bata, deo laus & oib⁹ electis ſanctis.

D. OECOLAMPADIVS.

DEus oĩbus nobis concedat ueritatis cognitionẽ, Amen. Dilecti Chriſtiani hodie audiuiſtis quã aſpernanter ſermones meos, & quã iactanter ſuos D. Eckius induxerit. Iam igitur peto beneuole audire dignemini meã fundamẽtalẽ & uerã excuſationẽ. Principio ei ſimilitudo diſplicuit, quũ aliq nequã pro inuicẽ rogãt. Iuxtaq; mentio facta eſt, cum nequã uiris nihil probari, qui me audiuerũt bene intellexerũt, neq; me ſanctis in uita, neq; in morte iniuriam irrogaſſe. Nunc in

ſcripturis

ſcripturis neq; alienũ eſt neq; peregrinũ, etiã de malis ſimili-
tudines inducere. Chriſtus inq; exemplũ de falſo iudice indu
xerat Luc. xviij. de uſurarijs & res dñicas ſeu uillicatiõis ſuæ
male adminiſtrantibus. Reperimus quoq; & alia exempla, ſi
cut & apud prophetas inueniunt, nã & ſancti dei ſe met pro
peccatoribus confeſſi ſunt. Non parua res eſt ſe uere peccato
rem nominare, omnes nobiſcũ orarunt. Dimitte nobis debi-
ta noſtra. Peccauimus iniquitatẽ fecimus cũ patrib9 noſtris.
Et Iob ipſe inductus dixerat, Omnia opera mea expaueſco.
Dauid aũt dixit, corã te non iuſtificabit omnis uiuens. Quã
obrem & Paulus ad Romanos concludit, uniuerſum orbem
peccatis ſubiectũ, ut hinc dei miſericordia cognoſcat & elu-
ceat. Secundo quod recte docuerimus ad Chriſtũ unice refu
giendũ, ſufficientes induxi ſcripturas, quarũ neq; D. Eckius
unicã ſufficienter enodauit. Debuiſſet eñ efficacia dicta unũ
uel plura his meis dictis oppoſuiſſe, deum nobis præcepiſſe
mortuos inuocare quod non fecit neq; facere poteſt, uniuer-
ſæ enim ſcripturæ ad Chriſtũ dirigũt. Chriſtus finis eſt legis
unicuiq; credenti ad Romanos. Ad Heb. x. ex Pſal. dicit, In
capite libri ſcriptũ eſt de me, ipſe uero quod æſtimat ad ſan-
ctos euntem, etiã ad Chriſtũ uenire. Ego aũt nos ut fidos mi-
niſtros mallem (ut tenemur) proximã nos docere uiam, mox
ad Chriſtũ ueniendi. Quid hoc eſſet, ſi quem ad Baſilẹam di-
recturus, dicerẽ ei uade in Bernã, poſt in Solodorꝫ, tandẽ in
Baſilæã quæſiturus, quũ tamen ſcripturis abſq; ullo formidi-
ne primo ad Chriſtũ eum dirigere poſſum, neq; me docet ſcri
ptura ad hunc uel aliũ ſanctũ dirigere, utiq; eſſet hoc circum-
ducere. Vltra ex me ſcire poſtulauit, quare in terra degentes
pro eorꝫ interceſſione rogamus, & non eos qui in cœlo ſunt,
ſuper quo prius reſpõdi, unũ ſcilicet ſcripturas iubere, alterũ
uero non, multa de ſanctorꝫ ueneratione induxit, & quod
orent, quod illi non fuerat neceſſariũ, ſufficiẽter enim hoc ei
heri conceſſum eſt, potuiſſet iſto totũ expediſſe, ut ſancti ſuo

honore debito uenerarent. Et eo quoq; expediſſe potuiſſet, ſi fundamentales ſcripturas induxiſſet defunctos ſanctos inuocandos. Adportat quidē aliqua dicta ſibi tamen nō deſeruientia, ſicut Lucæ ij. in Magnificat Maria dixit. Beatam me dicent omnes generationes, interrogans quomodo hoc adimpleri queat. O uos dilecti Chriſtiani, ſi Mariam fatebimur puram & uenerabilē dei genitricem, cui plus eſt gratia data quam angelis uel alijs hominibus, & hanc laudem iugiter exclamauerimus, eam admiramur ut beatam, ſicut uniuerſa facit Chriſtianitas, ex tunc ego prophetiā æſtimo adimpletam. Neminē nos prohibemus ne aue Maria dicat. Neq; indigno feret animo, ſi pater noſter orabimus, plus equidē nobis rei in deo repoſita eſt quā in Maria. Dictū Hiere. xvij. cap. uult me infideliter expoſuiſſe, uerū eſt breuitati me ſtuduiſſe, ideoq; nihil neglectū eſt, nam quod addendū fuerat. Maledictū ſcilicet hominē, in hominem fidentem, & carnem ponētem brachiū ſuum, cuius cor recedit a dn̄o, etiam fit quando non unice in Chriſtū ſperat. Iudæi enim eo tempore iuxta ſacrificia quæ deo offerebāt, auxilia a Babilonijs & Aegyptijs quærebant, ſicut iam & iuxta Chriſtū refugia quæruntur aliorꝫ mediatorꝫ, inditium eſt hoc imperfectæ fidei. Quare & propheta ultra dicit. Benedictus uir qui confidit in dn̄m, & dn̄s erit ſpes eius. Ad dictū Matth. iiij. quod ex libro Moiſi, Deutero. extractū eſt, ut dn̄o ſeruiatur, ſicut me doctor Eckius direxit ad græculū uerbum latreſſis, ſic & ego eum dirigo ad Hebræū abad. Diſtinctio hæc de latria & dulia dupliciū ſeruitutum in ſcriptura non eſt fundata. Vltra certus ſum apud omnes Chriſtianos optime nos poſſe contentari, Chriſtum nobis omnia eſſe cum quo ſatis agere habemus. Oportet ut exemplū referā toti deſeruiens cauſſæ. Si ſol mileſies clarior abſq; ulla læſione oculorꝫ intuendus eſſet, & cum magna delectatione eſſent & multa milia paruarū candelarū, quæ lumen a ſole reciperent & ſplendorē, & præ magnitudine, claritate

ritate, ſplendore ſolis huius candelulæ parum reſplenderent, eſſem ego ob id ſeruus infidelis ad paruas candelulas non recurrens, ſed ad lumen oīm delectabiliſſimū. Nunc Chriſtus dn̄s noſter ineffabiliter delectabilior ſol eſt, qui fideles uere illuminat, ſancti quoq; Dei & ſi uenerabiles ſint, digniq; magno honore, nihilominus Chriſto comparatæ, ut candelulæ ſunt minores, dei enim ad creaturā eſt non æqua cōparatio. Quicunq; Chriſtianus eum uere cognoſcit, de me non multam expoſcet rationē. Omnia illi amara & parua reputabuntur, ſoluſq; Chriſtus ei magnus eſt atq; dulceſcet. De miraculis confitetur doctor Eckius mecum multa ex deo non fieri, quæ aūt fiunt in fideliū conſolationem, etiam ad diuinū honorem pertinent. Quum enim quiſq; fideliū finalem conſolationem aliter quam in deo quærit, eam facit conſolationem idolū miracula, Marci ultimo confirmant uerbi ueritatem & non ſanctoꝵ inuocationem. Hoc etiam de Heliſæo dictum ſit, multis uerbis de templis inductū fuit, quaſi diſcretionem non poneremus neq; differentiā inter eccleſiā & tabernas, quod noſtra non eſt opinio. Ex euangelio namq; Iohan. iiij. ubi docemur patrem adorare in ſpiritu & ueritate, oſtenditur & tempus futurū, ubi neq; in Hieruſalem, neq; in monte Samariæ inuocabit̄ deus, quaſi diuinus cultus uel tempori uel loco eſſet alligatus. Ah deum undiq; miſericordē reperimus, eo tamen addito, ut recta fide ad eum deueniat̄, non plus eſt cum templo in noua lege ſicut fuit in antiqua. Satis inq; S. Steffanus nobis recenſet in Act. Apoſtoloꝵ vij. cap. Ideo iam templa habemus ut ibi uerbū dei audiamus, & ut cōmunibus orationibus deo grati ſimus, eumq; inuocemus, utq; nos per ſacramēta in Chriſtiana charitate uniamus. Quod aūt deus aliquādo in uno loco plus ſuā om̄ipotentiā oſtēdit quā in altero æque extra eccleſiā fit ſicut intra. Quæſiuit deniq; & a me doctor Eckius quo nā modo ingratitudinis nos excuſare poſſimus, & q̄re dilectos ſanctos tā nobis fauorabiles nō inuocamuss.

Dico

Dico ſanctos nos gratos habituros, quando Chriſto grati ſu
mus, pluſq; hoc eis placet, quam ſi nos cum eis impediremus
alioqui deos ex ſe facturi. Aliã quoq; induxit quæſtionẽ, no
ſtræ litaneiæ cauſſa, qua apud ægrotos plærīq; noſtrũ Baſileę
utimur, uellens omnes tenorẽ illius audiſſe cõpertũ futurũ,
ut neq; Chriſti, neq; apoſtolorũ, ſed neq; aliorũ ſanctorũ ho-
nori quicq; fuerit detractũ. Illæ enim ordinationes noſtræ in
ſe dei beneſitia ſanctis exhibita cõplectunť, quibus & nos in
fide fortificamur. Certus ſum ægrotos ex eo plus ædificari,
quam ſi totũ pſalteriũ ab eis non intellectũ illic præſenter im-
murmurarint. Neceſſariũ nobis eſt noſtris eo modo prouide
re, ut in extremo die reſpondere ualeamus. Comparenť eorũ
antiquũ obſequiale, & noſtrũ mox cõpertũ futurũ, quod il-
lorũ uerbo dei plus congruat, ægrotiſq; magis fuerit conſola
toriũ, quod utilius eſt facere debemus atq; docere. Præterea
poſthac dictũ ad Hebræos induxit, deum eſſe ignem conſu-
mentem, quare nos peccatores liberũ non habeamus ad deũ
accedendi aditum, & ob id neceſſaria ſit ſanctorũ inuocatio.
Vellem doctorẽ Eckiũ hoc nobis propoſuiſſe mediũ, quod
in epiſtola habetur, in qua ad Chriſtũ Iheſum dirigimur, per
quem liberũ habemus aditũ, quæ nos epiſtola ad defunctos
ſanctos non remittit neq; dirigit, neq; pro ulla præſumptiõe
habemus aliquando nos peccaſſe, de quo iam doleamus, ut
met dñm noſtrũ adgrediamur. Paterne inq; nos (ut filiũ pro
digum) excipiet. Ego ob doctoris exemplũ pudeſio deũ nos
ita excepturũ, quẽadmodũ ipſe dixit, at ſi de peccatis noſtris
non doleamus, neq; per ſanctos quicq; impetrabimus. Ad
Ezechielis dictũ reſpõdeo non extẽdi ad uita defunctos ſan-
ctos. Vltra ad librũ Machabæorũ illud ego pro ſuo ualore te-
neo, is eñ qui ſcripſit met ipſe fateť ad libri calcem. Et ſi qui-
dem bene & ut hiſtoriæ competit, hoc & ipſe uelim, ſi aũt mi-
nus digne concedendũ eſt mihi. Hic clare uideť hunc librum
non inter diuinos & probatos libros habendũ. Vbi eñ deus
loquiť

loquiṫ, cauſſa in nullũ dubiũ reponi ſolet, quare hic in proxi-
ma reſponſione ſtatur. Neq; ibi habet quod illic Oniam in-
uocarint. Ad dictũ Geñ. xlviij. nimiũ mihi D. Eckius impin
git, me ſcripturas dilacerare, dixit ſermonis cõditionẽ hoc in
ſe non habere, iuxtaq; conceſſit Eſaiã iiij. capite ita exponi de
bere. Ego ſcripturas per ſcripturas expoſui, cuius mihi hiſto-
ria prębet teſtimoniũ, filios Ioſeph in quieta fuiſſe poſſeſſiõe,
in terra promiſſionis Iacob quoq; illis Sichem addidiſſe, quo
Iacob dilectiores noti eſſent, habueruntq; plus cæteris præ-
rogatiuã, quare eo magis cæteris dicti fuerunt eſſe Iacob. Be
ne nouit D. Eckius decẽ tribus filioꝝ Iacob Iſrahel nomina-
tos, & eoꝝ rex ex tribu Effraim. Nunc aũt Iſrahel nomen eſt
Iacob, aliæq; duæ trib⁹ nomen a Iuda habuere. Quod Nu. vi.
inducit nihil ibi habetur de inuocatiõe nominũ quorũcunq;
hominũ ad deum deſeruit, neq; ibi ponitur uerbulũ, quod in
Geneſi poſitũ eſt. Sicq; compertũ habetur doctorem Eckiũ
nullum adhuc dictũ induxiſſe, quo abducere poſſit dicta in
contrarium adducta. Quod in Hieremia habetur conditio-
nale eſt ſcilicet ſi admitteretur, ſi ita eſſet, neq; cõceſſum neq;
faſſum. Quibus libenter concluſerim, & ſcripturis cõmiſiſſe
uoluerim, niſi aliquid noui a me petatur.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Ex hoc prolixo
ſermone ſæpius ante ſic facto, perpendit charitas ueſtra plæ-
roſq; extra ciuitatẽ in territorijs ueritati parcere, doctorẽ ad
mihi contradicendũ aientes non ſufficiẽter audiri. In ſumma
uos rogo fideliter memoriæ mandandũ doctorẽ confeſſum
ſanctoꝝ inuocationẽ, quã Zwinglius, frater Stiffel, & eis ſi-
miles noui Chriſtiani negant. Simplici uiro proponit, nihil
me ſcripturis probaſſe, oẽmq; rem ſuam iugiter apud ſcripta
manere. Dico breuiter neminẽ ſibi met bene ſentẽtiã dicere
poſſe, hoc nãq; in iſto anno non admittiṫ, ut ſui met quiſq; ſit
iudex. Vnum aũt faciat doctor mecum, reſignet ſecuritatem,

ſinatq; ſentẽtiam ferre, quis inter nos efficaciores ſcripturas pro ſua parte habeat, ego ero illi pars aduerſa, etiã in pœnam ignis. Quod aũt doctoris uerba non tanti ſint habenda & te- nenda, eius me inconſtantia mouet, nouiter eñ ante annos tres, in quibus neq; puerulus fuerat, in uniuerſum orbem ex preſſione diſſeminauit librũ Pſegmata Chriſoſtomi dictum, in quo ſanctos in cœlo ait in charitate ardere, non ceſſantes pro nobis orare, quid ergo mali futurũ nos hæc fieri deſidera re, quod deũ uelle credimus, quod ergo hodie uel heri malũ dixit, ante hac bonũ fuerat, uoluitq; hoc deus. Ad uerba illi- us deuenio cum groſſo nequã uiroꝝ exemplo. In nullis unq; terris audiui, tres captiuos in una turri fures, unum alterũ ſua interceſſiõe liberaſſe. Ipſe uero quod ſanctos hic in terris ad- ducit, peccatores fuiſſe, multis uerbis ad cauſſæ prolongatio nem, hic gladius in hanc uaginã non adaptatur nec pertinet. Hunc articulũ cõtra Caroloſtadiũ in Liptzig diſputaui, ipſe ſi uelit ſpecialiter eum in manus aſſumat, non fugiã ſed Chri ſtiane reſpondebo, poſſet inq; ſimplicem in errorem ducere. Quia uero clamitat feſtinanter & mox ad Chriſtũ. Si quis in Baſilæam tendat, neceſſe non eſt ut in Bernam ſiue Solodoꝝ dirigatur, nunquid hæc gratioſa eſt ſimilitudo, quaſi aberra- ret quis qui per ſanctos ad Chriſtũ tenderet, & ſancti extra uiam eſſent Chriſti, ubi nam hoc ſcripturis probat. Dabo illi exemplũ aliud. Si quis a me in Baſilæam dirigi peteret, ego uero illi Bruck & Rinfelden, ut uera ſuæ uiæ media oſtende- rem, hoc cauſſæ plus eſſet affine. Iterum adfert ſanctos uiuen tes, de quo ego apud ſcripta notarioꝝ permaneo. Quis enim Chriſtianoꝝ tam eſſet fide uacuus, qui non crederet interceſ ſionem uenerabilis genitricis dei Mariæ apud deum nõ præ- ſtare, quam ſi hic multa milia pro inuicem rogarẽt, cum pro- phetia Mariæ dicit quidem ſe non reijcere Aue Maria. Re- ſpondeo ſi ſanctorum interceſſionem cum dominica oratio- ne, Pater noſter noluerit abrogare, ut quid ergo ſic induxit.

Nos

CONCLVSIO TERTIA.

Nos Chriſtiani a tenera iuuentute ſimul orare docemur Pater noſter & Aue Maria & Credo &c. orabimuſq; auxiliante nos deo, uſq; ad mortem. Ad Hieremiam xvij. ſe excuſare tentat, quod ego lectori commendo. Quod uero electos dei ſanctos idolatris Babylonijs & Aegyptijs cõparat, mihi non placet, longã ſubinfert gloſſam ad illud Matth. iiij. Et quum hodie illum ad græcum remiſerim, ipſe me ad hebræũ remittit. Deuter. vi. Dico ſi in hebræo herebit, perdet hoc uerbulum ſoli, quod in textu non reperitur. Et cum hoc manifeſtũ eſt hoc uerbum Abad ſi ad deum ponitur, ſpecialem dei cultum deſignare & ſeruitutẽ. Exo. xx. de Dulia ad noſtrã principalem cauſſam non deſeruit, eſſet enim uerbalis controuerſia. Quia tamen Chriſtũ om̃ia eſſe dicit, oportet ut ſanctos ſinat nobiliora membra eſſe Chriſti. Cum exẽplo illo prolixo ſuæ milleplicis ſolis ſermonẽ eſſe ſino, nuda enim illius uerba nihil probant neq; ualent, ſcripturæ nos ligabunt. De miraculis aliqua eſſe falſa hoc me ſcriptura docet. Doctor aũt, q̃a ſanctorꝶ miracula & Mariæ negare nõ poteſt, merito credere debet ſanctorꝶ inuocationẽ, quã deus ſua maieſtate confirmat. Locorꝶ ratiõe, deũ ſcilicet in uno loco (utpote in heremi torio diuæ Mariæ & Aquiſgrano) gratioſius exaudire in Mariæ peregrina uiſitatione, dicit deũ in omni loco æque miſericordem eſſe, hoc ſi uerũ eſt, quare ergo admittit deum in uno loco plus facere miracula quã in alio. Nihil cõtra nos eſt dñm dicere Iohan. iiij. quod neq; in monte neq; in Hieruſalem ueri adoratores eſſent adoraturi, ſed in ſpiritu & ueritate, quia Iudæi uno ſcilicet deputato loco tenebant̃ offerre, ideoq; & uniuerſi Iudæi iam ſacrificio ſeu oblatione carẽt, nullã in templo habẽt ſacerdotalẽ operationẽ &c. Nos uero Chriſtiani, q̃ dñm Iheſum adoram⁹ in ſpiritu & ueritate, noſtrũ ſpirituale habemus ſacrificiũ, ſacro ſanctũ corpus & p̃tioſum ſanguinẽ Chriſti Iheſu in toto orbe. De noſtra ingratitudine ſino ut hodie dictũ fuerat. Quia tñ D. Oecolampadius ſuũ obſequiale,

quod una cũ ſuis ſotijs edidit melius iudicat, quã obſequiale (librũ ſcilicet de uſu ſacramentorũ) a ſancta Chriſtiana eccleſia ordinato, huius quoq; certus ſit, fortaſſis e cœlo auicula quæpiã hoc ei reuelauit, quis illud crederet, quando ſic eccleſiæ contumelia & ſcandalũ irrogat, neq; de illo inutili libello iam diſputo. Sed ita meũ ſonat argumentũ, quũ S. Petrus deum pro nobis orat, quare ergo cum ſuis ſotijs litaneiã eccleſię abrogauit, ſancte Petre ora pro nobis deũ, quæ tanto tempore in uſu fuit. Paulus aũt quia deum dixit ignem cõſumentẽ, opinat̃ doctor ob hoc eum non timendũ, audenterq; adeundum. Contra quod ego ei reſpõdeo, quare ergo Exo. xviij. præcepit deus non ſolũ Iudęos ad ſe uenire abſtinere debere, quin & ne montem quidẽ contingerẽt. Exo. xx. Expauefactis Iudæis dixerunt Moiſi. Tu loquere nobis & audiemus, non loquat̃ nobis dñs ne moriamur. Ad epiſtolã Heb. hodie reſponſum eſt. Ad Ezechielẽ dicit quod de uiuis loquat̃, ſæpius auditũ eſt nouos Chriſtianos nullũ argumentũ inducere contra ſanctos beatos, quod etiã non militet contra uiuos. Librũ Machabæorũ conatur reddere dubiũ ſcriptoris cauſſa. Dico nihil ad me de ſcriptore pertinere, ſed de eccleſia ſancta, quæ hunc librũ ut ſacras literas acceptauit. In Biblia enim ſacras aliquot habemus literas, quorũ author eſt nobis incognitus. De dicto Geneſis xlviij. adhuc cauſſam refugit, ſed hoc dictum cum illo Exo. xxxij. applicatum, bene tunc adparet, qui recte ſentit. Sed & in eo loco Rabi Salomon uiſus, ſecundum Hebraici ſermonis cõſuetudinem. Quo me credo concluſionem meam tertiam, de ſanctorũ interceſſione, ut Chriſtianam obtinuiſſe, rogãs dominũ meum doctorem, ut cum eccleſia Chriſtiana, Mariam uenerandam dei genitricem & omnes ſanctos inuocet, ut nobis gratiã a domino noſtro Iheſu Chriſto impetrent & exorent, Amen.

D. OECOLAMPADIVS.

Ego ſcripturis commendo.

CONCLV-

CONCLVSIO IIII.

Domini noſtri Iheſu Chriſti & ſanctorum imagines delendæ non ſunt.

SEXTVS ARGVENS HENRICVS Linck de Ouedio.

DEus omnipotens nobis omnibus hodie & in omni tempore ſuã miſericordiã impartiat, & lumen ſuæ irrefragabilis ueritatis in cordibus noſtris accẽdere digneť, Amen. Fideles & dilecti amici probiq́ Chriſtiani, in breuibus annis duella ſeu cõtrouerſiæ exortæ ſunt inter doctos, præcipue in germanica natione imaginũ cauſſa, quæ in eccleſijs habenť. Aliqui opinantur illas haberi poſſe eaſq́ uenerari. Alij quod penitus ſint delendæ, neq́ tollerandæ a Chriſtiana cõmunitate. Ex qua cõtrouerſia in plæriſq́ locis magni tumultus exſurrexere, quis eius anſam & cauſſam dederit nouit deus, in quo tamen ego neq́ aliquem temere iudicabo. Hoc aũt ſemper ita fuit rem aliquã quũ ſumma conſcẽdiſſet faſtigia, iterũ ad ima declinaſſe. Nec hic quemq́ excuſabo, aut eos qui imagines admittunt, uel certe illos qui illicito modo, abſq́ ſuorum ſuperiorum mandato, imagines ex eccleſijs eijciunt, & ſi ad imagines delẽdas nulla uia me implicuerim ſiue ſolicitus fuerim, quãuis iam in mediũ trahor, dicturus quem de imaginibus intellectũ habeam, aut quid opinor. Beneuolus præſto ſum, hoc ex ſacris literis oſtendere. Principio quia dñs noſter Iheſus Chriſtus, neq́ in hoc neq́ in alio opere, nec in deſertis ut in ſpecialibus locis uult adorari, ſed in ſpiritu & ueritate. Nũc aũt quia longis temporibus exactis, maxima & immenſa ſpes ad exteriores imagines eſt habita, ſicq́ ſalus, ſanitas, conſolatio corporis quæſita eſt, clare oſtẽdimus per omnipotentem deum, quod honorari recuſat in his exterioribus imaginibus, nec iuxta aut circum illas uult quæri. Sed nobis præcipiendo

interdicit uenerationẽ, adorationẽ, poplitũ inflectionẽ, inclinationẽ &c. ſed & prohibuit omnẽ cõtrafacturã, & ſuam & ſanctorũ, ſicuti Exo. xx. habetur, Non habebis deos alienos contra me, Non facies tibi ſculptile, neq; omnẽ ſimilitudinẽ, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea neq; coles. Ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes. Vltra quoq; habemus in præcedenti capitulo, dñm ad Moiſen dixiſſe, Loquere filijs Iſrahel, uidiſtis quod de cœlo loquutus ſum uobis. Non facietis me in argenteũ ſiue aureum deum. Habemus quoq; & Leuit. xxvi. ego ſum dñs deus ueſter, Non facietis uobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidẽ ponetis in terra ueſtra ut adoretis eum, neq; contrafacturam nec ſtatuam quam honoretis. Ego ſum enim dominus deus ueſter, quaſi dicat, mihi ſoli competit gloria. Habemus & in Deuter. v. libro Moiſi vij. capite. Sic facietis gentibus, euertite aras eorũ, & confringite ſtatuas eorũ, lucoſq; ſuccidite, & ſculptilia cõburite, quia populus es ſanctus domino deo tuo. Hæc iam ſunt aliqua dicta ueteris teſtamenti, quorũ adhuc multa ſunt huic cauſſæ deſeruiẽtia, quæ breuitatis cauſſa nunc demitto. Habemus & dicta noui teſtamenti, nominatim Iohannis prima capit. v. ubi dicit, filioli cuſtodite uos ab imaginibus, adhuc quoq; & alia quæ iam intermittere uolo. Vltra qualiter & deus eis loquitur qui imagines faciũt. Deutero. xxvij. præcepit Moiſes ex mandato domini leuitis pronunciabunt leuitæ, dicentq; ad omnes uiros Iſrahel excelſa uoce. Maledictus homo qui facit ſculptile & conflatile, abominationem domini opus manuum artificũ, ponitq; illud in abſcondito, & reſpondebit omnis populus, Amen. Hic etiã & prohibet occultas imagines, quos quilibet in ſua domo habere poſſet. Ex his dictis ſufficienter conſequit̃ in Chriſtiana congregatione nullas imagines habendas, quum ſciat quiſq; eiuſmodi expenſas plus profuturas, meliuſq; eſſe ut in uiuos

huius

huius ſeculi ſanctos expendantur aut conuertantur. At quia eiuſmodi expenſe longis temporibus in imagines fuerũt conuerſæ, detractæq; a uiuis dei tẽplis, me iudice melius cenſeo, æſtimoq; deo gratius futurũ, ſi in tales uiuas imagines fuiſſent conuerſæ, quas poſt ſe deus reliquerat, in pauperes uolo, timens nos neq; deo neq; ſanctis in hoc bene cõplacuiſſe, ſed in iram magis incitaſſe, quemadmodũ & in ueteri teſtamento tales imagines uenerari ſæpius prohibuerit. Quanto plus in nos iraſci deus ipſe poſſet qui de his nihil nobis præceperit, & ſi uellẽ per dei doctrinã, qua nos monet ſcrutari ſcripturas doceri, qua ſufficiẽter informamur quæ ſit dei uoluntas. Induxiſſemuſq; cõmunẽ Chriſtianorũ turmã populi dei per ſcripturas in uerã cognitionẽ ſuæ gratioſæ uolũtatis, etiã in ſuorũ benefitiorũ miſcdi͂ę eius, & oĩm quæ ex diuina gratia nobis obuenerũt, etiã ubi nã eum adorare & quærere deberemus. Ad inſtar huius etiã doceri potuiſſemus, ex ſufficiẽti uerbi annũciatiõe qd in ſuis electis deus fuiſſet opatus, ſuffeciſſetq; nobis qcqd fidei & charitatis Chriſt⁹ illis impẽdiſſet.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Decidere patiar fidẽ inutilẽ cauſſæ non deſeruientẽ, ante & poſt inductã, ad ſcripturas deueniens, quæ bene doctus dominus ex germanicis Zwinglij libellis & colloquijs induxit, quomodo Chriſtus dixerit ueros adoratores in ſpiritu & ueritate adorare. Opinatur ſuo paruo intellectu ex hoc imagines non habendas impoſſibile ratus, ſi quem imago moneat & facit recordantem, non æque in ſpiritu deum adorare poſſe, quid enim impedit imago. Et dñi Henrici argumentũ ſi bonũ eſſet, nullus poſſet Chriſtianorũ orare, oĩs enim qui ad deũ & ad crucifixum dñm Iheſum orationẽ facit, ipſe in ſuo corde Chriſti ſibi fingit imaginem, quomodo alioqui Chriſtum adoraret. In ſcolis docemur intelligentem oportere fantaſmata ſpeculari. Nunc queſo audite ad uetus peruenit teſtamentum Exo. xx.

Si quis

Si quis literas aut dñi ſui mandatũ falſarit, iniuſte ageret, quã to maioris iniuriæ dñs Henricus obnoxius eſt, qui in tanta ui roꝶ doctoꝶ congregatione, uerbum dei falſificat. Sed noua fides oportet ut ſibi nouas fingat ſcripturas, ut hinc eius error firmeť. Verba de imaginibus ſic in germanicũ eſt interpretatus, ante eas ne quis ſe inclinet, flectat, ne quis eas honoret, adoret, quod in ſcripturis nuſꝙ cõperiet, Hebraicis, Chaldaicis, Græcis ſiue Latinis, apud fratrẽ uero ſuum in Chriſto Zwingliũ hoc reperiet. Vt aũt breuitati ſtudeam, huic dicto breuiter reſpõdeo, unicũ ibi eſſe præceptũ, in quo ſe deus uenerari præcipit, adorari, & idolatriã interdici. Ideoq; quum imagines interdicit, exponit quare fieri non debeant, in hũc ſcilicet finem, ne adorenť, exhibeaturq; illis diuina reuerentia. Hoc aũt ut uerũ ſit in ſcripturis reperieť, Leui. xxvi. quas met ipſe dñs Henricus induxit, & identidem falſauit. Non facietis uobis idola &c̃. ut adoretis ea, quis tam uelit eſſe ſtultus ut Iudæos credat nullas habuiſſe imagines uel feciſſe, habuerunt enim propriã monetã, ſicut ſiclos, ſupra quas imagines urnæ & mannæ cuderant & uirgam Aaronis, ſed & monetã habebant peregrinã, ſuper qua dño oſtenderant imaginem Cæſaris in Matthæo. Ex quo clare apparet error Zwinglij, qui duo hic pręcepta facere nitiť, ne ſcilicet imagines faciant, & quod non adorenť. Quum eñ ter mille annis non niſi decem præcepta fuerint dei, Moiſi tradita, tam eſt Zwinglius ingenio acuto, ut ex decem undecim faciat. Vt aũt dñs Henricus ſe erraſſe uideat, in manus aſſumat dictũ iam allegatum Leuit. xxvi. ibi nãq; præcepit deus ne qua ſtatua aut inſignis aliquis lapis erigať, quum tamẽ unũ Ioſue ſub quercu erexerit, Ioſue xxiiij. Sed & probus Samuel, pri. lib. Reg. vij. cap. lapidẽ erexit, & hunc nominauit lapidẽ adiutorij, qui tamen non iniuſte egerũt. Hoc nempe factum non fuerat, ut iuxta idoloꝶ cultũ adorareť, imagines pro ſe ipſis non adoramus. Nullus inq; tam eſt ſimplex quin lapides, ligna, argentũ &c̃.

cognoſcat

cognoſcat, ſed ut eccleſia docet, oratio noſtra tendit in id qđ imaginatᷣ ſeu figuratur. Nunc ultra iterũ ſcripturas falſificat, Exo xx. Non me facietis, hoc me per Zwingliũ eſt additum, ubi hic contra dñi faciunt præceptũ Deut. & Apoc. Nihil addetis, hic tamen ipſi uerbũ addunt, quod totã ſententiã falſificat, nihil enim ibi aliud interdicitᷣ, ne deos ſibi faciant argenteos ſiue aureos, ſed hij idola ſunt. Tertio introducit Deute. vij. quod altaria & imagines gentiũ deſtruerent, bene erat & rectũ, idola namq́ fuerãt. Vult igitᷣ dñs Henricus ex ſe ſuiſq́ progenitoribus, ex omnib⁹ deniq́ probis Chriſtianis ferme mille quingentoꝝ annoꝝ facere idolatras. Tam ſe doctũ reputat & eruditũ, ut credere auſit tot annis tot doctos, tot ſanctos Chriſtianos ſcripturas non bene intellexiſſe, ſed ipſe intelligat, magna in eo eſſet præſumptio & audentia, a qua merito abſiſtere deberet. Dicit quoq́ multa eiuſcemodi in ueteri teſtamento eſſe, uerũ dico contra idoloꝝ imagines. At ibi in omnibus & totis ſcripturis nuſq́ reperitᷣ uel iota unicũ prohibens imagines memoratiuas & monitorias, ſiue doctrinales Chriſtianoꝝ, procul dubio hoc ſi in ſcripturis fuiſſet uetitum, probi Chriſtiani apoſtoloꝝ tempore & martyres non fuiſſent auſi, quũ tamen diuus Athanaſius ſcribat imaginem crucifixi dñi, a S. Nicodemo uenerit, quã Iudęi transfixerũt, effluxeritq́ miraculoſus ſanguis in ciuitate Berìpto undecima die Nouembris. Hic queſo notate imagines a ſanctis originem habuiſſe, ſanctoſq́ illis uſi fuiſſe, a dei omnipotẽtia uene ratas a beatiſſimo patre Athanaſio ſcriptis ꝑditũ, multiq́ Iudæoꝝ ob hoc ad Chriſti fidem conuerſos, quomodo ergo quis dicere poteſt noſtræ cauſſæ, hoc nõ deſeruire, quũ Chriſti imago tam efficaciter confirmatᷣ. Vltra epiſtolã Iohan. inducit quaſi imagines prohibentem, iterũ ſcripturas falſificat, nam græce & latine idola prohibet, ideoq́ & falſis ſcripturis expugnare non poteſt ueras dei & ſanctoꝝ imagines. Quod aũt neq́ imagines faciẽdæ ſint adducit Deut. xxvij. præceptũ

fuiſſe leuitis, quod alta uoce pronunciarent, hunc maledictũ eſſe hominẽ qui imagines faceret, & has in locũ ſecretũ reponeret. Dico dñe Henrice quomodo hic decidistis a fratre ueſtro in Chriſto Sebaſtiano curiæ magiſterulo, qui in Thuricenſi colloquio præſidens admiſerat quenq; domi ſecreto habere poſſe imaginẽ crucifixi, ſed ad textũ redeo, iterũ ibi de idolis loquit̃, quod ut uerũ ſit, textus ſe ſpecificat, quas prohibeat imagines, quas ſcilicet faciunt artifices, & abominatio erãt apud deũ, alioqui pictores non fuiſſent, neq; xij. leones Salomon ipſe feciſſet ad thronũ ſuũ, Paralip. ix. Neq; fuiſſet auſus aurifaber quiſq; auiculã ad poculũ aliquod fabrefacere neq; inſignia quæpiã depingere. Aeſtimat ſe domi prædicare argumentũ Iudæ, contra Magdalenã adferens, ut hæc tam pręcioſa in pauperes expendant̃. Reſpondeo quid iuuat pauperes parrochũ in Gẚs tabulã illam tam nobiliter & ſumptuoſe depictã, flammis exuſſiſſe. Tam ne eſt dñs noſter mundo parcus, ut tantæ non ſuperſint diuitiæ huic orbi, multa ſunt olim in diuinũ cultũ profuſa, cum quibus nihilominus & pauperibus eſt erogatũ. Immenſas diuitias Salomon in templum prodegit, in quo tamen nihil aliud quam ſimplex cœleſtis fuerat panis, ſicut iij. Reg. habet̃ vi. & vij. capitibus. Omne eĩm ex auro erat & lignis pręcioſis, quanto plus neq; nos tenaces eſſe debemus erga deum in templis Chriſtianorꝫ, in quibus uiuus eſt panis cœleſtis, ſacro ſanctum corpus Chriſti Iheſu. Vetus extat prouerbiũ, unum facere, & aliud non omittere. Dñs uero Henricus ſi vtiq; in pauperũ ſubuentionẽ prędicare uelit, docebo eum ut homines moneat egentibus erogare, deo nõ ob id parci neq; tenaces, ſed neq; templis, doceat aũt ex ueſtiũ ſuperfluitate, uoracitate & gula cibi potuſq;, & eiuſmodi peſſimis rebus pauperibus ſubuenire, ex eo dupliciter benefacturi, a malo ſcilicet abſtinentes, & nihilominus quæ dei ſunt deo dãtes. Non eſt bonũ dñm Henricũ opinari, quale opus præſtet ſeu melius ſit, hoc inq; deus nouit. Audite tamen

men

men eius temerariũ ſermonẽ, audens dicere deum in noſtris imaginibus Chriſtianis nullã habere cõplacentiã, quis hoc ei retulit, ſacræ literæ non contradicunt, & profecto (ut reor) nullas e cœlo literas ſuper ea re excepit. Ad unũ indicat argumentũ deum non pręcepiſſe ut imagines fiant, ideo non ſunt faciendæ. Hoc pro cornuto & forti ſemper argumẽto eſt habitum apud nouos Chriſtianos, uſq; ad rebaptiſatorꝫ aduentum, ibi illis perſpecta eſt hanc arguendi formã nihil ualere. Quare dñs Henricus hac forma uti nõ debet, ubi enim Chriſtus præcepit puerulos ſeu infantes baptiſandos, adhuc tamẽ baptiſantur. Vbi præcepit diem dñicum feriari, & tamen feriatur. Quod aũt dominus Henricus Chriſtum inducit Iohan. quinto dicentem, Scrutamini ſcripturas, nihil ad ſuũ deſeruit propoſitũ. Ibi enim Chriſtus ad uetus indicauit teſtamentum quod de ſe teſtimoniũ præbeat. Ideoq; dilecte mi domine Henrice, æque poteſt uerbũ dei in eccleſia induci, in qua ſunt imagines, ac in uacua inani & indeuota Iudaica eccleſia, in qua tamen plures fuere imagines quam nunc ſunt in nouorum Chriſtianorum eccleſia.

HENRICVS LINCK.

PRimo inducit doctor Eckius, quod plæraq; inducam ad cauſſam nõ deſeruiẽtia, ſufficiẽter induxi, & ſi putet ipſe ea dumtaxat contra idola eſſe ueteris teſtamenti. Dico hæc uerba Idolum, Simulachrũ poſſe in germanicum interpretari pro imaginibus. Longo enim tempore uidimus imagines nunc apud nos in magna reuerentia haberi, quippe quod illis inclinatum fuerat, fueruntq; inuocatæ & adoratæ, quaſi una imago plus gratiam conferat quam altera, quod iam oculis eſt cernere, multa bona illic deportata, ubi aliquando miraculum factum eſt. Ibi enim creditum eſt, eum ſanctũ quem illic uenerandũ extulerunt, hãc habere uirtutem & gratiã, ut optatis noſtris ſubuenire poſſit. Quumq; deus omnipotens idolatriam prohibuerit in ueteri lege, etiam & apud nos hũc

recurſum, eam ſpem & conſolationem ad ſanctos defunctos prohibuit. Vltra induxit imagines monere nos illuc recurre= re ubi imago ſtat. Dico deum ſufficiēter nos docuiſſe, ubi nā ſuæ paſſionis & mortis imago quæri debeat. Scriptura enim eſt quæ nos ad Chriſtū dirigit dn̄m noſtrū. Ideoq; non oſten dit ſibi ad honorem externā fieri imaginē, ſed neq; alicui ſan= cto hoc fieri præcepit. Etſi de ſerpente æneo legamus quem erexit Moiſes in deſerto, poſitus enim erat in ſignū ut omnes qui in eum crederent, ſalui fierent ab omni re noxia, quod fi= gura fuit Chriſti. Quanq; ad tempus pependerit, quāprimū aūt cepta eſt uenerari aliter quam deus præceperat, deſtruxit illam rex Zedechias, ibi manifeſte audit̄ deum hoc mādaſſe, mox enim ut aliter illo uſi ſunt & honorarunt deleri eum ad= miſſum eſt. Nunc de imaginib9 nullū dei habemus mandatū ſed magis eos prohibet uenerari illas & adorare. Quia tamē dn̄s meus doctor Eckius opinat̄ quod haberi poſſint, ego in hoc non aduerſor ei ut quis illas in ſua domo depingat, eo ta= men addito ne ueneret̄ neq; adoret. Quū aūt tale hactenus factū ſit, adhucq; fiat, ut ante imagines procidamus, adora= mus, illic auxiliū quæſituri, idolatria cenſenda eſt. Secundo quum quilibet Chriſtianus ſacrarū non expers literarū, nul= lam gerit ad externas imagines reputationē, ſunt tamē iuxta infirmoꝝ & modicę fidei tantus numerus ut illic currant, cre dentes ſe iuuari, ubi nulla ſunt auxilia, ideoq; præſtaret tales imagines tolli. Quod uero D. Eckius Salomonem inducit, quia exornatū templū ædificarit, illud quoq; decorarit, ex di uino mandato factū eſt. Iuxtaq; inducit etiā & gentes, imagi nes in annulos ſculpſiſſe, ſicut ſibi Salomon leones fieri fecit, ſed illos non adorauit, ſicut nunc fit ſanctis. Quod etiā auri= fabri non auſint ad poculū uolucrem ſculpere, cōtra hoc non ſum, ſed ſanctos in eccleſia uenerari & adorare prohibitū eſt. Vltra inducit me Iudæ feciſſe argumentū contra Magdalenā ut tam prætioſa in pauperes expendant̄, dico deum in his ex= ternis

ternis ornatib⁹ imaginũ nullã habere cõplacentiã, ſed magis ut hæc uiuis ſanctis condiuidant. Ego tamen optime perpendo ubi nos calceus urget, imagines facere habitum eſt pro re deo placita, ideoq́ & nos ſic inducti ſumus, quaſi cũ his deo bene ſeruiamus, quum nobis hæc res bene deſeruiat. Quod aũt ſubinfert etiam & pauperes cibari poſſe, quod deus ipſe præcepit, iuxtaq́ & pro decore & ornatu imagines haberi ad uenerationẽ. Reſpondeo breuiter quũ manifeſtã habeamus prohibitionẽ per ſcripturas inductã, ne imagines ad uenerationem & adorationẽ habeamus, cõcedo quidẽ ut prius eos haberi poſſe, ne tamen uenerent, & in eccleſijs adorent, illic publice erectæ cõmunitati auxilia inde petituri, plus hoc infirmis deſtructionis quã ædificationis adportaret, tales inq́ uerbo dei ad Chriſtũ dirigendi ſunt & in eius diuinã cognitionem. Sicq́ concluſum eſſe uolo his ſcripturarũ dictis inductis, imagines ſcilicet tales nec inuocandas, neq́ ab eis quicq́ impetrari poſſe, nec in eas ſperãdas. Melius tamen eſſet ſi etiam doctor Eckius opinaretur non adorandas, neq́ inclinandum eſſe illis, neq́ flectendũ, ſicut & merito nõ debet, quod omnino & ex toto tollerentur.

D. ECKIVS.

In hoc prolixo uerborũ delirio, dñs Henricus totus eſt ſcripturarũ uacuus, ac totus miſericors diſputator, præcipuũ eñ reſponſionis meæ in hoc ſitũ erat, quod ſcripturas cõtra imagines inductas falſificarit, qđ ne uerbo quidẽ defendit neq́ exterſit, ſed neq́ defendere nouit, hoc eñ præſenti libro eum conuincã. Ipſe tamen quia fatet ingenue, ſe neq́ græcũ neq́ hebraicũ noſſe, optime ei licuiſſet apud latinũ textũ permanere, nullũq́ falſe induxiſſe, dicit idolũ & ſimulachrũ pro imaginibus germanice interpretari, ſi græcũ ſciret, ad Suidã illũ dirigerẽ, ibi namq́ reperiet idolũ eſſe imaginẽ dei falſi, quũq́ græcũ non nouit, potuiſſet apud illa manerẽ, quæ puerulus in ſcolis didiciſſet, idolum dei falſi imaginem. Quæ aũt ſimu-

lachra prohibeanť, docet. Dauid imagines gentiũ quæ ſunt dæmonia. In hoc ſe fundat ne imagines uenerenť, ſciunt tamen omnes Chriſtiani Baſilij regulã, imaginũ ueneratıonẽ eo extendi in id quod imaginať, uel per imaginẽ ſignificatur. Valde inclamitat in peregrinationes ſanctorum pro auxilio ſuper quo heri efficaciter reſpondẽdo obtentũ fuit in uno loco, ſicut in heremitorio diuæ Mariæ &c. deum ſuam omnipotentiam plus manifeſtare quam in altero, irrogatq; nobis Chriſtianis iniuriã, quippe quod ſancti uirtute credamus miraculum aliquod fieri, ſed diuina uirtute & ſancti interceſſione, ſicut de ſancto Petro doceť, Act. iij. Viri Iſrahelitæ quid miramini, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra uirtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare. Ideoq; & demitto quæ præter neceſſitatẽ inducit de ſanctorum interceſſione. Prudentem ſe æſtimat aiens ſcripturas nos ſufficienter monere, & ad deũ ducere, ſed quomodo illi eueniet q legere nouit. Quiuis enim per campũ equitans, ſi crucifixũ uiderit, paſſionis & mortis Chriſti Iheſu monebiť, ut ſcilicet illã unico pater nr̃ ueneretť, ubi alioqui ſi crucem non uiderit, nunq; recordareť. Præter neceſſitatem ſerpentem inducit, quum ſit hoc contra eum. Is namq; ſerpens, ſicut a Moiſe admiſſus fuerat, uſq; ad tempora Ezechiæ ſexcentis plus annis, donec ex eo Iudæi idolũ fecerant. Sicq; merito dñs Henricus nobis imagines ſinet, quã diu illas pro idolis nõ habeamus. Non eſt enim ferendũ eum omẽs noſtros maiores & ſuos, omneſq; Chriſtianos audere inſimulare huius blaſphemiæ, idolatriã ſcilicet in imaginibus exercuiſſe. Ex illo enim conſequereť omẽs damnatos fuiſſe, primũ & præcipuũ dei mandatũ non obſeruantes. Admittit quidem imagines fieri ſed non uenerari, quemadmodũ de leonibus & aurifabro induxi. Reſpondeo quare ergo ipſe ſpecialiter tandem induxit textũ Deute. xxvij. contra imagines manufactas artificũ, quare frater eius in Chriſto Zwinglius utrumq; reiecit, & facere imagines & uenerari. Quia uero

Salomon

Salomon tam ædificarat templũ ſumptuoſe, dicit hoc deum illi præcepiſſe, ibi permaneat. Si ergo deus pręcepit, ergo res bona fuit. Et ſicut Paulus dicit. Quæcunq; ſcripta ſunt ad noſtram doctrinã ſcripta ſunt & ſalutem. Quare ex Salomone dñs Henricus bene didiciſſet eccleſiarũ expenſas, per diuites factas deo placitas. Ad argumentũ Iudæ proditoris, reſpondet deum in rebus externis nullã habere cõplacentiam, dico nunquid & Magdalenæ ungentũ etiã res erat externa, nunquid eccleſiæ ſacramenta externæ ſunt res, omnis noſtra eleemoſinarũ largitio, nunquid externa res erat, uel hæ res deo non placēt. Ridicule me inducit nos ſcire ubi nos calceus urgeat, imagines habere nobis deſeruire, me fortaſſe pro pictore, uel imaginũ artifice intuens, quare mihi imagines deſeruiunt, certe uictũ ex eis non habeo. Sed in ueritate bene Chriſtianis imagines deſeruiunt, ut inde docti moneantur, docēt enim monentq;. Adhuc in ſua perſtat temeritate, ſine literis dicens deum in imaginibus nullã habere cõplacentiã, eiuſcemodi dicti literas nõ habēs. In ſumma ſcripturas adferat non falſatas neq; dilaceratas, alioqui non reſpondebo, apud laudabilem ritũ totius uniuerſalis eccleſiæ permanſurus.

SEPTIMVS ARGVENS, IOHANnes Heſs de Appenzell, cuius argumenta poſt hanc reſponſionē Eckij habes.

In nomine tuo dñe Ieſu Chriſte, Amen. Iam unius horæ ſpatio Iohannes Heſs loquutus eſt cõtra imagines Chriſti & ſanctorũ, & quũ eum audiui, iã mirari ceſſo Zwingliũ iraſci dñs Heluetijs cõfœderatis, qa ante aliquot annos hos gigantes paſſi nõ ſunt diſputare. Quod in deũ credit nihil eſt ſatis, quod omne bonũ ex deo ſperat, optime facit, ſic equidem in deum eſt ſperandũ, quod deus etiã dilectiſſimos amicos ſuos ſanctos uolo exaudit in eorũ interceſſiõe. Quia uero Dauid inducit Matthæũ, Iacobũ, quod deũ rogare ac petere debeamus, Dilecte Heſſo quis aliter dixit, illo non debes tempus

inutiliter

inutiliter perdere, Chriſtiani ſumus, hæc omĩa nouimus, ſed in uerbis Iacobi intermiſiſti hæc uerba in fide, qui petit nihil heſitet in fide, iactitat ſe ueteris teſtamẽti, ubi dicit imagines prohiberi, hodie auditũ eſt omnes textus loqui de idolis. At uerecundet̃ is in corde ſuo, qui unicus uult eſſe probus, uniuerſam Chriſtianitatẽ tot annis, tot hominũ milia, audet idolatriæ inſimulare & condemnare. Vnicũ dictũ contra imagines inducit Deut. iiij. ſed in fine dicti ſuã habet ſolutionẽ, ibi prohiberi imagines idolorꝫ, ubi dicit ne forte errore decept⁹ adores ea, & diuino cultu ſeruies eis. Si quis a probo Chriſtiano ſciſcitet̃, adoras ne imaginem hanc ligneã diuæ Mariæ, procul dubio reſpondebit imaginẽ quidem ueneror, nolens ei ullã irreuerentiẽ fieri, ſicut eas imaginũ expugnatores exurunt, ſicut nec ego paterer, ſi quis meis imaginib⁹ aut armis uel inſignijs dñorꝫ meorꝫ iniuriã & contumeliã inferret, ſed lignum ego non adoro, inclino, flecto, non ligni cauſſa, ſed Mariæ, quæ per hanc figurã ſignificat̃, eſtq; probo Chriſtiano homini cum imagine non aliter quã ſi quis per conſpicilia tuetur, uiſus enim nõ in ſpeculũ dirigit̃, ſed penetrat in aliud quod uidere cupit. Sic & probi Chriſtiani mens in imagine Iheſu & ſanctorꝫ non hæret, ſed in cœlũ penetrat, ubi dñs eſt Iheſus cum ſuis ſanctis, ſic cum eccleſia Iohãnes Heſs docere debuiſſet, manſiſſetq; ſic dñs Iohannes Heſs. Vt aũt ipſe cum ſuo ſotio diſcat qualiter ſcripturæ ſint in manus aſſumendæ, neq; ſic crude uorandæ. Inducã contra eum ſcd'm intellectũ diui Damaſceni textũ, qui uolente deo, ſuam erroneã mentẽ euertet, Moiſes ait. Non uidiſtis aliquã ſimilitudinem in die in qua locutus eſt uobis dñs in Oreb, ne forte decepti faciatis uobis imaginẽ &c̃. Nunc aũt per oppoſitũ ſequit̃ ex eo, quũ uidimus (hoc eſt eccleſia uidit) deum nobis loquutũ in humana imagine, ſicut Paulus ad Philip. ait, Aſſumpſit formã ſerui in ſimilitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus ut homo. At nunc ſi deus in corporali imagine uiſus eſt, quare ergo in

ea effigie non depingeret, quumq́ probus aliquis Chriſtianus intueret ſui dei creatoris & redemptoris imaginē, quomodo tam eſſet frigidus & ingratus, quod in imaginis huius repræſentatione, dn̄i non recordaret, eumq́ laudaret. Scio neq́ Zwingliū neq́ Heſſum bono animo laturos ſi eorū imagines exurerent, ſicut Zwinglio eſt factum, & hoc ipſe conqueriť. Video eñ oportere dn̄m Iheſum his domi cellis actuꝛum gratias, quia eius imaginē & uenerandæ uirginis Mariæ combuſſerint. Bonus ille Heſſo plenus eſt literarū, ſe dicens adhuc plurimas habere ſcripturas contra imagines, ego non credo, ſi quas aūt habeat, educat, confidēter ei reſpondebo. Quinq́ cauſſas ſuæ ſeductoriæ doctrinæ inducit ad imaginū expugnationē, quod ad hoc rithmice conſonat, ſicut conſonare faciunt in rithmis pueruli eccleſiæ turrim & balneū ſiue æſtuariū. Primo dicit deum noſtrū eſſe deum, uerū eſt, ergo propter hoc nullam habebimus imaginē, deus etiā eorū erat deus, quibus facere præcepit imaginē Cherubin in templo, & Iudæi ex diuino præcepto imagines in templo habuere, & hij noui Chriſtiani ſine dei præcepto, imagines euertere uolunt. Secūdo inquit deū ſolū adorandū, ſed & hoc nunquid ego facere potero, quum per dei uel crucifixi imaginē ad hoc moneor. Tertio deo dicit ſolo ſeruiendū. Dico ſcd'm eius intellectū nullū ruſticū herciniæ ſyluæ ſeruū retētuꝛū, deo inq́ unico ſeruiendū eſt diuino cultu & honore. Quarto ait deū ſolū uenerandū ſeu honorandū, quare ergo diuus Paulus ad Ro. xiij. ait. Reddite ergo omnibus debita, cui tributū tributum, cui uectigal uectigal, cui timorē timorē, cui honorem honorem. Sed & ego reor, quū adhuc ſacerdos erat Heſſo, & ipſum quoq́ a ſubditis terræ ſuæ, nomine dn̄i Iohannis ſalutatū hoc libenter habuiſſe. Dictū Eſaiæ allegatū non intelligit. Deus ait honorē meū (hoc eſt diuinū honorē) alteri nō dabo, neq́ hoc ullus facit Chriſtianorū. Quinto deum ait ex operibus cognoſci Ro. i. Dico uerū eſſe, ſed quum opera illa

nobis quottidiana ſunt atq; cõmunia minus hinc admirati o-
nis habemus Chriſtũ ex aqua uinum feciſſe mirandũ erat, &
quum (ut Auguſtinus ait) quottannis ex aqua in uite uinum
facit, nemo miratur. Omnes arbores, lapides, ligna, opera
ſunt dei. Futurũ ut Heſſo mille pertranſeat arbores ut cæteri,
neq; dñi Iheſu recordaretˀ, ubi tamen ad crucifixi imaginem
peruenerit, eam uidet, oportet ut eius recordetˀ. Ideoq; non
Chriſtianũ ſed Thurcicũ eſt dñi imagines ita aufferre & dele-
re. Hic ſe iactitat quomodo poſt ſuã falſam doctrinã prædica
tam, populũ fuerit adhortatus, pro uero intellectu exorare,
uerum ſi id prius feciſſet, quæſiſſetq; uerum intellectũ apud
deum & eccleſiã, & non in libellis Zwinglij. Multa de alicu-
ius eccleſiæ audiẽtia interfatus, ſi quid cum imaginibus præ-
ſumpſerint a ſpiritu ſancto illuſtrati. Ego uero dico, ſi non eſ
ſent hij falſi prædicatores, maneret optime pacatus quiuis de
cõmunitate, neq; temerarent tales innouationes facere in fi-
de. Sed nunquid ita debent hij indocti ſacerdotes probis iſtis
hominibus in uillis & ciuitatibus perſuadere, ſe in fide talem
habere facultatẽ, ordinandi, ſtatuendi, deſtituendi, id ſi ita
fuerit faciendũ, tot habebimus fides quot habemus uillulas,
ſed & omni anno nouã fidem, & profecto citius quod deus
auertat, una eſt eccleſia, etiã & Paulo dicente, unus eſt deus,
una fides, unum baptiſma. Ad hoc quod Heſſus imagines ſe
ueneratũ fuiſſe, & per eas orarit, ſpondet ſe ultro hoc non fa-
cturũ. Verũ & hoc plæriſq; alijs interdicitˀ, qui libẽtius uel in
Aquiſgranũ uel Romam peregrinarentˀ. Sed propter deum
eum rogo, recordetˀ uniuerſalẽ Chriſti eccleſiã meliorẽ noſſe
intellectũ uerbi dei, pluſq; illuſtretˀ ſpiritu ſancto, quam ipſe
unica perſona. Non ſe ut lucifer extollat, ſed in humilitate de
ſiſtat a ſuo errore, teneatq; cum uniuerſali & catholica Chri-
ſti eccleſia, neq; cõtra imagines depugnet, ſed ſuos ſubditos
doceat, qualiter imaginibus utendũ ſit, caueantq; abuſus ut
eo in ſacerdotali dignitate, quam ad tempus fuit aſpernatus,

cum eis

cum eis uitam æternam mereatur, Amen.

Sequens argumentatio errore, Eckij
reſponſioni poſtpoſita eſt.

IOHANNES HESS DE APPENZELL.

PAter cœleſtis per Iheſum Chriſtum, nobis omnibus concedat ſuam diuinā pacem & benedictionē, Amen. Quia expoſcor fidei meæ rationē reddere & doctrinæ. Præcipue articuli ratione de imaginibus, ſum ego, iuuāte me deo, hoc quam potero, breuiſſime facturus, poſteaq; paſſurus reſponſionem dari ab eruditiſſimo doctore Eckio, nihilominus & ego manſurus apud ſcripturas, patiarq; fieri deinde quod iuſtum eſt. In nomine dñi primo credo in deum, didiciq; in deū credere, ſperare & fidere, eumq; ſolum adorare, inuocare, & ab eo omne bonū præſtolari. Per Dauidem deus loquitur xlix. Pſal. Et inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Mat.xxi. dicit in epiſtola ſua Iacobus. Si quis aūt ueſtrū indiget ſapientia, poſtulet a deo &c̄. Poſtulet aūt in fide, nihil heſitans. Qui enim heſitat, non æſtimet homo ille quod accipiat aliquid a dño. Mens & opinio mea imaginum ratione eſt, oēs imagines quæ aliquo modo honorantͬ, ubicūq; ſint, tolli debere, ea de cauſſa, quod eiuſcemodi deus claris uerbis ꝓhibeat, plæriſq; in locis ueteris teſtamēti. Et in nouo teſtamento nullum ſit præceptum illas fieri uel haberi, eo ut ſupra dictum eſt modo. Hodie aliqua ueteris teſtamēti dicta allegata fuere, nominatim Exo.xx. Deut.iiij. dicit dñs. Non uidiſtis aliquā ſimilitudinē in die qua locutus eſt uobis dominus in Oreb de medio ignis, ne forte decepti faciatis uobis ſculptā ſimilitudinē, aut imaginem maſculi uel fœminæ, ſimilitudinē omniū iumentoꝝ quæ ſunt ſupra terrā, uel auiū ſub cœlo uolantiū, atq; reptiliū quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui ſub terra morātur in aquis, ne forte eleuatis oculis ad cœlum uideas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus, adores ea & colas, quæ creauit dominus

deus tuus, in miniſteriũ cunctis gentibus, quæ ſub cœlo ſunt &c. Dictũ præallegatũ Exo. xx. una cum iſto iam adducto, cum plæriſq; alijs, me inſtruunt, imagines ueneratas tollerari non poſſe. Occaſionẽ quoq; mihi præſtant aliqua ſacrarũ literarũ dicta, cauſſas oſtendentia, quam ob rem deus imagines interdixerit. Primo qđ noſter ſit deus, ideoq; dixit Exo. xx. Ego ſum dñs deus tuus, q te duxit ex Aegypto ſeruitutis domo. Eſt quoq; & unicus deus noſter, & præter eum non eſt alius, Eſa. xliiij. altera eſt cauſſa, quippe quod a nobis ſolus deus adorari uelit & inuocari, uti habemus Deutero. vi. Matth. iiij. Tertio, uult deus ut illi ſoli ſeruiať lib. i. Reg. vij. cap. Matth. iiij. Quarto uult deus ut omnis ei honor tribuať, Eſa. xlij. & xlviij. ubi dicit honorem meum alteri non dabo. Quinto, plus uult ex operibus ſuis deus cognoſci, ex ſuis creaturis, quã uel ex noſtris operib⁹ aut rebus, quæ ipſi facimus, ſicut nos Paulus docet ad Ro. i. Eiuſcemodi textus ego aliqñ ut dictũ eſt, populo prædicaui, iuxta tamen nihilominus ſæpiſſime dixi, ut domũ abeant, deum fideliter imploraturi pro uero intellectu. Ad quæ ſic ego dico, ſi qua parrochialis audientia, comunitasue, a deo per eius uerbũ illuminata, in ſeipſis experti, cum imaginibus feciſſe ſeſe eaſq; ex ſimplicitate adoraſſe, inuocaſſe, conſolationẽ & auxiliũ ab eis quæſiſſe, plus quã hoc diuinũ uerbũ pati queat. Sicq; omes comuniter concordes aufferre eiuſcemodi imagines in quibus ſe lęſiſſent, ut exinceps nulla fragilitate & imaginũ præſentia, nõ denuo in priores errores inciderent, non credo ego tales peccaſſe. Etſi iuxta hæc nolim ego quenq; ſcandaliſare, ſed unicuiq; iudicandũ permittere ſuæ conſciẽtiæ, quõ in corde ſuo imagines habeat. Huius aũt me reũ dedo, plus me cõſolatiõis & auxilij ante certa tpa, ex incogitantia apud imagines quæſiſſe, eiſq; honorẽ impẽdiſſe quã ex ſcripturis ꝓbare potuerim, ſpero tñ me ultro nõ facturũ. Ex qb⁹ qdẽ uerbis ego cũ ſcripturis ꝑma neo hodie & nũc adportatis, & ſi q̃ meliores adduci poterũt.

Octauus

CONCLVSIO QVARTA.

OCTAVVS ARGVENS LVDIMAgiſter de ſancto Gallo, Dominicus Zyli.

GRatia dñi noſtri Iheſu Chriſti cõdiuidat̃ nobis iam & in omni tempore, Amen. Aliqua ſcripturarũ adducta fuere, de imaginibus clare ſonantia, non tollerandas eas imagines, quæ uenerant̃ & honorant̃. Quũ aũt cõſidero dñm meum D. Eckiũ uneratiõẽ hominibus admittere, conſentire non poſſum quæ ſcripturis defendi nequeũt. Clare ante hac D. Eckius dixit imaginibus eſſe flectendũ, & quod uenerari debeant. Deus aũt dicit. Non facias imagines neq; colas, nec adores, quod fieri non debeãt, cauſſa eſt ut Sapien. xiiij. ſcribitur, qm̃ creaturæ in odiũ dei factæ ſunt, & in temptationẽ animæ hominũ, & in muſcipulã pedib⁹ inſipientiũ, ſicut heu noſtræ imagines multos ſimplices deceperunt, adeo ut illas gratioſas dicant. Et ſicut ſcribit Eſaias, ad nihilũ ualent. Idolũ ibi ſcribit̃ quod imaginẽ oportet ſignificare, q̃a artificẽ cum artificio illic deſcribit. Breuitatis cauſſa ad nouũ deuenio teſtamentũ, unicũ ſolum dictum adducens. Act. xvij. ibi dicit Lucas, Paulus quũ eos Athenis expectaret, accẽdebat̃ in eo ſpiritus eius, quando ciuitatẽ uidebat ſeruituti imaginũ deditam, in cuius feruoris ſui teſtimonio in medio fori ſtans dicebat, uiri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſos uos uideo. Præteriens enim & uidens ſimulachra ueſtra, inueni & aram, in qua ſcriptũ erat, ignoto deo. Quod ergo ignorãtes colitis, hoc ego annuncio uobis. Deus qui fecit mundũ, & oĩa quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ cum ſit dñs, non in manufactis templis habitat, nec manib⁹ humanis colit̃, indigens aliquo quum ipſe det oĩbus uitã & inſpirationẽ & oĩa &c̃. & mox ſequit̃. In ipſo enim uiuimus & mouemur & ſumus, ſicut quidã ueſtrorũ poetarũ dixerunt. Ipſius enim & genus ſumus. Genus ergo quum ſimus dei, non debemus æſtimare auro & argento aut lapidi ſculpturæ artis & cogitationis hominis. Hæc ergo notent̃ Paulũ externũ diuinũ cultum, hunc

.:co qui manib⁹ fit hominũ, ſed & deum noſtrũ eundẽ apud .Athenienſes deſtituiſſe. uultq́ ut cognoſcant, quo ad deus il lis uitam præſtat & omne, ne ſibi manibus ſeruiant humanis, neq́ eum imaginibus adſimilent. Nunc aũt dñs meus doctor has ſcripturas omnes ad idola uult trahere hoc in loco, ſed in primordio naſcẽtis eccleſiæ Chriſtianæ, & æque illic eis Chri ſtum prædicabat crucifixũ, uult Paulus ne deo altare faciant, neq́ ei manibus omniũ ſeruiant, neq́ cuiq́ adſimilent, quo-niam non habitat in templis manu factis, ſicut Steffanus ipſe teſtat̃, ſic ego intelligo ut concludã deum lapidea templa cor porales oblationes non expoſcere, ſed animas noſtras in tem pla & miſericordiã ad oblationem, & alia id generis quæ me ad interrogandum mouent, Amen.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Ludi magiſter & euangelicus prædicator, qui primo admiſſurus erat, mo-nitorias, & memoratorias imagines in unius horæ ſpacio tur piter peruerſus eſt, & ſic effectus melior, ut non ſolum ima-gines expugnare nitatur, ſed & altaria dilacerare, & eccleſias deſtruere, ſe in Thurcorꝫ conſiliũ adaptans, & ſi nos Chriſti-ani hoc non faciamus. Aduerſatur uenerationi imaginum, quemadmodũ nos illas ueneramur, propter eas res, quæ per ipſas imaginantur, ſeu repreſentantur dictũ adducens, Exo. xx. de quo heri ſufficienter dictum eſt, quod ibi prohibetur imaginum adoratio & ueneratio, ſcilicet idolorꝫ more, quod neq́ nos probi Chriſtiani facimus, ſicuti & heri de exemplo conſpiciliorꝫ declaratũ eſt. Hoc autem ut uerum ſit, deberet ſcire ludi magiſter naturam & conditionem tractandi ſcrip-turas, quum adeo ſit friuolus ut earũ uelit ſcripturarũ lector eſſe; quas ne quidem didicerit, & ſi in eccleſia pulſatis campa nis ſurgere ad dei uerbum annunciandum apud noſtrates ſit prædicare. Hæc autem eſt ſcripturarũ natura, Auguſtino do cente, ut intellectus ſumatur præcedentium & ſequentium

uerborum

uerborum, hic autem præcedit. Ego ſum deus tuus, non habebis deos alienos coram me &c̃. & ad hæc prohibet imagines adorare, ubi certum & clarum eſt eum prohibere alienorum idolorum imagines, heæ autem non ſunt Chriſtianorum imagines. Quum etiam & Lutherus ipſe nouorum Chriſtianorum caput, fatetur Chriſtianorum imagines laudabiles eſſe & honorabiles, quare ergo eius diſcipulus audet diuæ Mariæ imaginē in monaſterio ſancti Galli turpiter uaccam mulcendam appellare. Vltra multos dicit homines ſeductos per imagines cui ego contradico, potius credens eum cum ſuo Iuſſle, plus ſeduxiſſe homines, quam omnes crucifixi imagines in uniuerſo orbe. Valde mouetur Chriſtianos ex deuotiōe aliquas imagines gratioſas appellare. Hoc ne ad Chriſtianū docentem ſpectat proximū ſuū male iudicare, ſed in meliorē partē interpretari & docere deberet, procul dubio eñ probi Chriſtiani hæc dicentes eo non opinantur, gratiā uel in lapide uel in ligno eſſe, ſed quia deus hominibus in eum locum confluentibus plus largiatur gratiarum, quam in alium quempiam locum peregrinātibus. Salomon tertio Regum libro, nono capite orauit de templo dei. Domine aperti ſint oculi tui ſuper domum hanc die & nocte, ut exaudias orationem ſerui tui & populi tui Iſrahel, & quod hoc in loco orauerint exaudias hoc in cœlo &c̃. Hæc Salomon ultra & ultra proſequitur, & noui noſtri prophetæ homines diiudicant, qui procul quærunt ſancta loca, quemadmodū heſterno die parrochus in Gás pulchrū facinus induxerat, quia deſtituiſſet peregrinationem. Si enim ipſe cum cæteris bene & recte Salomonis præceptū intellexiſſent, ubi ait peregrinus quoq; ſi a remotis uenerit propter nomen tuum, & orabit in loco iſto exaudi eum &c̃. Et hoc ex ſcripturis docemur, creaturis aliquando in ſano & bono intellectu tribui, quod alioqui ſoli Deo tribuendum eſſet, Iudicum iij. Suſcitauit eis ſaluatorem Othonielem, & ſi ſolus deus omnipotens ſaluator ſit, nihilominus
illic

illic homini tribuit in bono intellectu, ſic ſcd'm ſcripturas, & ipſe ludi magiſter facere debuiſſet, ſicq; Chriſtianos non iudicaſſet, qui dixerunt aliquas imagines eſſe gratioſas. Inducit Eſa. xliiij. quod nihil eſt, clare eñ ibidē de idolatria loquitur, artifices idoli nihil ſunt, ſicut clare poſt ſequit. Reliquū aūt eius deū fecit, & adorat illud & obſecras dicens, libera me quia deus meus es tu. Ideoq; neq; ludi magiſter expiſcare debet uerbulū unū ſine recto intellectu cōtra eccleſiā, diuo Auguſtino dicente, coloratus error ſub Chriſtiano titulo exurgere non poteſt, ſed ex ſcripturis male intellectis. Vltimo induxit Act. xvij. ubi primū imagines ex toto reijcit, eos manere non ſinens, ut tamen faciunt ſotij ſui. Magnū eſt quū doceat Paulus in nomine Iheſu om̄e genu flectendū, & id ſi ad uocem facimus quā audimus, quare ergo genua noſtra non flecteremus ad imadinē Chriſti quam uidemus. Chriſtus incq; dixit Matth. xxiiij. Tūc apparebit ſignū filij hominis in cœlo, quod fortaſſe & ipſi imaginū expugnatores auſſerre tentabunt. At quia Chriſtus externū ſuum ſignū in cœlo facturus ſit, quare non etiā probi Chriſtiani illud in terris non eſſent facturi. Nunc ad Paulū breuiter dico eum ibi de idolis loqui, toti enim mundo cognitū eſt, quæ & ludi magiſter a ſuo præceptore Vadiano audiuit, quam fuerit Athenis multipharia idolatria. Breuibus tamen hic notū faciā, qualiter ſcripturas dilacerarit. Perpetuo dolendū tenerā & ſine culpa iuuentutē famatæ ſancti Galli ciuitatis eam falſam doctrinā, hocq; uenenum ita imbibere. Principio germanicæ interpretatus eſt, Paulū ciuitatē uidiſſe uenerari imagines, falſificatū eſt, quod & ipſius Lutherus ſic uertit in alemannū, quumq; uidiſſet ciuitatem ſic idolathiticā. Sic & Zwinglius ipſe ad ſimplicium deceptionē ubi in ſcripturis habet idolū, ſicut Corinth. x. prima Iohan. v. uertit, peruertendo imagines poſuit, quum ex græco, latino ueteri germanoꝝ, & noua Lutheranoꝝ interpretatione, ubi de idolatria dumtaxat textus loquat. Secūdo
dilacerauit

dilacerauit ſcripturas in intellectu, quum Pauli uerba, Dñs non habitat in templis manufactis. Hoc namq; inflectere uoluit cõtra templa, quia notũ eſt deum in omi loco eſſe per ſuã omnipotentiã, & diuinã eſſentiã, ſicut per prophetã loquit. Cœlum & terram ego adimpleo. Et Dauid cxxxviij. Pſal. Si aſcendero in cœlum tu illic es &c. Ideoq; & intellectus falſus eſt, neq; Chriſtianus, quem ludi magiſter hic extraxit, deum non eſſe in templis. Sed uerus intellectus deũ non eſſe in templis, & idolorũ imaginibus ſecundũ gentiliũ opinionẽ. Tertio ſcripturas dilacerauit, quia Pauli uerba uiolentauit cõtra ſacrificiũ quod manibus fit, forte pedib⁹ ei ſeruiturus. Se met Paulus exponit, quod aliquorũ deus egeat, quo dat intelligi quia aufferre uoluit falſum gentiliũ intellectũ, qui ſuis idolis ſacrificabant, quaſi his egerent. Nos aũt Chriſtiani ex Eſaia, Dauide edocti, ſcimus deum nõ egere ſacrifitijs noſtris, ſicut neq; eget orationib⁹ noſtris, ſed nos eo egem⁹. Sicut & quarto dilacerat Pauli uerba, ubi gentes inſtruxerat cõtra eorũ falſos deos & idola falſa, deitatẽ neq; adſimilari argẽto neq; auro ſculpto neq; inciſſo uocat Onnion ſimile. Non docet dñm Iheſum non imaginari. Ideoq; & uos ludi magiſter imagines non euertite, & ſi unus doctis credere recuſatis, credite tamẽ S. Gregorio, qui uobis procul dubio maioris fuit intellectus, doctis credite græcis, qui in duob⁹ cõcilijs, in Nicea & Conſtantinopoli imaginũ expugnatores, ut hæreticos damnauere. Latinis credite doctis, qui in tribus concilijs Romæ habitis, ſimiliter fecerũt, probis & antiquis credite germanis, qui hanc Felicianorũ hæreſim in Concilio Franckfordenſi damnarunt ſub Carolo magno Cæſare. Hic Carolus magnus ciuitatis Thuricenſis ædificator, qui & contra eandem hereſim libros aliquot ſcripſit, docuitq; qualiter imagines in eccleſia retinendæ ſint. His credere debetis, & non ita inniti proprio capiti & fidutiæ propriæ ſapiẽtiæ, ut docet ſapiens, ac ita cum cõmuni Chriſtiana eccleſia imagines in eccleſia permittere,

perq; eas ut ſigna & memorias deum laudare ſanctos quoq; uenerari. Hoc uobis animæ corporiq; ueſtris utile erit.

LVDI MAGISTER S. GALLI.

Loquitur dn̄s meus doctor aduerſus me, primo me admiſiſſe, memorias imaginū haberi poſſe, breuiter (ut ſcitur reſpondi) ex ſcripturis non eſſe tollerādas imagines, quæ uel adorant̄ uel uenerant̄, quare nihil immutaui, imagines ego nunq; oppugnaui, quod mea nouit ſupioritas, altaria nunq; dilaceraui, ſed altare uerū & iuſtū docui Chriſtū, in quo altari fidelibus eſt ſacrificandū ſeu offerendū. De eccleſiæ uſu docui ut ea dumtaxat cauſſa congregationis fideliū teneant̄, ad miniſtrandorum ſacramentorum ratiōe. Atqui dn̄s meus doctor friuolū me lectorē inculpat, non ego me ingeſſi, ſed rogatus ad hoc ueni, iuxtaq; ſcripturarū mandatū primæ Cori. xiiij. Prophetæ aūt duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent, quod ſi alij reuelatū fuerit ſedenti, prior taceat, poteſtis enim omēs prophetare, ut omnes diſcant, & omnes conſolationē accipiant. Quia aūt ultra ſcripturas dicit intelligi de alienis dijs ſolū eſſe non poteſt. Quum Paulus dicat, quod neſcientes colitis hoc ego uobis prædico, clare intelligit̄ Paulū illis prohibere altaria & imagines ueri dei iamq; altare erexerant. Dicit dn̄s meus doctor Lutherū caput eſſe noſtrū, quod non eſt, ſolus enim Chriſtus caput eſt noſtrū, noſq; diſcipuli eius. Pro me loquor ego, neq; me Lutheri, neq; Zwinglij, ſed Chriſti libros legere. Dilecte dn̄e doctor, non recte uobis propoſitū eſt, Mariam matrem dn̄am me uaccā mulcendā appellauiſſe, ſicut probare uolo. Ego & Iuſſle ad Chriſtū duximus, ſicut in noſtra cōmunitate partim apparet. Imagines gratioſas dicere eſt imaginibus ſeruire, cōtra dei uerbū. Ideoq; & hæc idolatria iudicari poteſt ut alia carnis opera. Quia aūt dn̄s meus doctor loca quædam ſpecificat, cum templo Salomonis illud probans in nouo teſtamento, ſolutū eſt. In Actis de Steffano ſcriptū eſt, prædicaſſe ſcilicet eum Iheſum crucifixū, qui leuaturus

turus

turus erat atq; ſoluturus Iudæorū & ritū & morem, propter quod & lapidatus fuit. Dñs enim clare loquitur iam eſſe tempus ubi neq; in monte hoc neq; in Iheruſalem adorabitur, ſed in ſpiritu & ueritate. Etiam dicit dñs meus doctor creaturis tribui, quod ſoli deo tribuendum eſt, ſermo eſt neq; ſibi conſtans. Nam ſi ad ſolum deum pertinet, creaturis tribui non poteſt. Dicitis etiam Eſaiæ me ſcripta dilaceraſſe, quod uere non eſt. Dicitis illic ſcribi artificem non eſſe utilem, quum ibi ſtet imaginē non eſſe utilem, quare ego non falſificaui. Illud aūt quod dicitis, in nomine Iheſu omne genu flectendū, qui contra hoc eſt non eſſe Chriſtianū, ſed ad imagines genua flectere, prohibitū eſt. De ſigno quod in cœlo uiſibile apparebit, ad imagines non deſeruit. Neq; nos arguere aut inſimulare debetis, quaſi illud eſſemus depoſituri. Vltra qđ doctorem Vadianū allegatis, quia meus fuerit præceptor, legi quidem libros illius, ſed in Theologia nuſq; ab eo didici. Ex parte ſcholariū nihil eos mi dñe doctor, dū ludi magiſtri officio fungebar, informaui quā ſimplex dei uerbum. Dicitis quoq; me ſcripturas falſificaſſe in uerbo ſuperſtitioſos uel idolatras quod non eſt, nam ſicut dñs meus doctor met confeſſus eſt, gentes imaginibus deſeruierunt, quare & imaginū ſerui appellantur, ideoq; & ob id ſimplices non ſeducuntur, ſi interpretetur imaginū ſerui quare non ſic arguēdi ſumus. Quod uero Paulus Petrus & Iohānes loquunt̄, pro nobis eſt, quia imaginū uenerationē prohibent, & Petrus illud abominabile appellat. Secundo ſcripturas falſificaſſe dicor in uerbis ubi ait, Non habitat in templis hominū manibꝰ factis, ego tamen nudas ſcripturas legi, neq; adhuc alit̄ intelligere poſſum quā cœlū eſſe ſedem eius, & terrā ſcabellū eius, nominiq; eius magno domū non ædificabimus. Dico itaq; ſicut dñs meus doctor, deū eſſe ubiq; locorū, quis hoc eſſet negaturus. Tertio ſcripturas dilaceraſſe dicor, in qua dicit̄ deo hominū manibꝰ ſeruiri nō poſſe, neq; adhuc aliter intelligere poſſum, quam

deum corporalia ſeruitia nolle, & utiq; ſe Paulus met expo‐
nit, quum dicit quaſi aliquo egeat. Sicut & Pſal. ait. carnem
uel manducabo, aut ſanguinem bibiturus ſum, ſicut & cum
noſtris candelis, argento, auro, & ueſte, quorū omniū non
eget, ſed miſericordia eget, & iuditij ad proximū. Et utiq; ſa‐
crificiū manet laudis & orationis, quod indeſinenter deo fa‐
cere debemus, ſicq; deo egemus, ut ſine eo nihil ſimus. Quar
to iterū ſcripturas dilacero, in eo quod Paulus dicit, æſtima‐
re non debemus deū ſimilē eſſe argento & auro, intelligi hoc
oportere de idolis, ut prius dico Paulū de noſtro deo loqui,
quum illi iamq; ædificarāt, quemq; illis iam iam prædicabat.
Ideoq; & ſcriptura adhuc manet firma, prohibetq; nobis ima
ginum ſeruitia & dei cultū, altaribus, templis, & imaginibus.
Sed econtrario nos docet dei cultū in ueritate & in ſpiritu &
in charitate. Vltimo, quia me fideliter monetis Gregorio &
concilijs obtemperare, libenter faciam ſi mihi uerbū dei indi‐
cant, nam & ego hæreſes abhorreo, neq; proprio capiti fide‐
re ac credere uolo, ſed me ſubijcere Chriſtianæ eccleſiæ, quæ
a Chriſto & eius apoſtolis initiū ſumpſit, & adhuc præſenter
ſcripta eſt in diuinis ſcripturis. Rogo uos mi dñe doctor ab il
la me non ſegregetis. Scio inq; conſcientiā meam eſſe puram
coram deo, tantum dixiſſe uolo.

D. ECKIVS.

Abſq; ullo ordine & diſputandi natura ac ritu, ludi magi‐
ſter ſuā reſponſionē implicauit inuoluitq;, tandē in calce ma‐
nifeſtā & inauditā dei blaſphemiā ſubintulit, cum hoc ſermo
nem ſuum manifeſto mendatio & falſitate cōcluſit. Breuiter
ad cauſſam, dicit ſe imagines non oppugnaſſe, quis ergo eſt
in cauſſa, circū ſanctū Gallū (ut audio) imaginū ſtatuæ euа‐
cuatæ ſunt. Sequēter de templo, ubi ſe magno circumitu ex‐
cuſat, quod a ſuis ad legendū uocatus ſit. Per Pauli dictū, ſci‐
re uellem ut ſe hic lector notū faceret, ſi uel unus eſſet ex pro‐
phetis, aut qa ei deus ſpecialiter apparuit, quorū neutrū ego
credo

credo. Eius ergo electio procul dubio eſt facta inuſitato more, plus ut Paulus oſtendit pri. ad Thim. iiij. facta. Venit eñ tempus, quũ ſanã doctrinã non ſuſtentabunt, ſed coacervabunt ſibi magiſtros pruriẽtes auribus. Bene ſcit qualiter Lutherus noui & damnati euãgelij caput eſt. Quia uero probaturum ſe offert dominã noſtrã diuã Mariã abbatis uaccã mulcendã non appellaſſe, ad illos remitto, qui hoc de eo loquuti ſunt, ſed ſimplex eſt iuriſta, qa negatiuã probare uult. Quod ipſe cum Iuſſle ad Chriſtũ direxerint duxerintq;, ego aũt dico nouos Chriſtianos tantum nos ducere cum eorũ fide (quum apud eos fides ſufficiat) ſi eos imitaremur, eſſemus tandẽ nihil credituri. De Salomonis templo, dicit per Steffanũ Act. vij. Abolita eſſe præcepta legis, uerũ eſt de ceremonialibus, quod aũt templũ manere debeat, non ſolũ quia illic populus uerbũ dei eſt auditurus, ſed quod & illic orandũ ſit & deo ſeruiendũ, dñs oſtẽdit Matth. xxi. quãdo mercatores eiecit &c. cum Eſaia dicens. Domus mea domus orationis uocabitur. Noſter uero lector deum æſtimat nimis eſſe magnũ, ut ei domus ædificari debeat, quod ſcripturis contrariũ eſt, Deu. xij. Ne putetis per chare lector maiorẽ nunc eſſe deũ factũ, quam illis temporibus. Dauid ad quẽ loquutus eſt iij. lib. Reg. viij. cap. Ait dñs ad patrẽ meũ. Quod cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti, hoc ipſum mente tractans, illud aũt quod deus rectũ & bonũ dicit, nihil uult eſſe lector. Ad dictũ Iohan. iiij. dñico die reſponſum eſt, ſed hic populus oportet ut ſcripturas dilaceret, nã iſta uerba (& nũc eſt) dñs nõ dixit de hora ne adoreẽ in monte &c. ſicut lector propoſuit. Ipſe me docere uult quod ſermone contrario, & neq; ſibi conſtanti uſus ſim, ubi dixi in ſcripturis aliquando, quod ad ſolũ deũ pertinet, creaturæ tribui in bono intellectu probauiq; illud Iudic. iij. ubi ſi non quietabiẽ, reperiet & hoc ipſum Neemiæ ix. ad quas ſcripturas nihil reſpondit. At bonus ille lector adhuc ſcripturis uti neſcit, in quibus reperiet

non ſolum dei cõditiones creaturis tribui, ſed & deum ipſum Dauide dicẽte Pſal. lxxxi. Ego dixi dij eſtis & filij excelſi oẽs, quod dictũ dñs Iheſus approbauit Iohan. x. Nunc ſi hæc uerba tam dure interpretaremur, ſicut noui Chriſtiani deuotorum hominũ ſermones de imaginibus, in peiori ut poſſunt ſenſu interpretanť, nõ poſſet neq; Chriſtus, neq; Dauid perſtare. Excuſare ſe conatus eſt quod ſcripturas Eſaiæ. xliiij. & apud Paulũ Petrum Iohannem non falſificarit. Ego aũt dico, nunquid & archinequitia eſt, idolum & idolatra quam diu ſtetit germana tellus in Chriſti fide ſemper interpretatũ fuiſſe idolum pro falſo deo, & falſi dei cultore, uſq; ad tempora oppugnatorum imaginum, qui iam primum in quatuor uel quinq; annis id pro imaginibus interpretantur. Quod aũt ipſe Eſaiam dilacerarit, & ego prius ueritatem indicarim, libro probo, in quo hebraice habeť iozre peſel, quod ſonat formator idoli, græce gliffendes, qui ſunt imaginũ ſculptores, & latine plaſte idoli, formatores idoli, ideoq; & recte induxi, & ex ſequentibus uerbis clare oſtẽdi eum ibi de idolo loqui, quum ad eum dicit tu es deus meus. Argumentũ meũ quod nos ad nomẽ Iheſu flectamus, quum hoc uel audimus uel uidemus, & ob id etiam ad eius imaginem nondũ ſolutũ eſt, de quo me ad intelligẽtes remitto, neq; argumẽtũ de ſigno in cœlo, ideo breuitatis cauſſa circa illa pmaneo. Quia ad dictũ redit Act. xvij. egoq; reſpondi de idolis eum loqui, iam plane eſt oſtenſum, qualiter cum ſua noua interpretatione ſcripturas dilacerint. In principio uero ſermonis ſui dixit, ſcripturas non loqui de dijs alienis ſiue peregrinis, quemadmodum ego propoſui, etiam & ipſe mea uerba inflexit, de dijs enim alienis induxi ad dictum Exo. xx. per eum inductum, ibi expreſſe habetur. Sed Actuum xvij. Paulus mentionẽ facit, quod altare uiderit dei ignoti, utiq; de Chriſto nihil ſciebant & uero deo, prout titulus denotabat. Ideoq; & diuus Hieronymus altiorem habuit intellectũ noſtro lectore, oſtẽdens diuum Paulũ

ex hoc

ex hoc titulo ignoti dei cauſſam & anſam accepiſſe, Chriſtũ prædicandi, & non eſt quemadmodũ proponit lector, docuiſſe Paulum altaria & imagines Chriſti delere, quum dicat, uidens ſimulachra ueſtra inueni altare ignoti dei, ex quo notate Paulum altaria multa idolorũ reperiſſe iuxta ritum gentilium, a quibus eos retrahere uoluit in ſequentibus uerbis, quare hic ſermo totus contra idolatriam deſeruit, & idolorũ imagines, & non contra Chriſtianorũ imagines. Dicit ſe nudas induxiſſe ſcripturas. Ego uero ad hoc dico nõ, bonas ſcripturas falſo induxit intellectu. Paulum exponit deum corporalia nolle ſacrificia, quod ibi non dicitur, ſed quod horũ non egeat, procꝫ nouo Chriſtianorũ more incedens, ait candelis non egere, ueſtibus, ſacrificijs &c. Verum eſt, quia his non eget, nec eguit unquã, habere nihilominus uoluit ut ſacrificium Abelis, ueſtes ſacerdotis Aaronis, ſacrificiũ eorum &c. O quam lędit eum in oculis candelas ante ſacramentũ ardere cernẽs, quum bene doctus doctor Iohannes Oecolampadius in ſuo nouo obſequiali Baſileæ ſcripſerit apud baptiſmũ duas candelas eſſe oportere. Hoc aũt ſcandaloſum eſt, deum miſericordia egere & iuditio, quæ ꝓximo impẽdimus quod nunquã comperiet deũ ſcilicet miſericordia egere, nos miſericordia egemus dei, deus aũt non eget, & ſi uerũ ſit miſericordes erga proximũ miſericordiã cõſequuturos, hoc firmũ perſeuerat, Dauide Pſal. xv. dicente. Ego dixi dño deus meus es tu bonorũ meorũ non eges. Vltimo concilijs tantũ eſt fidei habiturus, quantũ ſcripturis probant Concilia. Gregoriumcꝫ ideo induxi, quippe quod ludi magiſtrũ, ut adhuc iuuenem & diſpoſitum uirum credere oporteat, tot doctos & ſanctos ſcripturas melius ipſo intellexiſſe. Ipſe aũt adhuc primus in toto orbe eſt, qui ſuam nouit cõſcientiã mundam eſſe coram deo, contra ſapientem, contracꝫ Paulum & Iohannem. Paulus ad Corinth. inquit. Nihil mihi conſcius ſum, ſed in hoc non ſum iuſtificatus. Dauid ait. Ab occultis meis munda me.

Sapiens dicit. Nemo nouit ſi gratia aut odio dei dignus ſit. Io hannes dicit. Si dixerimus nos ſine peccato eſſe, nos ipſos ſe ducimus, & ueritas in nobis non eſt. Rogat me ludi magiſter ne ipſum ab eccleſia ſeparē, ego uero dico ſeipſum hoc facere proqꝫ ipſo doleo, uelit deus uoluntatē eius inuerti, ſineretqꝫ imagines permanere, queadmodū uniuerſalis facit eccleſia, per uniuerſum Chriſtianū orbem. Adhuc rogo ut prius.

D. OECOLAMPADIVS.

CHriſtus nobiſcum habitet, Amen. Dilecti Chriſtiani, quāuis imaginū oppugnatio mihi nunqꝫ placuerit, quū ipſe nollem mihi aut certe alteri ex temeritate aliquid alienari, & ob id plus alicui cōmunitati, ſpeciali mandato non interueniente, & ſi mea perſona, gratia dei, neqꝫ imagines nec aliā ceremonialē uſum ab hominibus erroneæ inductū, adhuc tamen mihi licere non uideo quartæ cōcluſioni doctoris Eckij ſubſcribere. Primo tum quod ipſa ſit obſcura, & ut ſonat incerta, ſi uel de omnibus ſanctorꝫ imaginibus extendat, & in omne tempus, & in omnes conditiones uel non, hoc ſi appoſitum eſſet, magis eſſet ſecurū reſpondere. Partim bene mihi placet, imagines pro laicorꝫ ſcripturis teneri, ſi ſic res ipſa ſineret. Certū tamen eſt potius euangelico libro eos cariturosquā aliqua imagine. Illud etiā, & ſi ſe ita haberet, ſecundo mihi licere non uideo hic ſubſcribere, quū D. Eckius ſacris literis nihil probarit hoc confirmando, præcepta ēm dei de Cherubin, de æneo ſerpēte. Salomonis templo nihil probāt hoc doceri. Nam deus etiā Abrahæ mandauit filiū ſuum offerendum, mihi tamen propterea non licet hoc docere. De cornuto dixit argumēto, quum ab eo ſcriptura expoſcat, per quod ianua aperiret multarū circumſtantiū doctrinarꝫ ſi illud non ualeret. Iuxta hoc mentio facta eſt rebaptiſationis dñicæ diei, nunc aūt alia ſpecies eſt in omnibus his cōcluſionibus, quarū dicta habemus contraria, quæ non habēt rebaptiſatores. De die dñica magnum habemus fundamentū pri. Corinth. xvi.

Hic

Hic aũt imaginũ ratione dicta ſunt contradicentia, ut procla
mata ſunt ab his qui ante me loquuti ſunt, qui ut boni patres
familias teſtimonia adportarunt, uetera & noua de uero Bi-
bliæ theuſauro, quãuis illa parui habita fuerint. Dictũ Exo.
xx. correctũ eſt, quaſi in duobus locis falſo inductũ. Primo
quod ex uno præcepto duo facta ſint, nunc aũt bonus ille dñs
admiſerat alterã partẽ expoſitioni deſeruire, quãuis legebat
illud iuxta naturalẽ expoſitionẽ textus ubi habet̃, non adora
bis ea, neq; ſeruies illis, ipſe legebat non flectas, uel inclines
coram eis &c̃. hic uerbũ habetur hebræũ his tahaue, quod ex
eius originali expoſitione non mox tendit uel ſeruit ad uene-
rationẽ deo debitã, ſed ſignificat uenerabilẽ inclinationem.
Gen̄. xvij. ubi clare in uno uerſu hoc uerbũ bis habetur. Item
Eſa. ij. eius habet̃ radix. Item i. Paralip. xxi. pri. Reg. xxv.
& in alijs locis. Sed & græci cõmuniter exponunt illud p̱ hoc
uerbum proſkiniſi, quod etiã apud eos & in pręſentem diem
in cõmuni linqua proſkinier appellat̃, & denotat reuerentiã
exhiberi in inclinatione & flexione, ideoq; & textus in ſeipſo
non infideliter allegatus fuit. Nunc ultra oſtẽdendũ eſt eum
ad noſtrũ propoſitũ deſeruire, deus omnipotẽs qui miſertus
eſt humano generi, quod in profunda cognitione per caſum
Adæ nouit reſtituendũ, uoluitq; illud ſui nobilis originis me
moriam facere, hominẽ non minus eſſe cæteris creaturis, no
luit illũ habere decliuũ, ut fit per imagines quãdo uenerant̃.
Item quod præcedit, non habebis deos alienos, hoc uerbulũ
alienos late extendit̃. In quo etiã docemur nihil iuxta deum
collocare, cõmuniter enim ante dij ſunt, quãdo ad creaturas
potius refugit̃ quam ad deum, & poſt error ille firmatur per
imaginũ erectionem. Neq; illud excuſatio eſt, quum dicitur
nos bene ſcire lapides & ligna non eſſe ſanctos, hanc etiam
gloſſam & Iudæi & Gentes etiam bene nouerunt. Iudæi com
muniter ſtellis & angelis attribuerũt, deum per eos operari,
& ob id opinati ſunt ſeſe deo honorẽ impendere, ſi illis ima-

g'nes er'geret, ſed hæc gentiū erat imitatio. Paulus in epiſto⸗ la ad Ro.i. cap. quater oſtendit eorꝫ ſapiētes cognouiſſe deū, ſed in imaginū factura peruerterunt ueritatē in mendacia, & uenerati ſunt, ſeruieruntqꝫ creaturæ iuxta creatorē. Stat pro poſitio para quod iuxta eſt & non ſupra deum, quod etiā & nos ultra cogit, ideoqꝫ in noſtris prędicationibus non ad ima gines dirigimus, ſed magis abducimus, uelitqꝫ deus & etiam interiores imagines, per quas a deo retrahimur ſeu impedi⸗ mur, ex noſtris cordibus deciderent, ſicut Hieremias ait, La⸗ ua a malitia cor tuum, & præcipue iiij. capite. Si abſtuleris ab hominationem a facie mea, hoc eſt ne uideam, non cōmoue⸗ beris. Eſa. ij. Zacha. xiij. inuenimus in Chriſti aduentu ſolū Chriſtum exaltandū, & omnis idolorꝫ factura penitus peri⸗ bit, hoc in nouiſſimo die completæ perfitietur. At nunc qui uerus Chriſtianus eſſe uolet, omniū imaginū uerecundabi⸗ tur, quod non purius ſuo deo deſeruiat. Doctor Eckius pro⸗ poſuit ex Damaſceno Chriſto nondum incarnato, imagines fuiſſe prohibitas, ſed poſt incarnationē hoc utile ſit. Hoc pri⸗ mo non quadrat, quia & Chriſtus etiā ſuam naturalem car⸗ nem in cœlum aſſumpſit, illo diſcipulis oſtendens, hanc hic non prodeſſe. Secundo ueteris teſtamenti homines groſſio⸗ ris intellectus, nihilominus æque Chriſti aduentū exſpecta⸗ runt, quod ſcilicet uenturus ſit, ſicut nos fatemur eum iamqꝫ ueniſſe. Nūc aūt noluit deus populo cerimonijs grauato ima gines concedere, quanto minus his in nouo teſtamento qui ſpirituales appellantur, quos per uerbum ſuum regere uult & docere. Quare etiam & illa ſimilitudo nihil ualet de ſpecu lo, quum per uerbū clarius uidemus, quam per imagines in ij. epiſtola ad Corinth. de Chriſto ſic dicit Paulus. Nos uero omnes reuelata facie gloriam dn̄i ſpeculantes Deut. vi. Dili⸗ genter nobis demandatur contemplatio uerbi dei, ut illud co gitemus ſiue in domo ſimus, ſiue in uia, dormiamus ſiue ſur⸗ gamus, & ut ſignum in manibus ligemus. Ex quo reſpondetē

monitioni

monitioni doctoris Eckij factæ, his qui in campo uel ambu‑lant uel equitant, & ad deuotionem monētur per imaginum intuitum. Hij namq; ſe met corrigere deberent ut Chr ſtiani negligentes, quod locata præſenti egent imagine ſiue ſigno. Puer inq; qui parentem uere diligit, patris præcepta tam me‑ditatur profunde in corde ſuo, ut abſq; ullo alio ſigno pater‑nis præceptis obtemperat. Magna nobis eſt uerecundia per creaturarū quottidianum uſum nos perteſi, deo ſumus ingra ti, multo melius deum cognoſceremus ſi orbis totus nō plus quam imago doceret, ſed & imagines pictæ in obliuionē ue‑niunt. Vltimo hoc ex Actis inductum, forte eſt argumentū, ſicut enī in hiſtoria reperimus, titulus erat ignotis dijs, quūq; & noſter uerus deus ignotus erat eis, ad quem ſolum Paulus dirigere uolebat, ſcriptura nobis nominat ignoto deo, quaſi prædicare uoluerit, uos gentes utcunq; cum ueſtris idolis fa‑ciatis, non eſt utiq; deus quem prædico talis deus, qui eiuſce modi exteriori cultu uenerari expoſcit. Corda namq; quærit munda. Ideoq; & diuus Iohannes in epiſtola ſua, quando no bis uerum deum deſcripſerat, eo concludit. Filioli cuſtodite uos a ſimulachris, omnis aūt imago ſimulachrū fit, quando cor alicui imagini impēditur. Volunt nos Euangeliſtæ a cre‑aturis abſtrahere, ideoq; & idolum bene eſt pro imaginibus interpretatum, ſic namq; & Lactantius eſt interpretatus. Sed & Origenes contra Celſum, qui dicunt ſimulachrum a ſimi‑litudine nomen habere, & nō mox id ſit quod deſignet, deus aūt ueritatis, amat ueritatem. Illū ergo meū intellectū ex ſcri‑pturis uolo eſſe notum & manifeſtatū de hoc ultra non diſpu taturus, ſicitaq; concluſum ſit & ſcripturis cōmendatum.

D. ECKIVS.

In nomine tuo domine Iheſu Chriſte, Amen. Gratioſi, fa‑uorabiles & preceptores dn̄i. Quum multis ſermonū circum ſtibus tempus inane conterit, & uos procul dubio alijs nego‑tijs onerati eſtis, & iam plus centum horis extitit diſputatum,

ex quibus dominationes ueſtræ plane accipere & intelligere poſſunt, quis ſuam doctrinam diuino uerbo defendit ac manu tenuit, & quis non. Ex quibus & ueſtris ſubditis bene no uiſtis quid illis bonum ac ſalutare ſperandũ. Nunc proteſtor exinceps ad nihil aliud me reſponſurũ, niſi neceſſitas hoc expoſcat, & cauſſam tangat, alios uero circumitus uitabo, ſcolaſticum enim eſt ſingula perſequi tendicula. Breuius igitur nunc reſpondeo doctori Oecolampadio cum mea concluſione manens apud ſanctã eccleſiam, ſanctaq; concilia. Quod Abrahæ præceptũ eſt offerre filium ſuum, perſonale fuit, ſed imagines Cherubin & ænei ſerpẽtis uniuerſam Iudęorũ concernebat congregationem. Exo. xx. Vtiq; dñs Linck ſecundum Zwinglianam conditionem textum falſificauit, quum quatuor uerbis uſus ſit, flectere, inclinare, uenerari, adorare, & omnis textus duo dumtaxat habeat. Quia uero doctor eum excuſare nititur, quia ſchaha hebraice flectere & inclinare ad ea ſignificet uerum eſt ſi in kal ponatur, ſed in hiſpahel uti eſt ſolitũ pro adorare, ſicut hic de quo me ad Conplutenſem remitto, alioſq; linguæ hebraicæ peritos. Et ſic expoſuit Chaldaicus græcus & latinus textus, ſed & Lutherus ipſe in ſuo germano dicẽs, non adorabis ea. Dicit ſe ſcire hoc uerbum proskineo cõmuniter apud græcos pro adorare accipi, ideoq; & per eum dño Linck nihil adiutũ eſt. Quia uero Iudæos & gentes excuſare nititur, eos æque ſciuiſſe, lapides & ligna deum non eſſe, nihil ad nos. Scimus enim eos ueri dei oblitos, adoraſſeq; alienos deos, qui communiter dæmones fuere in gentiũ imaginibus abſconditi. Etſi igit̃ plæriq; docti oppoſitũ nouerunt, permanſerũt nihilominus in cõmuni errore ac idolatria ob idq; correcti ſunt ad Ro. i. Eſa. ij. ca. dicit expreſſe de idolis. Tremẽdũ doctor ſermonem protulit nos Chriſtianos imaginũ pudefieri debere, nos aũt alterius ſum⁹ opinionis. Iudæus quiſpiã pudefiat ſui glauci circuli, ueſtib⁹ ſuis affixi. Nos uero Chriſtiani gloriabimur, honorem æſtimantes

mantes, quod ante oculos intueamur, ſigna Iheſu crucifixi, quorũ etiã diuus Paulus gloriatur ſe in ſuo corpore portare, ſicut ad Galat. vi. ait. Verecundiã ſiue ſcandalũ ex imaginib⁹ facere ſatagit, quaſi ſigna ſint imperfectionis, quod eorũ egeamus. Nunc aũt ego nõ credo Chriſtianos nouos ex toto angelos eſſe, ita quod ſignorũ exteriorũ nõ egeãt. Nos dicimus dñe imperfectũ noſtrũ uiderunt oculi tui, noſtrã recognoſcimus debilitatem hic in terris. Compatitur nobis pauperibus hominibus omnipotens deus, ideoq; & ſacramenta in externa ſpecie eccleſiæ dereliquit. Si hoc uerũ eſſe deberet, pudorem & uerecundiã nobis Chriſtianis eſſe, externis nos uti ſignis, oporteret & uerecundiam eſſe uti ſacramentis. Argumentum Damaſceni cum dicto Deute. iiij. ualidum iam fuit mille annis, manebit adhuc longiore tempore, ſcripturis cõmitto. Exemplum meum de cõſpicilijs uult annihilare, ea de cauſſa, quippe quod uerbũ clarius picturis, uerum aio iuxta intellectũ cuiuſquam. Nam homo ſimplex illud melius per picturas percipit & intelligit. Ad hæc uerbũ exterius expreſſum ſignũ eſt tranſiens, quum imago maneat. Crucifixi eñ imago multis annis pertranſeuntes, monet Chriſti paſſionis, ubi non ſemper quis aſtans moneret dominicæ paſſionis recordari. Adportat Lactantium ſimulachrum imaginem appellari ſit ita. Idolum autem falſum deum ſignificat, cuius dei Idolium templum appellatur. Actuum xvij. ſufficienter eſt enumeratum, quod Atheniẽſes expreſſe nominat idolatras. Inductioq; doctoris de ignoto deo nihil contra nos facit. Quum enim illis Chriſtum notum facere cupiebat, neceſſarium ei fuit prius eradicare cultum idolorum de quo me ad hodierna ſcripta remitto, cum adiuncta petitione mea ſicut in alijs articulis factum eſt.

CONCLVSIO V.

Poſt hanc uitam eſſe purgatorium.

MATTHIAS KESSLER PARROCHVS in Gáſs Cantonis Appenzell, Nonus arguens.

PAx & gratia a deo noſtro patre cœleſti nobis omni tempore concedan̄, Amen. Articuli cauſſa purgatoriū concernentis quid me mouit poſt hanc uitam, illud non eſſe fateri, paucis uerbis explicabo, poſt hoc manere ſinens ultra non diſputabo, quia cauſſæ ineptus ſum, ſed ſcripturis cõmittam. Illa quicqd poterit cum ea manebo, ſicut obediens &c. Chriſtus Iheſus omniū noſtrū magiſter ſcholæ, nobis oſtēdit Marci ult. cap. Qui crediderit & baptiſatus fuerit ſaluus erit, qui uero non crediderit condemnabitur. Vltra Chriſtus ait Ioh. iij. Qui in filiū credit habet uitam æternam, qui uero in eum non crediderit uitā non uidebit, ſed ira dei manet ſuper eum. Vltra dicit Iohan. v. Amen amen dico uobis, qui uerbū meū audit, & ei credit qui me miſit, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, ſed tranſit a morte in uitam. Iterum ait vi. Amen amen dico uobis, qui in me credit, habet uitam æternam. Adhuc unum dictum ad Galath. ij. cap. Sciētes autem quod non iuſtificatur homo ex operibus legis, neq; fit probus niſi per fidem Iheſu Chriſti. Hæc dicta cum plæriſq; alijs, breuitatis cauſſa intermiſſis, me mouent uel hominem cum per fidem in Iheſum Chriſtū credit, quod eius ſit redemptor, opinari ſaluum fieri, eum uero damnari qui id nõ credit poſt huius mundi diſceſſum. Eius uero opinionis me eſſe fidem quem nos Chriſtus docuit, ſine ullis operibus nudā hoc nunquam didici, fides enim uera ſua conditione ſe oſtendit, ſicut ſol cum ſuo radio. Ideoq; & iam cauſſam demitto, uolens eo meā & cauſſam & doctrinā (ut ſimplex) nota feciſſe, & poſt hæc non ultra diſputare, ſed ſcripturis cõmendare, Amen.

D. Eckius

CONCLVSIO QVINTA.
D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Miſerandũ eſt tales indoctos ſacerdotes (qui met ipſi ſuã ſimplicitatẽ fatentur & ineptiã) tentare atq; conari, terras homineſq; ſeducere & abſtrahere a Chriſtiana ordinatiõe, ducereq; in æternã damnationem. Quatuor induxit textus cauſſæ nihil deſeruiẽtes. Nec tam eſt aptus ut iuxta naturã diſputationis illos ordinaſſet contra purgatorium. Breuiter quicquid fidei in ſcripturis tam excellenter tribuitur, intelligi debet, ut dicit Paulus ad Galath. v. de fide per charitatem operante. Iamq; notum eſt hunc parrochum neſcire quid ſit fides, quum opera dicit fidei eſſe conditiones ſicut radij ſolis, falſum eſt & seductorium. Eſtq; contra Paulum prima ad Corinth. xiij. cap. Et uos noui Chriſtiani multos ſeducitis ſimplicium, quia fidei tribuitis quod charitati tribuendum eſſet, charitas enim ipſa eſt operum diues. Paulus dicit, Si fidem habuero ita ut mõtes tranſferam, ſi charitatẽ non habuero, nihil ſum. Vltra quum quis in fide moritur, cum charitate finaliter ſaluus erit, ſed cum hoc bene ſtat aliquem in diuina charitate mori, & adhuc pro aliquibus peccatis non ſatisfeciſſe, quod diuina iuſtitia expoſcit, hic per ignem ſaluus erit, inquit Paulus pri. ad Corinth. iij. Ideoq; uos domicelle adportate meliores ſcripturas, aut diſcedite ab hac picardica hæreſi, teneteq; cũ uniuerſali Chriſtiana eccleſia.

IOHANNES HESS.
Decimus arguens.

GRatia & pax per Iheſum Chriſtum nobis omnibus concedant, Amen. Quũ Adam primus noſter parens, præuaricatus eſt dei mãdatũ, ex quo uniuerſum genus hoĩm perpetuæ dãnationi fuit obnoxiũ, miſertus eſt nobis cœleſtis pater ex mera gratia & miſcđia, moxq; poſt Adæ caſum, ſemen promiſit quod ſerpenti caput ſuum eſſet contriturũ Geñ. iij.

Hoc

Hoc ſemen Chriſtus eſt, quid me mouit huius articuli ratio-
ne credere iamq; duo aut tria dicta allegata ſunt. Vltra habe-
mus Eſa. xliij. cap. ibi deus per prophetã inqt. Ego ſum, ego
ſum ipſe qui deleo iniquitates propter me, & peccatoꝝ tuoꝝ
nõ recordabor. Habemuſq; nos in noſtra ſancta Chriſtiana
fide decimũ articulũ ſic ſonantem. Carnis reſurrectionẽ & ui
tam æternam. Rogamuſq; in ſancto pater noſter pro dimiſſi
one debitoꝝ, & Matth. vi. ait Chriſtus. Si dimiſeritis homi-
nibus peccata ſua, dimittet & uobis pater cœleſtis peccata ue
ſtra. Nunc proximo oſtendi, quum rogare uolumus, dubita
re nõ debemus, ſed in fide petere & fiet nobis quod petimus.
Gratioſi dilecti dñi eiuſcemodi lucidis & claris dictis & uer-
bis dei adhibeo ego ſimplex fidem, ſciẽs quæ deus promittit,
quia illa faciet. Et quum in ſcripturis nullũ expreſſum & cla-
rum dictũ inuenio nos poſt hanc uitã primũ pœnitere, ſatiſ-
facere pro peccatis noſtris &c. mihi licere non uideo (& ſi ali
qua dicta apparentia ſint & obſcura) cum illis clara uerba &
dicta dei obtenebrare. Ideoq; & ſimpliciter maneo apud cla-
riſſimum uerbum, in nomine domini, ſemper petens doceri
& dirigi, ineptias enim meas bene cognoſco.

D. ECKIVS.

Heſſus oſtendere deberet quo fundamento nixus tam fri-
uole Chriſtianũ uſum & ordinationem dereliquiſſet, & pur-
gatoriũ negaſſet, quum eum totũ ſcripturis uacuũ auditis &
indoctũ, duo enim dicta adportat Pater noſter, & credo de
peccatoꝝ remiſſione. Num & hæc ſtultitia eſt & intolleran-
da temeritas in ſacerdote tam indiſpoſito, qualem ſe met ipſe
fatetᷣ tota eccleſia credit peccatoꝝ remiſſionẽ. Nam ſi pecca-
toꝝ non eſſet remiſſio, neq; eſſet purgatoriũ. Ideoq; & dicta
illa pro purgatorio ſunt & non contra, ſi ſcolas uiſitaſſet dili-
gentius, in peccato duo eſſe didiciſſet, unum culpa quã tollit
pœnitentia, alterũ pœna quæ tollitᷣ per ſacramentũ ſatisfacti
onis, ſatiſpaſſionis hic uel in purgatorio. Et hoc ut ita ſit, lege

ij. Reg.

ij. Reg. xij. Quum enim Dauid peccauerat, remiſſa quidem fuit culpa, nihilominus tamen propheta dicebat, deus peccata tua in alios tranſtulit, translatio non eſt in culpa, ſicut deus per Ezechielem ait. Filius non portabit iniquitatẽ patris &c. Ideoq; & peccatorum translatio intelligi debet in pœnam, ſicut peccati ratione oportuit mori filiũ Dauid. Bonus ille domicellus iactanter inducit dicta illa eſſe clara, uerum dico clara eſſe de peccatorum remiſſione, ſed ex toto nihil cõtra purgatorium deſeruiunt, & oportet malã eſſe obſtinatiã in Heſſone, quia dicit nullũ eſſe clarũ dictũ de purgatorio, legat ipſe pri. ad Corinth. iij. Si cuius opus arſerit, detrimentũ patiet̃, ipſe aũt ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Nunc aũt nemo ſaluus erit per ignem infernalem. Ideoq; & hæc clara uerba intelligi oportet de purgatorio. Aliud clarum dictũ ipſe crebro legit quãdo ſacerdos adhuc erat ij. lib. Mach. iij. cap. Quando Machabæus offerri fecit Hieroſolymis pro illis qui in bello ceciderant, & ſequit̃. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis ſoluant̃, eos qui apud inferos ſunt non iuuat, hij uero qui in cœlo ſunt non egent. Ideoq; & hoc dictum clarum, lucidũ & pregnans pro purgatorio, quare & merito Heſſus hanc picardicã hæreſim decidere pateretur, quum met ipſe Lutherus eam primo damnarit, ſe ſcire dicens purgatorium eſſe. Et quum Luthero tantum tribuatis ubi eſt contra eccleſiam, quare & in hoc ei non creditis, hoc ſolum ueſtra mala uoluntas efficit, quia nihil boni acceptatis, & malum undiq; colligitis.

BENEDICTVS BVRGOVVER PARrochus ad ſanctum Gallum. Vndecimus arguẽs.

EGo quum ſancto Paulo opto ut nobis aperiat hoſtiũ uerborum ſuorum, ad nunciandũ miſterium Chriſti, & nobis loquentibus ſpiritũ dei, ſicut ipſe Philippũ eunucho adduxit, & apperiat nobis ſcripturas in uero intellectu, Amen. Sicut quinta cõcluſio eruditi & docti dñi mei doctoris Eckij ſonat.

Poſt hanc uitam eſſe purgatorium. Quamuis ego in propria perſona nihil in ſpecie contra hoc depugnaui, neq; prædicaui, ſed iuxta hoc duas oſtendi uias mortis & uitæ, quas nos oẽs expectare futuras oportet. At ex Chriſtiano animo hoc perturbatiſſimo tempore, & contrariæ doctrinæ, ſecundum ordinem meorũ gratioſorũ dominorũ laudandi fœderis Heluetiorũ ad ueritatis inueſtigationẽ ſecundũ ueram opinionẽ & intellectũ ſcripturarũ. Intelligo ego primo hoc uerbũ purgatoriũ denotat & importat per hominem poſſe conſequi & deſeruiri ſiue mereri perpetuam fœlicitatem. Quia aũt diuus Paulus ad Galath. iij. nos omnes filios dei appellat per fidem quæ eſt in Chriſto Iheſu. Poſt hæc pri. ad Corinth. iij. Omia noſtra ſunt ſiue Paulus, ſiue Apollo, ſiue Zephas, mundus, uita, ſiue mors, præſentia ſiue futura, nihilominus omnia noſtra ſunt, nos aũt Chriſti, Chriſtus autem dei, teſtatur itaq; diuus Paulus, quum omnes nos ſub peccato concluſit, ut filius dei nobis iuſtitiam tribuat, ſalutem & redemptionẽ, quia propheta Eſaias eum nominat ix. ca. nobis natũ eſſe, nobiſq; datum, ſicut & angeli teſtati ſunt Luc. ij. Gaudiũ magnũ erit omni populo, quia natus eſt nobis hodie ſaluator, quum igitũ nobis euangeliũ uirtus ſit dei in ſalutẽ omni credẽti, & longe ante alios gratia plenus. Paulus ad Philip. iij. tam ditiſſime teſtatur ſe in lege ſine quærela conuerſatũ ſcd'm iuſtitiã, non ſecundũ iuſtitiã quæ ex lege erat, ſed ſcd'm illam quæ ex fide eſt Iheſu Chriſti ad cognoſcendũ illũ, & uirtutem reſurrectiõis eius, & ſocietatẽ paſſionis illius &c. Sed & ad Ro. iij. inquit. Iuſtitia aũt dei per fidem Iheſu Chriſti in omẽs & ſuper omẽs qui credũt in eum. Quia igitũ Paulus lucide & clare ibi oſtendit hominẽ iuſtificari probumq; fieri per fidem abſq; operib9 legis, iuxtaq; bene ſciatũ hanc per charitatẽ operari ſecumq; fructũ adferre, in ij. Pet. i. Ideoq; de nulla uel mortua uel diabolica fide mentionem feciſſe uolo. Quia ergo ſcriptura ſola opera carnis & his damnationẽ & opera ſpiritus & his uitam

æternam

æternam promittit, & inter uitam æternã & damnationẽ nul lum medium ponit, quia ſcriptura Matth. vij. arborem aut bonam aut malam appellat, morimur ergo aut in fide in deũ, quæ nihil aliud eſt quam Chriſti cognitio, cum ſubiectione & recognitione noſtræ peccatricis uitæ ad redemptionem & miſericordiã Chriſti. Quia ergo deus ſuo unico filio non pe-percit, ſed pro nobis omnibus maledictũ eum fecit, quo per-petua maledictio a nobis aufferretur ad Gal. iij. cap. Quum igitur ad ſalutem omnes uocati ſimus, & hoc non ex nobis, quia donum dei eſt, & non ex noſtris operibus, ne quis inde gloriaretur, ad Ephe. ij. iuxtaq; nos in bonis operibus, quæ deus parauit, ambulare debemus. Quum ergo dominus nos monet Matth. xxv. in parabola quinq; prudentiũ, & quinq; fatuarum uirginum, quæ oleum a ſe mutuo emere uolebant, neq; met ardentes faculas in manibus portare, dominumq; uigilantes & orantes præſtolari, nos dominus monet iam his diebus gratiæ & huius tẽporis operari, & non mandauit pro defunctis nos ſolicitos eſſe debere, aut certe turbari prim. ad Theſ. iiij. Neceſſariũ non eſt niſi alia ſcripturarũ ratio indicet & habeatur, purgatoriũ ponere tantum pro hac uice.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Multas induxit ſcripturas dñs Benedictus S. Galli parrochus de fide, & qđ nobis ſuam miſericordiã deus impartitus ſit per filium ſuum, quæ hic ad cauſſam nihil deſeruiunt, omnes namq; nos hoc credimus. Voluit ergo bonus ille dominus uideri, ſe folia in libris uoluere noſſe. Iuxta meam heſternã proteſtationẽ de-mitto huiuſcemodi circumitus. Poſt medium ſermõis ſui de duabus uijs loquitur, una uitæ æternæ, alia æternæ damnati-onis. Dilecte dñe parroche has ſcriptura non appellat uias, hoſpitia ſunt uiatorꝝ, quod aũt uia in cœlũ præcipue obliqua non per purgatorium pergat, hoc uobis probandũ reſtat. Ca ſu hic utimini in ſcolis petitio principij appellato. De arbore

Matth.vij. Breuiter dico dilectas animas in purgatorio bonã eſſe arborẽ, amicos dei, & de numero electoꝝ, ideoq; & hoc dictũ nobis non eſt contrariũ, id quod dicitis qui in fide moritur, in diuina charitate eum eſſe de numero electoꝝ, & nos fatemur, ſi aũt ſupra ſe habet quottidiana peccata, aut pœnã peccatoꝝ illa ſtare poſſunt cum diuina charitate, tunc ſua fœlicitas aliquo tempore retardat̃. Dicitis ſcripturã aire nos nõ rogare pro mortuis, cuius contrariũ ego duobus teſtimonijs oſtendi ſcripturarũ, & cum hoc illud firmat ritus & uſus totius uniuerſalis eccleſiæ. Sanctus quoq; Auguſtinus hoc obtinuit ante annos mille & centũ, hunc uſum pro animab⁹ orandum. Et S. Ambroſius in uno ſermone exequiarum Cæſaris Theodoſij cauſſas oſtendit, quare in eccleſia celebrent̃, primus, ſeptimus, & triceſimus defunctoꝝ, & hoc ſacris probat literis. Ideoq; & ueritati parcunt, qui hoc papam dicũt excogitaſſe. Sed & Monicæ matris Auguſtini exequiæ adhuc ſupra terrã exiſtentis celebratæ ſunt, ſicut met ipſe teſtat̃ lib. ix. ſuarũ confeſſionũ. Opinat̃ dñs Benedictus nos pro mortuis orare non debere, ne nobis contingat quod fatuis uirginib⁹. Dico autẽ ego bonũ dñm meum parrochũ fortaſſe ignorare quid per oleũ Chriſtus ſignificarit. Apud Gregorium, Auguſtinum, Chriſoſtomũ reperiſſet, ſignificare oleum diuinæ charitatis, & non orationes noſtras, tunc enim conſequeret̃ ſcd'm ſuã expoſitionẽ horribilis & inauditus error, neq; nos uiuos pro inuicem orare debere, uirgines enim illius parabolæ uiuæ ſunt, quæ ſuum oleum alijs condiuidere nolebãt, ſimplici uiro ante oculos depingere uellet, quaſi pro mortuis diuus Paulus orare nobis interdixiſſet, illudq; ut obtineat, partim ſcripturas ſubticuit, in quibus caput eſt & cardo ueri intellectus. Non enim abſolute Paulus dicit, Nolite ſuper mortuis triſtari, hoc enim uerbũ eſſet durum, crudele, inhumanũ & lupinũ, aliquẽ non triſtari ſiue turbari ſuper parentũ morte fratrum, filioꝝ, eſſetq; cõtra ſcripturas de Abraham Iacob

Ioſeph &c. ſicut & domino Iheſu mulieres alijq́ cōpaſſi ſunt. Hæc aūt uerba ſunt Pauli integra. Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non cōtriſtemini ſicut cæteri qui ſpem non habent, quæ autem illa ſit ſpes poſt exponit, reſurrectio ſcilicet, ideoq́ Paulum uelle conſtat, ut pro mortuis nō ut gentes contriſtemur, qui corporis reſurrectionem non credunt. Non prohibet pro mortuis exorare.

PARROCHVS S. GALLI.

Venerabilis dn̄s meus doctor dicit ſcripturas per me inductas oſtēdere dumtaxat Chriſti miſericordiā & nihil penitus cauſſæ deſeruire, quumq́ totius noui teſtamenti ſcripturæ nos tam abunde ad Chriſtū ducūt, ultra nihil egemus. Sicut nāq́ ad Ro. v. oſtenſum, habemus quid nobis ſit Chriſtus, & ad quid nobis datus & natus ſit, nominatim ita dicēs. Cōmendat aūt charitatē ſuā & manifeſtat deus nobis, quādo adhuc peccatores eramus ſcd'm tempus. Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo igit̃ magis nūc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Præterea ad Galath. ij. Si ex operibus legis iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Vltra dicit dn̄s meus doctor me duas dumtaxat uias nominare, quum hoſpitia appellare deberē, uerbalis eſt contentio. Sed Lucæ xvi. Illud nobis dn̄s in parabola diuitis in inferno ſepulti, ac Laçari in ſinu Abrahæ oſtēdit. Quod aūt prius obliqua uia purgatorij ad deum duci debemus, probatū non audiui. De arbore Matth. vij. ante hoc ſatis oſtenſum eſt. Quia uero dn̄s meus doctor oſtendit ibi quottidiana peccata purgari debere ex ſcripturis nō eſt clarū, quum enim maiora delicta ut ſunt mortalia cōdonant̃, non multa eſt ratio ſuper minorib⁹ habenda. Paulus aūt ad Ro. ij. nobis oſtēdit bonitatē dei, ſecundū eius longanimitatē noſtrā conuerſionē expectans, & quoniā arbor fructus non generat ſcd'm diuinā uoluntatem, abſcindit̃ & in ignem proijcit̃, Luc. xiij. Dixi pro mortuis nō orandum, de quo me ad priora ſcripta remitto. At de uſu ſeu

ritu interceſſionis per uniuerſalem Chriſtianã eccleſiam, hoc ego intactũ ſino, gratioſorꝫ namqꝫ dñorꝫ meorꝫ mandatũ ſonat ſcripturas ſcrutandas, ſi poſt hãc uitam ſit purgatorium. Quod aũt aliqui dicunt Pontificẽ Maximũ hoc adinueniſſe, hos ſic loquentes reſpondere permitto. Ad quas uero abuſiones purgatorio fuerint uſi in plæriſqꝫ peccatoribus bene claret, qui in uita male agẽtes purgatorio, fidunt atqꝫ conſolanť. Dictũ illud oleũ concernens fatuarũ & prudentũ uirginũ, ſecundum literã & ſpiritũ omni legenti clarum eſt. Dñs meus D. Eckius me inducit quaſi triſtari prohibuerim pro mortuis ſeu dormiẽtibus apud mea adducta uerba permaneo. Nos uero Chriſtiani qui dicimus Pater noſter qui es in cœlis, quouſqꝫ quottidie oramus, fiat uolũtas tua, quãdo noſtri ab hoc ſeculo auocantur, non debemus ut gentes triſtari. Nam ſicut Chriſtus reſurgens primitiæ dormientiũ reſurrexit, dedit nobis deus uictoriã mortis per Chriſtum. Ex quibus omnibus doctoris mei inductis uerbis poſt hanc uitã purgatoriũ eſſe, non clare oſtenſum eſt, ibi aũt triſtari non eſt prohibitũ, quũ & Dauid ipſe pro ſuo filio Abſolone triſtatus eſt.

D. ECKIVS.

Non neceſſarios ſermones demitto. Iuxta tenorem proteſtationis meæ, unicũ dumtaxat dictũ contra purgatoriũ adfert ſecundũ Zwinglianã conditionẽ Lucæ xvi. At uos notate quam ſapienter hoc animo tractatũ ſit, quum enim in ſimilitudine duo dumtaxat loca, infernus & Abrahæ ſinus inducuntur. Conſequiť ex eo iuxta eorꝫ formoſam logicam nullũ eſſe purgatoriũ, quia eius ibi nulla fit mentio. Nunquid hij ſunt ſcripturarũ gigantes, neqꝫ cœlum eſſe oporteret quippe quod in ea parabola dẽ cœlo, ibi nulla fit mentio. Vltra dicit me debere ſcripturas ꝓ purgatorio adportare, duas adduxi, ad quas nec uerbo quidem reſponſum eſt. De mortali peccato breuiter ut parrochus uideat ſe nõ intelligere. Dico etiam probum hominẽ in omni bono quottidiano opere quottidie

peccare

peccare poſſe, quemadmodum Bernhardus enumerat. Ipſe quottidianũ peccatũ leue quid æſtimat, quaſi de illis nõ eſſet reddẽda ratio. Aliter nos docuit dñs Iheſus Matt. xiȷ. Quod de om̃i etiam uerbo otioſo rationem ſumus reddituri, adhuc illud quottidianũ peccatũ eſt ex genere. Curioſum tamen eſt audire dominũ meum parrochum purgatorio tribuere abuſum, quippe quod propter illud homines licentius peccent. Dilecti dñi, uos ipſos per naſum trahite, quis plus peccandi præſtat occaſionem. Hȷ qui dicunt tempore mortis hominẽ per fidem & fiduciam in Chriſtum liberari a peccatis, & ab ea hora ad cœlum pergere ut docet pars aduerſa, aut qui in pœnitentia ita moritur ut illi dicatur, quod pro peccatis præteritis in purgatorio ſatis pati debeat, ut dicit ſancta eccleſia. Manifeſtum eſt hunc plus ad peccandũ in uita occaſionem præſtare qui nullam pœnam ad hoc ponit, quam in fine fidem & contritionem illo qui magnam futurã pœnam ponit. Ideoq; & uos purgatorȷ oppugnatores, in eccleſia nullam adfertis utilitatem ſicut proponitis, quum pœnam peccatorum nominatim in purgatorio leuatis. Ideoq; dilecte domine parroche dona dei uobis gratioſe conceſſa recognoſcite, illis contra eccleſiam catholicam non utendo. Humiliate uos credendo tot iam doctos uiros ab annis circiter mille quingẽtis ſcripturas melius uobis intellexiſſe. Quumq; ſic ad eccleſiam diuertetis apud ueſtros ſubditos, prout tenemini, multa bona effitietis, & uitam æternam promerebitis, Fiat.

PARROCHVS S. GALLI.

Proteſtor quod in meis inductis ſermonibus nihil ꝑtinaciter optem tenẽre contra dei uerbũ, & Chriſtianũ intellectũ ſcripturarũ, ſed ut obediens in om̃i tpe ueritati nõ reluctabor.

D. ECKIVS.

Ipſe & ſi hoc ore loquaẽ, hodiernas & pręteritas ſcripturas cõteſtor re ipſa & opibus ſuæ uerbali ꝓteſtationi contrauenit.

Wolffgangus

VVOLFFGANGVS VVETTER IVFFLI dictus, coadiutor ad S. Gallũ, duodecimus arguens.

OMnipotens deus nobis ſuam gratiã cõcedat per filium ſuum Iheſum Chriſtũ ſaluatorẽ noſtrũ, Amen. Hij qui ante me illic ſteterãt gratioſi dñi multos ſcripturarũ locos adduxerũt, quæ dñs meus doctor cauſſæ nõ deſeruire æſtimat. At illorꝫ dictorꝫ finis talis eſt per Chriſtũ Iheſum & eius ſanguinem, peccata ſiue magna ſiue parua, fidelib⁹ remitti, ſicut propheta Dauid Pſal. xxxi. Beati quorꝫ remiſſa ſunt peccata & quorꝫ tecta eſt iniuſtitia. Nũc aũt dñs meus D. Eck loquit̃ clare peccata eſſe ſoluenda ſeu luenda, nominatim a fidelib⁹, ſed clare ſcriptũ eſt peccata remitti aut per ignem, tunc gratia amplius non eſt gratia, ad Ro. xi. tunc enim promerita ſunt. At hoc in æternũ manet, quacũqꝫ hora peccator ſua recognoſcit peccata, corꝫ ultra non recordabor dicit deus, de quo exemplũ habemus latronis in cruce Lucæ xxiij. Hæc aũt totius Euangelij ſumma eſt, & ſi dñs meus doctor dicat peccata eſſe exoluenda, quare ergo apoſtoli predicauerunt remiſſionem peccatorꝫ per Chriſtũ, ideoqꝫ peccata nõ ſoluunt̃, ſed ex gratia remittunt̃, ſicut prius eſt dictũ. Dicit dñs meus doctor ad peccandũ occaſionẽ præſtari, cum clare ſcriptura dicat. Agite pœnitentiã, quia dñs non indulget, quum omes homines ſalui fiũt. Hic igitur clare notandũ eſt per pœnitentiã cogi ad fidem, ut peccata remitterẽtur, & hoc ſi non, ueniretqꝫ pater familias nocte ut fur, neglectũ eſt, & non per ignem ſoluit̃, ut ſaluus quis fiat, ſed per fidem, & probari non poteſt ſolui poſſe peccata, fidutia in Chriſtũ ſoluit peccata, & poſt ſequit̃ Chriſtiana uita. Qui aũt peccata ſua nõ recognoſcit per Chriſtum ſibi remitti, hic in peccatis manet, infidelis eſt, & nunqꝫ ſoluere poteſt, ſed mortem ſuſcipiet ſtipendiũ peccati. Nunc ubi mors eſt, ibi uita non adpropinquabit. Duas ſcripturas dominus meus doctor induxit, primam pri. ad Corinth. iij. cap. de qua nondũ ſum informatus ad purgatoriũ probandũ

ſonare.

ſonare. Altera ij. Machabæorum doctori meo admitto, quali-
ter ille liber ſecundū ſanctas ſcripturas habendus ſit.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dn̄e Iheſu Chriſte, Amen. Quāq̄ Iuſſly hūc ſuū ſermonē bene meditatū ex ſchedula legerit, intelligit nihilominus quilibet rationis capax quam ſcripturarū uacui & uani hij ſunt, & abſq̄ omni diſputandi forma. Quum equidē diſputare debeat aduerſus purgatoriū, hodie uerbulū expiſcauit, peccata ſcilicet ſoluere, & cōtra hoc inducit quicquid in omnibus Lutheranis & textrinis libellis legit fundamentū non intelligentes, peccatū culpæ ſuæ cauſſa, & perpetuæ pœnæ, non remittitur niſi per gratiā dei, & per merita dn̄i noſtri Iheſu Chriſti, & ſi quis huiuſcemodi meriti ſe quis participē faciat, ſicut Iuſſly iuxta Chriſti merita inducit apoſtolos prædicare. Agite pœnitentiā in remiſſionem peccatorum &c. ſicq̄ debent ad S. Gallū probos homines eiuſcemodi dicta docuiſſe ſicut in Ezechiele &c. & illa dicta non ſic dilacerare, ſicut iam abſq̄ ulla uerecundia corā tot doctis hominibus facere audet. Secundo dixi quod peccato cōpetat temporalis pœna & hanc oportet exoluere, quod Iuſſly in Neckers Eck nondum didicit. At ego illi oſtēdi hodie in ij. lib. Reg. xij. cap. cui iam addo ſcd'm librū Regū xxiiij. cap. ubi Dauid petit a ſe auferri numerū peccatorum. Debuiſſet & Iuſſly ſcripturarū tam excellens gigas a Daniele didiciſſe iiij. capit. peccata tua aut ſolue aut elemoſinis redime. Qualis mihi hic eſt prædicator, quam conſolationē perturbatis dat cordibus quum multas patiunt aduerſitates, & ſi illis denegaret quod in patiētia illorum in merito Chriſti non ſatisfacerent pro ſuis peccatis. Fruſtra inducit de gratia, nam & nos hic de gratioſa loquimur pœna, ideoq̄ ubi quis ad perpetuā aſtringit pœnā hic temporaliter patitur, ſiue in purgatorio. Et ideo temporalis pœna uult ſatiſfactionē pro temporali impoſita ſatisfactiōe. Excuſare ſe uellet doctrinam ſuam cōtra purgatoriū non maiores nequam

criminoſos facere quã eccleſiæ doctrinã, & abſq; omni fun-damento garrulat, quo nam modo peccator in dñi aduentu nocte & improuiſe ac agitanter inuadat. Nunquid & nobis iuſtũ eſt dicere, quicunq; peccator ſic in ſuis peccatis depre-hendit & morit, ut Iuffly narrat, neq; huic tam proſpere ſuc-cedet ut in purgatoriũ deueniat. Quãobrẽ per eorũ nouã ſe-ductoriã doctrinã homines nihil meliorant quum nullã ſint pœnã expectaturi. Ad mea duo ſcripturarũ dicta ad illd' Co-rint. dicit ipſe, nõ ei illic probatũ Paulũ de purgatorio loqui, neq; ex toto aliqd adportat, de quo igne loquat, & ego ſicut induxi, ita uerba Pauli intellexerunt diui Ambroſius, Hiero nymus, Auguſtinus, qui fere tã fuerũt docti ut eſt ipſe Iuffly. Quantũ uero illũ angat liber Machabæorũ inductus ex toto ſinit intactũ, ſed illud dictũ potẽs eſt & apud Chriſtianũ fide-lem ſufficiens, etiã ſicut Lutherus ipſe dicit. Adhuc unicã ſcri pturã Iuffly dabo i. Iohan. v. Qui ſcit fratrẽ ſuũ peccare, non ad mortẽ petat & dabitur ei uita peccãti non ad mortem. Eſt peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico ut roget quis. Hic iam au ditur ſcd'm Iohannẽ dicere intercedendũ & rogandũ & non pro alio, hoc pro uiuis nõ fit, quã diu enim uiuit homo de eo finaliter deſperari non debemus. Ideoq; de mortuis eſt dictũ ubi non pro illis oratur qui in perpetua ſunt morte, ſed orat pro illis in purgatorio. At nunc audẽter Iuffly adportate ſcri-pturas, neq; dilaceretis eas dicẽdo non eſſe purgatoriũ, ſicut tu ad ſanctum Gallum longo tempore clamaſti.

IVFFLY.

ITa concludere uolo. Sicut dñs meus doctor multos ſermo nes induxit, & tñ dicta ex euãgeliſtis Iohanne & Paulo ad huc nõ ex toto euerſa ſunt. Ex propheta Ezechiele notũ mihi eſt, ſimiliter ex aliis ꝓphetis deũ ſæpe peccata corrigere, ſicut & crebro hoc tempore fecit. Sed purgatorii pœnæ ratiõe ad-huc nullũ audiui intellectũ. Item quia dñs meus doctor quin tum caput canonicæ Iohannis inducit, loquitur Iohannes de

peccato

peccato hic temporaliter perpetrato, ſic iugiter pro inuicem orare debemus, ſicut nos Chriſtus docuit Matthæi vi. Sicq́ ego me ad ſcripturas remitto. Librum autem Machabęorum relinquo ſcripturarum doctis.

D. ECKIVS.

Dicit quatuor dicta nondum euerſa, auertat a me deus, quod ipſe uelim dei uerbum euertere, ſed falſus intellectus cum quo Iuſſly ſimplices ſeducit, hunc ego cum ſcripturis oppoſitis de peccatorum correctione ſine pœna euerti. Ipſe confitetur deum poſt pœnitentiam correxiſſe, nunc autem deus iniuſtus non eſt, ideoq́ & ille correctione dignus erat. Et ſi aduerſæ partis doctrina uera eſſet, haberet lucrum malus ſuæ malitiæ, qui mane pœnitentiam ageret ſicut Dauid, ipſe punitur. Et qui in morte ſua pœnitentiam ageret, abſq́ ulla correctione, ſine purgatorio ueniret in cœleſtia gaudia, quod non eſt poſſibile ſecundum communem iuſtitiæ uiam. Ad dictum meum Iohannis nihil dicere nouit, quam ut pro inuicem oremus, hoc nihil eſt dictum, oportet ut oſtendat, ſicut Iohannes dicit, quare pro uno orandū eſt, & pro altero non, hoc non fit hic in uita. De libro Machabæorum in calamum loqui non uult, nihilominus eius eſt opinionis cuius ſuus frater in Chriſto Zwinglius, qui hunc pro fabellarum libro tenet. Ego dico Auguſtinum hunc librum ſacras literas non feciſſe, ſicut Iuſſly ſomniat, ſed teſtatus eſt Auguſtinus eccleſiam illum acceptaſſe librum in numerum ſacrarum literarum & hoc idem teſtatur diuus Hieronymus. Ideoq́ qui hūc non acceptat librum ſicut & alias ſacras literas eccleſiæ non eſt uerus filius, ſed illegittimus Chriſtianæ eccleſiæ. Neq́ dicit Hieronymus hunc librum non eſſe ſacras literas, ſicut Iuſſly proponit, ſed quod apud ſinagogam Iudæorum non fuerit in canone. Cum his Iuſſly precor ut a ſuo errore deſiſtat, ſicut alijs ſupplicaui.

COLLATIO LVI.

D. OECOLAMPADIVS.

CHriſtus cum manifeſtatione ſuæ ueritatis nobis cohabitet, Amen. Primo deducam quod ratione libroꝝ a doctore Eckio ultimo inductū eſt, uerū eſſe fateor eccleſiā legere etiā & illos libros ad populi ædificationē, ſicut proxime dictum eſt ob martyrū exempla, ideoq; illos non ſimpliciter refutaui, ſed quid de illis tenendū ſit ſcribit Hieronymus in prologo ſuper libros Salomonis, dicens eccleſiā eos legere, non ut per eos confirmetᷣ eccleſiæ doctrina. Quia ergo doctoris Eckij concluſio in dubiū ſtatuta eſt, tunc neq; ſibi neq; alteri hij libri deſeruient. Secundo æſtimauit ex prima epiſtola ad Corinth. iij. cap. adiutoriū reperire ubi iterū fallitᷣ. Neq; curamus iamq; aliquos doctores ſcd'm eius mentem ſic expoſuiſſe, namq; & aliqui non ſcd'm eius mentem exponunt, oportetq; magis conſiderare quis naturalis ſit intellectus & mens Pauli, quā quid alij de hoc dicant, ob id ego mentem meam ſuper alios non extollo, & ſi ueritatē fateri debeā. Hic Paulus ſe conformat conſuetudini ſcripturarū, temporales aduerſitates & impugnationes ſeu tentationes ignem nominat, qui filios dei probat ſicut habetᷣ Zacha. xiij. ubi dicit. Et ducā tertiam partem per ignē, & uram eos ſicut uritᷣ argentū, & probabo eos ſicut probatᷣ aurū quod de preſenti uita dicitᷣ. Nunc aūt Paulus loqui uult contra falſos doctores, & cōtra eos qui cauſſam ſuā æſtimant bonā, ut manifeſtetᷣ quum incipiet tentatio, homines enim opus nominat, quod ædificatᷣ ſuper fundamentū Chriſtū. Boni probi uerique Chriſtiani nominat argentū aurū gemmas, ex quibus ciuitas dei conſtruitᷣ. At falſos Chriſtianos nominat ſtuppam fœnum lignum. Nunc aūt clare dicit, quale uniuſcuiuſq; opus ſit ignis probabit. Iā itaq; non reor D. Eckiū dicere oēs dilectos & ſanctos martyres in purgatoriū ingredi oportere ut probentur. Hij namq; hic probati ſunt uel fiunt in multiplici perſecutiōe, quāuis adhuc perſtent ſupra petrā quæ Chriſtus eſt, quum falſi Chriſtiani

propter

propter temporales perſecutiones, ſeu propter mundi gau-dia deſciſcant. Et adhuc illud clarius exponit, quãdo poſt ſub iungit ſi cuius opus manſerit quod ſuper ædificauit mercedẽ accipiet, cuius aũt opus arſerit, damnũ patieť. Hoc in prædi-cantes ſiue apoſtolo. dictũ eſt, qui merito gaudent ubi popu lum uiderint ꝑ eoꝝ eruditionẽ cõſtantẽ manere in Chriſto, & ubi populus deſciſceret, ut magnũ damnũ merito lamenta rent & conquærerent, quãuis apoſtolis ſalutem denegarint. Vltraq; dicit, ſed ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem, hoc eſt dictũ, ſi ueritatẽ recte fatebiť, etiã & ipſe probabiť per temptationes. Quod aũt ego opus recte expono, in eadẽ epi ſtola Paulus ait ix. cap. Nonne uos opus meũ eſtis in dño, & in præallegato loco coadiutores dei ſumus, uos dei eſtis agri-cultura, & dei ædificatio. Sic igitur neq; hoc dictũ ei deſeruit ſcd'm uerũ intellectũ. Tertio de dicto Iohan. v. cap. Qui ſcit fratrẽ ſuũ peccare non ad mortẽ, petat & dabiť ei uita peccan ti non ad mortẽ. Eſt peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico ut ro get quis, hic nullius purgatorij fit mentio, quare D. Eckius nõ tam audax eſſe deberet aliã ſcripturã ad hoc inducere. Ta-lem habet intellectũ. quia Iohãnes nos prius docet cum gau-dio orare, & iuxta dei uoluntatẽ, nunc aũt graue peccatũ eſt, peccatũ in ſpiritũ ſanctũ, quod ab exteriori cognoſciť, a con-tradictione ueritatis, quando prius pręceſſerunt monitiões, neq; quicq; profuerint, ſed eo plus inſanit & perſequiť do-ctores, ibi nos non iubet orare, quia non cum gaudio. Sicut & deus xi. cap. Hieremiæ prohibuit, Non ores pro populo. Et Eſaias dicit, ne dimittas illis, ſic D. Eckius adhuc nihil ad-portauit. Item quia abducere uult dicta ſacrarũ literarũ indu-cta per hanc ſolutionẽ, deum bene quidẽ peccata dimittere, ſed pœnã reſeruare, illicitũ eſt de diuina miſericordia ſic loq. Erit utiq; homo ad miſericordiã pronior, ſi pro aliquo multa impẽderit, neq; reperio unũ ſine alio eum remittere perſonæ cauſſa in modo corrigẽdi. Bñ quidẽ uerũ eſt ſicut de Dauide

induxit quod poſt dimiſſum delictū ſubſequuta ſit pœna per mortem filij ſui, ſed ibi debuit notari, peccatū ibi fuiſſe publicum, ideoq; & deus ad populi emendationē ſibi hāc pœnam inflixit, ſic enim textus habet. Veruntamen quia blaſphemare feciſti inimicos nomen dñi filius q natus eſt tibi, morte morieť. Simile exemplū habemus etiā Nu. xx. ubi peccata Moiſen remurmerabant, uel filij Iſrael & in facie populi punitus fuit, ne terrā promiſſionis ingredereť, textus ita habet, quia nō credidiſtis mihi ut me ſanctificaretis corā filijs Iſrahel, hoc eſt qa malū exemplū dederat, non inducetis populū iſtū &c. Hoc etiā in alijs locis dici poteſt. Aliquādo etiā deus ſuos punit ex mera gratia, ꝙ humiliores fiant, & in poſterū prouidentius agať, ſic itaq; undequaq; magnā reperimus gratiā, at in purgatorio illæ duæ cauſſæ ceſſant, homo inq; a corpore liberatus, hac non eget humiliatione, & quum neſciamus quō ſe res in purgatorio habeat, nobis non deſeruit ad emēdationē. Neq; in hoc diuinæ derogať iuſtitiæ, deus enim infideles ſiue falſos fideles non ſinet impunitos. Nos uero ſi recte formatā habemus fidē, ut & deus iuſtus eſſet proprio non pepcit filio, ſed pro nobis oībus tradidit illū, ſicut habeť Eſa. liij. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores nr̄os ipſe portauit. Vulneratus eſt propter iniqtates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus &c̄. Ego nos reputo chare emptos, eſtq; Chriſtus noſtra iuſtitia. Neq; mireť quis tam eſſe efficax meritum paſſionis Iheſu Chriſti, ſcimus em̄ & in baptiſmo illud nobis promitti in remiſſionē peccatoꝝ & debitoꝝ, quid ergo impedimenti adferret in diuina iuſtitia, quū æq; a nobis per eandem fidē in mortis articulis pœna & debitū aufferanť, quādo fidē habuerimus latronis, ad quē dn̄s dixerat, Hodie mecum eris in paradiſo, & nō erit deus pſonarū acceptator. Vtiq; ſpeciale eſt ſicut D. Eckius de latrone dixit. Ideoq; & nemo negligens aut tardus eſſe debet per conuerſionē ad deū, ſed po-

ſitus

ſitus eſt nobis in ſignum miſericordię dei. Adportabo & ego D. Eckio unũ argumentũ, quãuis non fuerit neceſſe. Interro go ergo ab eo, ſi hij qui purgatorio ſunt obnoxij, Chriſto in= corporati ſint nec ne? Si Chriſto non ſunt incorporati per re ctè formatã fidem, tunc perpetuæ dãnationis rei ſunt, & non in purgatoriũ damnati. Si uero Chriſto incorporati fuerint, tunc ad Ro. viij. cap ſic legimus. Nihil ergo nunc dãnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Iheſu, qui non ſcd'm carnẽ, ſed ſpi= ritu ambulant, talẽ implantationẽ habemus oẽs nos Chriſtia ni, quod carnalit' ambulare non debemus quæ nos docemus ad Ro. vi. quũ ſimul implãtati fuimus. Ne uero æſtimet' hoc uerbulũ dãnationis ad perpetuã dãnationẽ pertinere, ſicut & dicta Iohan. iij. & v. uiolentat' præallegato loco viij. cap. ha= bemus. Quos aũt prædeſtinauit, hos & uocauit, quos aũt uo cauit, hos & iuſtificauit, quos aũt iuſtificauit, illos & magni= ficauit, uana tũc eſſet glorificatio tempore purgatorij donec ad gloriã euocarent'. Vltra conſolanter ſequit'. Quid ergo di cemus ad hæc. Si deus pro nobis quis cõtra nos, qui etiã pro= prio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnib[9] tradidit illũ. Quomodo non etiã cum illo omnia nobis donauit. O certa ſpes, quod etiã pœnã eorꝫ qui in fide moriunt', non ulturus eſt. Sed ultra ſequit'. Deus qui iuſtificat, qs eſt qui cõdemnet, Chriſtus Iheſus qui mortuus eſt, imo & q reſurrexit, q eſt ad dexterã dei, q etiã interpellat, p nobis. Sic ueri fideles ſine for midine & timore ſunt purgatorij, falſi fideles huc nõ ptinent.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Anteaq̃ȝ ad obie cta deuenio, nebulas matutinas excutiã. Male habet doctorẽ Oecolampadiũ qd' heſterno die fratres ſuos duri[9] tractarim, qd' arduis ex cauſſis factũ eſt. Quũ em̃ iuxta Lutheranas con ditiones, & eorꝫ noui euãgelij naturã in eorꝫ cancellis om̃es religioſos ſiue clericos immenſe irriſerint, cõtempſerint, ridi cula nomina impoſuerint, & (ut ſolent nebulones placẽtarij) in oẽs

in om̃es exclamarint, iuxtaq; maximę doctrinæ ſe iactitarint ubi nulla eſt, opꝰtuit me hoc notũ facere. Nunc aũt ad cauſſam ratiõe librorꝫ Macha. adfert doctor ꝓhemiũ Hieronymi &c. Reſpondeo eum ſibi met contradicere, eccleſia enim (ut ipſe dicit) acceptauit ad fideliũ ædificationẽ. Nunqd hæc pulchra eſſet plebis ædificatio, ſi error in eis contineret̃, ut ipſe putat. Ad Hieronymũ dico in prologo non eſſe, ſed in una epiſtola, nũc uero neq; Hieronymus neq; Auguſtinus potuerunt quemcunq; librũ ſacras facere literas. Et quum Auguſtinus dicat eccleſiã eos acceptaſſe, & Hieronymus quod non acceptarit, unũ illorꝫ eſſe oportet, aut Hieronymũ loqui de orientali eccleſia, aut quando eam epiſtolã conſcripſerat adhuc illi non cõſteterat eccleſiã eos acceptaſſe. Hoc inq; certũ eſt nos ignorare quæ ſcripturæ aut quod euãgeliũ ſit ſacrũ niſi ex eccleſiæ traditione, ſicut ab initio multa fuerunt euangelia quæ per eccleſiã reiecta ſunt, ſicut Paulus ait ad Timoth. Eccleſia dei uiui columna eſt & fundamentũ ueritatis. Neq; ullus mihi oſtendet libros ſacrarũ literarũ per eccleſiã acceptos, inter quos hij Machabæorꝫ libri non etiã enumerent̃. Ad clarum meum de purgatorio dictum, dicit Oecolampadius me falli, uultq; iudex meus eſſe, quum nullũ ipſe pati uelit in uniuerſo orbe, quomodo cum his nouis Chriſtianis rem terminare poterimus. Ipſi omnes iudicant, uetera delent, noua inſtituunt, & nolunt iudicem pati, ſine ſcripturis credere nolunt, & quum aduerſus rebaptiſatores ſcripturis carent, adhuc oportet ut illis credatur. Si uero nos illis ſcripturas allegauerimus nihil ualere dicunt eaſdẽ, niſi ſcd̃m caput eorꝫ euerſum, & ſiniſtrũ exponant. Si aũt ipſi ſcripturas adportant, oportet ut eundẽ illũ intellectũ acceptemus quem ipſi uolunt, ſi aũt ita faciendũ fuerit, nullũ ipſi ludũ eſſent amiſſuri. Quamuis aũt eccleſia in poſſeſſione ſit concluſionis meæ, & ego iuxta eorꝫ cornutũ argumentũ nõ obligarer ſcripturas adferre, ſed ipſe doctor potius cum ſcripturis obligat̃ purgatoriũ extinguere nullas

nullas attulit. Nunc aũt intellectus meus Pauli uerbo℞ conformis eſt eccleſiæ Auguſtino, Ambroſio &c. & licet alij eũ trahere poſſunt in aliũ intellectũ, ut mos eſt docto℞, nullus tamen eo℞ dicit de purgatorio non intelligi. Quod aũt ipſe cum Zwinglio aliũ induxerunt intellectũ, magna circumloquutione uerba mihi obtenebrãdo, ego nõ accepto, niſi meũ intellectũ ſcripturis euertat. Nam & in Liptzig ipſe Lutherus etiam nouũ intellectũ attulit, Paulũ loqui de igne extremi iudicij, adeo non norunt hij noui Chriſtiani concordare inter ſe intellectus ratiõe, quum interim ſeſe quilibet eo℞ iactitet quod ſpiritus ſanctus in eum inſufflarit. Si ego ſic Paulũ interpretarer, quod ibi de pſeudo doctoribus loquære͂ & hæreticis quod per ignem eſſent purgandi, profecto me inclamitarent falſos doctores non exurendos. Vnico ſolo uerbo meũ intellectũ attigit, martyres ſcilicet &c̄. dicit ipſe quod in purgatoriũ non perueniant &c̄. Dico bonũ ſiue malũ quod eo℞ operũ hic ædificarũt, dies dñi (qui in morte eſt uniuſcuiuſq; hominis) declarabit in igne iudicij. Nam iuditium ignis appellat̃ in ſcripturis, probat hic Hieronymus, & quũ in illo iuditio aliquid puniendũ repertũ fuerit, ille damnũ patitur in dilatione ſalutis ſuæ, ſed nihilominus ꝑ purgatoriũ fit ſaluus. Capere nõ poſſum, neq; æſtimo aliquẽ crediturũ hoc, quod ipſe dicit falſos doctores per ignẽ ſaluari, & damnari ſiue cremari ſimplices per eos ſeductos, potius ego oppoſitũ credo. Ad dictũ Iohannis dicit me non audacẽ, poſſet reperiri quiſpiam qui me diceret & ſibi & ſocijs ſuis nimis audacẽ. Trahit dictũ in peccatũ in ſpiritũ ſanctũ, pro illo non ſit orandũ, non aũt ſoluit, quodcunq; peccatũ fecerit homo, quam diu uiuit ſupra terram, peruenire eum poſſe ad pœnitentiã. Intercedit quoq; & orat eccleſia in die paraſceues pro hæreticis, & tamẽ etiã ibi peccatũ eſt in ſpiritũ ſanctũ. Monuit me dicti Matth. xij. Qui aũt dixerit cõtra ſpiritũ ſanctũ, non remittet̃ ei, neq; in hoc ſeculo neq; in futuro, ultimum nõ eſt gratis poſitum.

Ex quo notate etiã in alio ſeculo peccata remitti, hoc neq; in cœlo neq; in inferno fit, ergo fit in purgatorio, ſicut diui Gregorius & Bernhardus bene ponderãt. Dixi in pœnitẽtia debitũ & pœnã peccatorũ non mox ex toto remitti, cui contradicit dicens illicitũ de diuina miſericordia id loqui, uerum aſſentior iuxta cuiuſq; æſtimationẽ. Poſſent plęriq; illicitũ æſtimare deum pro temporali peccato hominẽ perpetuo damnare, ſed prout hoc ibi diuina expoſcit iuſtitia, ſic & expoſtulat temporalem pœnam, ſicut ego ſcripturis probaui. At doctor Oecolampadius illas ſoluere tentat, de Dauide dicens poſt pœnitentiã ideo punitũ, quippe quod eius peccatũ publicũ fuerit, hoc eſt dilacerare textũ ubi clare ad eum in dei nomine propheta dicit, tu occulte feciſti, ego aũt faciã coram uniuerſo Iſrahele &c. Probare nititur in peccatorũ remiſſione nullã ibi manere pœnã per cõmunes Lutheranos locos, Chriſtus pro nobis ſatis fecit, dolores noſtros ipſe pertulit, chare nos emit &c. ideo & non eſt peccatorũ pœna. Ego Chriſtum dico ſatis feciſſe pro peccato totius mundi, nihilominus tamen Iudas, Iudæi, Tartari damnãtur. Suſtulit & peccatũ originale, ſed nihilominus oportet baptiſari puerulũ, omnes infirmitates & dolores tulit, adhuc tamen infirmamur, & cum hoc mortem nos pati oportet. Ideoq; & hæc miſericorditer ſuſtulit in forma & modo, ut ſuæ nihil derogaretur iuſtitiæ, in alijs ſcripturis clarum eſt Iohelis ij. dicit deus. Cõuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio & fletu & planctu, & ſcindite corda ueſtra &c. Non eſt clarum in pœnitentia aliquid pœnale oportere concurrere pœnam ſiue correctionem peccatorum deponendo. Vltimo duo facit argumenta unum in baptiſmo remittitur pœna & culpa, ideoq; ſic eſt & in pœnitentia ubi hoc ſcripturis probat. Ego illius præbeo differentiam quia baptiſmus eſt regeneratio ſicut Chriſtus oſtendit Iohannis tertio, & Paulus ad Titum tertio, ideoq; nouum oportet eſſe hominem, ſed pœnitentia in qua ſe homo emendat & a

peccatis

peccatis diuertit, adhuc ſatisfactionem exquirit diuinæ iuſti-
tiæ, quare enim alioqui ſancti martyres tam duriter ſatisfacti
onem expetiſſent. De latrone fatetur ſpecialem fuiſſe gratiā.
Ad ultimū incorporationis argumentū, dico eos qui in pur-
gatorio ſunt per diuinā charitatē incorporatos eſſe Chriſto
Iheſu. Et quum Paulum adportat ad Ro. viij. cap. Nihil dam
natiōis eſſe his qui ſunt in Chriſto Iheſu. Dico his qui in pur-
gatorio ſunt nihil damnatiōis eſſe, ſed ibi aliquid eſt pœnale
ad purgandū. Quoniā aūt cum his magno induxit tedio, prę
deſtinatos a deo magnificatos, nūc aūt in purgatorio eſſe ma
gnificatū non ſit. Dico ego neq; Petrū in cruce fuiſſe magni-
ficatū, neq; Laurentiū in craticula &c. Ideoq; & hæc magni-
ficatio intelligēda eſt in perpetua beatitudine, quā & hij qui
in purgatorio ſunt quum beati erunt cōſequent̄, nam & ipſi
magnificabunt̄. Pompoſe exclamauit quō deus cum Chri-
ſto omnia nobis donauit, ad Ro. viij. ex quo etiā expiſcauit
peccatorꝝ donationē, ſed ſcripturis nihil ꝓbat hāc cōſequen-
tiā ſuæ expoſitionis. Sic & nobis donaret infirmitates & mor
tem &c. quod non eſt. Ideoq; & ibi Paulus ſolū loquit̄ de his
rebus gratiæ & donorꝝ, quæ ad uitam promouent æternam.
Doctor Iohānes ſcripturas adferte ad purgatoriū tollēdum.

D. OECOLAMPADIVS.

GRatia dei ſit nobiſcum, Amen. Fratrū ratione qui in re-
ligioſos ſiue clericos inuecti ſunt, non aliter reſpondeo
ei, quam ſicut de me ipſo. Nam & ego religioſos corrigo in
meis contionibus, qui ſub religionis nomine carnaliter ui-
uunt, alios ego laudo. Ad libros Machabæorꝝ confitentur
ambo & Hieronymus & Auguſtinus, neq; ego illud negaui
quod eis eccleſia utat̄, ſed tamē uterq; dicit quomodo utat̄ il-
lis. Quia tñ D. Eckius iuxta induxit ſententiā eccleſiæ de ſcri
pturis non æſtimo eum eccleſiā uerbo præferre, qa inducit ali
qua falſa euāgelia ab eccleſia fuiſſe reiecta hoc adhuc hodie ſit
ubi ſcriptura aliqua legit̄, ubi ex claris dei uerbis ad honorē

patris trahentibus, quæ nos charitatẽ docent & fidem, bene cognoſcitur quã grauis quæq; ſit moneta, ſicut & cum libris Machabæorũ eſt factũ. At ibi eſt aduertendũ ne ſub eccleſiæ nomine nobis aliqui libri ad propriã utilitatẽ & priuatũ com modũ conducentes, ſubſtituanẽ. Dictũ Pauli ad Timoth. talem habet intellectũ. Demãdat enim epiſcopo Timotheo ut ſe bene habeat in ſua congregatione, quã domũ dei appellat, quæ tum temporis tam pura Pauli doctrina fuerat inſtructa & erudita, quod appellari potuerit columna & fundamentũ ueritatis, ita ut qui ueritatis cupidus erat, apud illã ueritatem potuerit inuenire. Vbi iam aliqua eccleſia ita apud uerbũ dei permanet, abſq; ulla peregrinarũ doctrinarũ immixtiõe, me rito ibi quæriẽ ueritas. Etiã apud dictũ Corinth. me inſimulare tentat, quaſi nullũ iudicẽ ego acceptũ habeam, & quod mihi ſoli credi debeat, quum tamen ego iuditiũ uere ſpiritualium (quorũ perpauci ſunt) nunq; contempſerim. Sed nihil adhuc conſultũ non habeo, ut me illorũ iuditio ſubijciã ratione doctrinæ, qui in ſcripturis nondũ experti ſunt, & plus ſecundũ carnẽ, ac longã conſuetudinẽ, aut iuxta humanas traditiones, quã iuxta dei uerbũ ambulant. In ſumma hanc ego doctrinã acceptã fero, per quã deũ plus honorari cognoſco. Intellectui meo nihil adieci, quum aũt in ſcripturis habui notum quicq; ex dei gratia ingratus eſſe nõ debeo. Dictum ad Corinth. optime expoſitũ eſt, etiã ſi aliqui aliter exponerent, quia ad præcedentia uerba quadrat & certum eſt, ſicut argumentũ epiſtolæ probat Paulũ in epiſtola contra aliquos in ſeculari doctrina ſeu ſapientia pompaticos tractare, qui ſi poſt ſupra fundamentũ quod Chriſtus eſt in igne tentationũ permanſerint, adhuc ſalutẽ expectabant, & reliqui ſimplices ma le ædificati ſupra petrã Chriſtũ etiam permanerent, neq; ſibi tẽptatio obfuiſſet, quod neq; hic ſe adaptabit, doctorẽ Eckiũ in uno loco uerbũ unum duplici uia exponere debere, ſemel pro iuditio dei, & mox poſt pro purgatorio. Apud dictũ Iohannis

hannis doctorē Eckiū audacē non appellaui, apud ſcripturas de peccato in ſpiritū ſanctū textus ibi oſtendit, Iohannē neq́ dixiſſe neq́ præcepiſſe ut oremus pro contradictoribus ueritatis, ibi nãq́ neq́ gaudiū, neq́ magnā fiduciā habere poſſumus in eorꝫ conuerſione. Eccleſiā aūt pro hęreticis orare mihi bene placet, quia non om̄es in ſpiritū ſanctū peccāt, quum partim non melius ſentiant, & ob id ex ignorantia peccant, ideoq́ peccatū eorꝫ nondū eſt ad mortem. Ad nouum dictū ex euangeliſta Matth. xij. cap. ubi D. Eckius ſic argutat̄ peccatum in ſpiritū ſanctū neq́ in hoc neq́ in alio ſeculo remittitur, ideoq́ oportet purgatoriū eſſe, ſicq́ & in alio mundo remiſſionē, dico non conſequi. Ibi enim uult dicere dn̄s magna dumtaxat peccata nunq́ remitti. Ac ſi quis dicat, neq́ corpore neq́ anima ſanus ſum, non ex eo conſequit̄ aliā me iuxta ſanitatē habere. Marcus ita exponit iij. cap. Qui aūt blaſphemauerit in ſpiritū ſanctū, non habebit remiſſionē in æternū. Vltra quum dicit deū quādoq́ pœnā non remittere cum culpa, & quia ego dixi hoc nō licere diuinæ miſericordiæ ait ipſe ſcd'm meā mentē loqui, ſed norunt ſcripturarū experti diuinam miſericordiā excellere iuditiū, & ex toto non eſt aſſimilanda humanæ miſericordiæ, ut habetur Pſal. ciij. Quoniā ſecundū altitudinē cœli a terra corroborauit miſericordiā ſuā ſuper timentes ſe. Longe alia mens eſt cum perpetuo damnatis hominib⁹ ex diuina iuſtitia, ſine leſione ſuæ miſericordiæ, quam cum fidelibus. Scriptura fidelib⁹ miſericordiā promittit, at infidelib⁹ iram cōminat̄, & merito peccatū enim, & ad peccandū uoluntas ſemper apud infideles eſt & damnatos, ſed apud fideles ultra non eſt uoluntas ad peccandū. Culpam mihi impingit quod textū dilacerē in ij. lib. Reg. xij. ca. quippe quod ibi habeat̄, quia occulte peccarit quod ipſe non negaui ſed nihilominus iuxta ſtat aliud uerbū, quod blaſphemare fecerit nomen dn̄i, quæ fiūt in peccati manifeſtatiōe. Sępe enim fit, quum quis aliquid mali occulte facere prætendit,

quemadmodũ & Dauid fecit, quod nihilominus ad lucẽ uenit. Vltra forte hoc argumentũ de Chriſti ſatisfactione, ipſe nihili facit, quaſi cauſſæ non deſeruiat, ad quod concludit ſequi peccata impunita manſura, ſicq; & Iudæi & gentes non damnarent̃. Iterum meorꝫ uerborꝫ unum intermiſit ſeu omiſit eiuſcemodi fructũ uere fidelibus porrigi. At Iudæi & gentes cæteriq; magni peccatores qui ad peccandũ adhuc retinẽt uoluntatẽ, ueram non habent fidem, ideoq; & in eis Chriſti paſſio perdita eſt & inefficax. Quia aũt ultra inducit ad dictũ Eſaię, Chriſtum noſtras infirmitates pertuliſſe, ideoq; & nos infirmos fieri ſiue mori non oportere. Non eſt hæc mens prophetæ ſeruos meliores futuros dño ſuo, conformes enim hic fieri debemus imagini Chriſti Iheſu. Et quia Chriſtus abſq; culpa paſſus eſt, ideoq; & nos id merito etiam ſufferimus patienter. At non reor doctorẽ Eckiũ dicturũ Chriſtũ in purgatorio ꝑ nobis paſſum. Ad hoc ſunt nobis infirmitates & corporalis mors ualde utilia, ſicut in ij. epiſtola ad Corinth. iiij. habetur. Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur, tamẽ is qui intus eſt renouat̃ de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneũ & leue tribulationis noſtræ, ſupra modũ in ſublimitate æternũ gloriæ pondus operat̃ in nobis, cum quibus hic non deleſ uera pœnitẽtia, quæ eſt in domando & opprimendo ueterẽ hominẽ. Vere enim qui uerã habet fidem otioſus non erit. Sic & dictũ Iohelis ij. ab eo inductũ in ſe habet corda ſcindi debere, & ſequit̃ non ueſtimenta ueſtra in quo internã docet renouationẽ. Vltra de baptiſmo & pœnitentia talem dat differentiã, quod baptiſmus regeneraret, qđ neq; pœnitentiæ abnegare deberet, anteaq̃ enim quis pœnitentiã agit mortuus eſt peccatorꝫ ratione, ſuper quibus pœnitentiã agit. Sicut Ezechiel inquit xxxiij. cap. Nolo mortem peccatoris, dicit dñs, ſed ut magis conuertat̃ & uiuat, pœnitentibus enim etiã iterũ dat̃ per ſpiritũ ſanctũ fides & uita, & ſicut prius in baptiſmo ſpiritus ſanctus operationẽ dedit homini

mini ad bonũ, ita etiã & facit in pœnitentiæ operatione. Vltimo ſicut reſpondit de meo argumẽto incorporationis dicens eos in purgatorio Chriſto incorporari per charitatẽ, hic non eſt ſcripturarũ modus ſic loqui, per fidẽ em̃ deo deſpõſamur, ut habet̃ Oſeæ ij. cap. Et ego te mihi in fide deſpõſabo, ſecũq; adfert natura fidei, ne quid pœnarũ de noſtro ſponſo cõfidamus. Item hoc uerbulũ peccatorꝝ ultra non recordabor apud prophetã Eſaiã ſæpe inductũ. Et Hiere. xxxi. in purgatorio non cõplet̃. Nunq; peccatorꝝ magis recordat̃ quã in pœna. Nam implebit̃ hoc uerbulũ gratis, ſicut ad Ro. habet̃ iij. cap. Iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redemptionẽ quæ eſt in Chriſto Iheſu. Neq; implebit̃ quod Pſal. l. dicit̃. Lauabis me & ſuper niuem dealbabor, qui iam purus eſſe debebit, quomodo ſuper niuẽ dealbat̃. Quod aũt & pœnã nobis deus donauit cum traditione filij ſui in exẽplo filii prodigi bene adparet quõ cũ gaudio exceptus fuerit, his reſpondiſſe uolui.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Iheſu Chriſte, Amen. Libris uti, & in eccleſia legere ſuã habet uiam. Sed librũ Machabæorꝝ oſtendi eſſe in canone, ſicut & comperto habetur in Concilio Africano & Innocentij papæ, cum hoc rem ita demitto. Neq; ulla hic neceſſitas urget diſputare, utrum præcellat ſcriptura uel eccleſia, hoc autem certum eſt, Chriſtũ nullum ſcripſiſſe librum, nec ullum librum ſcribere iuſſit, eccleſia antiquior eſt ſcriqturis noui teſtamenti. Scriptores quales ſunt Iohannes Paulus &c̃. membra fuere eccleſiæ. Hic ad cauſſam ſufficit eccleſiam per ſpiritum ſanctum cognoſcere potuiſſe, qui ſcriptorum uerbum dei tractarit, quod ad lectoris cenſuram remitto. Domini mei doctoris datum intellectum ſuper Pauli uerba ad Thimothæum in ſuo ualore dimitto. Ad dictum Corinthios ad ſuum intellectum firmandum, dicit quidem, quia ſe ſubijciat iuditio ſpiritualium, quum tamen nolit uel eos de parte aduerſa acceptare. Iuditium equidem egregiorꝝ epiſcoporꝝ

epiſcopor, uniuerſitatũ, & de uenerabili ſacramẽto non pa-
tietur iuditiũ Lutheri, Ruggeri, Brentzij. Nunc aũt ego do-
ctorem tantæ æſtimationis æſtimo, quod & Auguſtinum &
Vulgarũ &c. etiã ſpirituales cenſeat, quor iuditiũ (iuxta ſuã
met exhibitionẽ) acceptare deberet. Inducit aduerſus me unũ
argumentũ, quod prẹter ſcripturarũ morẽ hoc uerbulũ ignis
immutẽ, reſpondeo uerbor conditionẽ hoc efficere, primus
inq; ignis iuditiũ dñi oſtẽdit, ubi dies eius declarat, & in igne
manifeſtabiť, & poſt aliũ cõminiſciť ignẽ per quem ſaluabiť,
& hic eſt ſcripturarũ mos, uerbulũ unum uaria ſignificare, ſi-
cut Iohannis iiij. ubi dñs noſter Chriſtus dicit, meſſis uenit, ꝓ
meſſe corporali accipit, & mox in altera linea regiones iam
albæ ſunt ad meſſem, de ſpirituali loquiť meſſe. Dictũ Iohan.
v. ad cognitionẽ remitto lectoris. Quod aũt dñs meꝰ doctor
ait eccleſiã ipſo die paraſceues pro hæreticis orare, quia non
omnes in ſpiritũ ſanctũ peccent, ut ſunt hij qui ex ignorantia
in fide aberrant, ego uero dico oẽm hẹreticũ peccare in ſpiri-
tum ſanctũ, ſi enim quis ex impeccabili ignorantia in fide er-
raret, is quidẽ errat ſed non erit hæreticus cenſendus. Ad di-
ctum Matth. xij. reſpondit ex ſimili ſermone, ac ſi quis dicat,
neq; corpore nec anima ſanus ſum, hoc eſt nullã habeo ſanita
tem. Hoc exemplũ eſt contra dñm meũ doctorẽ, ex hoc enim
ſermone intelligitur duplicẽ eſſe ſanitatẽ, unam corporis alte
ram animæ, quarũ nullam habet. Ideoq; & ſimile hic eſt ubi
Chriſtus dicit ideo non remitti, neq; in hoc, neq; in futuro ſe
culo, ubi de duabus remiſſionibus fit mentio, quarũ una hic
eſt, altera poſt mortem, quæ ſola fit in purgatorio, quarũ hic
nullã habet de qua Chriſtus loquiť. De pœna & culpa pecca
tor dñs meus doctor induxit dicta de magna dei miſericor-
dia, quã ego confiteor, procul q; dubio ſi non tam foret miſe-
ricors Heſſoni cæteriſq; uenerabile ſacramentũ officiũq; miſ
ſæ tam miſere tractantibus non pepercíſſet, miſericors qui-
dem eſt deus ſed tamen iuſtus, Dauide Pſal. lxxxiiij. dicente.

Miſericor

CONCLVSIO QVINTA.

Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſcu latæ ſunt. In ſumma in omnibus operibus dei iuſtitia eſt & mi ſericordia. Ratione peccati Dauid, quod occultũ dixi, clara habeo uerba textus. Quia uero æſtimat doctor publicũ fuiſſe peccatũ eo quod inimici blaſphemarint nomẽ dei. Dico hoc ad mortem extendi præſtantis uiri Vriæ, qui a gentibus occi- ſus eſt, ob quod deum ſuũ Iſrahelis blaſphemarũt, ſed & hoc ad ſcripturas remitto. Præterea obiectionẽ meã ad ea uerba, quomodo pro nobis Chriſtus ſatisfecerit, Eſaiã cap. liij. glo- ſat de fidelibus. Dico quando peccata originalia in baptiſmo remittunt̃, manent nihilominus ibi eorꝝ pœna & correctio, quæ ſunt noſtrũ exiliũ & mors, ſiue qs credat ſiue non. Quũ aũt actuale peccatũ maius ſit originali, quare poſt eius remiſ- ſionẽ etiã nõ maneret pœna ſiue correctio. De huius mundi tribulatione quõ nobis ſit multis uijs utilis, doctores ſchola- rum bene declararunt. Dñs meus doctor adhuc de me tantũ confidit, me non dicturũ Chriſtũ in purgatorio paſſum, nec hodie dico. At frater eius in Chriſto Iacobus Stapulenſis, hic quidem dicit Chriſtũ iam primũ in inferno crucifixũ, ſed hoc nos ambo non tãgit ut ſpero. In cauſſa baptiſmi permaneo in hodierna opinione, ianua eccleſiæ eſt baptiſmus, ianua eſt ſa- cramentorꝝ, per baptiſmũ erimus filij dei & eccleſiæ, & ideo nimirũ pœnã actualis peccati tolli, ne ultra eius deus recorde tur poſt pœnitentiã, ſicut Hieremias & Ezechiel dicunt, ue- rum hoc eſt ratione culpæ, ratione tamen pœnæ aliter eſt, no tum eſt ex ſcripturis ut ſupra. Contradicẽdo inquit incorpo- rationẽ fieri per fidẽ. Verũ dico, quum operat̃ fides per chari tatem, ut Paulus ad Galath. ait, tunc ita eſt. Nam & Hiere. ij. capite ita recenſet, charitas deſponſationis alioqui fides ſine operibꝰ mortua eſt & inutilis, ut dicit Iacobus, diuina uolun- tas gratis iuſtificat hominẽ, ſed quod ob id eum non tempo- raliter punire debeat, ego non accepto, quod ad ſententiam remitto. Sicqꝫ ut Dauid dicit, pœnitẽtem ſuper niuem deal-

bari, etiam de diuina charitate dictum eſt contra peccatorum culpam & non pœnam. Sic & de filio prodigo, nihil contra pœnam probat, quum illa ex alijs ſcripturæ locis reperiatur, ſed & hoc ſententiæ commendo &c.

CONCLVSIO.

AD hæc rogatum habere uolo dominũ meum doctorem Iohannem Oecolampadium, cui deus gratiam contulit præ cæteris tractandi ſcripturas, intellectum linguarum, diligentiam eaſdem legendi, uelitq; mente reuoluere, tot milia ſanctorum martyrum, tot milia proborum ſanctorum doctorum omnesq; Chriſto fideles, qui per omnia Chriſtianorum regna, iam ferme annis mille quingentis abſq; reprehenſione uixerunt, beati obierunt. Mente cogitet æternũ & miſericordem deum, dominũ noſtrum Iheſum Chriſtum (cuius hodie miſericordiam ſumme laudauit) ſponſam ſuam & cõiugem tot annis in errore nõ dereliquiſſe. Recordetur in uerbo dei turbida hæc errorum tempora non eſſe ſupra antiquam eccleſiã prophetata, ſed ſupra iam appropinquantia tempora nouiſſima, prout in plæriſq; locis experimur, & palam cernitur. Nam omni procul dubio doctor Iohannes, ubi apud catholicam maneret eccleſiam, per ſuam diſpoſitionem & ſcientiam multa bona efficeret. Et perſonæ meæ ratione rogo eum iam habitam diſputationem non egre ferre, quum ipſe non neſciam per ſcripturas & picturas Lutheranorum, me non temporales honores, ſed contemptum conſequuturum. Pacatius & quietius inq; mihi obtigiſſet, minuſq; periculi immineret, ubi domi lectioni meæ operam impendiſſem & laborem, quam ſic equitando uagari. Similiter & propter deum cæteros hic præſentes rogo ſacerdotes, ut ſe doctis & ſenioribus catholicæ eccleſiæ obedientes præbeant, nullaſq; in ſancta fide innouationes inducant, quia ſanguis animarum per eos ſeductarum, deus alioqui de ipſorum manibus requiret. Doceamus in unitate fidei mũdo, carni, & diabolo reluctari, ut una ſimul æternam

nam ſalutem conſequamur. Hoc rogo facias dñe Iheſu Chriſte, Amen.

D. OECOLAMPADIVS.

Sicut rogat doctor Eckius, ut eius dicendi uehementiam, & ſeueritatem ei ignoſcam, ex corde ſum ego hoc libenter facturus, neq; ad meam perſonam aliter confidat, innocentia mea deo eſt cognita. Quia tamen ad hoc petit, ne me ſegregem a Chriſtiana eccleſia, bene quidem mihi notum eſt, eam ex dei uerbo ædificatam, & licet multi homines in errore circumeant, ob id tamen a Chriſto non eſt derelicta, adhuc ueritas apud eam eſt, & quanto ſingula eccleſiæ membra ſunt Chriſtianiora, tanto plus ueritatem agnoſcunt, quod & ego ei promitto cum adiutorio dei, pro quanto mihi ueritas erit cognita, illam me non derelicturum. Sed ignoſcat queſo mihi, quod ex ſuis uerbis & doctrina quinq; concluſionum adhuc aliter non inuenio, quam quod in uerbo dei non ſint fundatæ. At ſi ſe caſus offerret, quod non cõfido, ſiue breui ſiue longo poſt tempore, ex eius doctrina uel certe aliorum clarã ueritatem inuenirem quam ipſe docuiſſem, ueritati ſum honorem daturus, & medio tempore per charitatem me a nemine ſegregabo, ad quod me deus iuuet, Amen.

D. ECKIVS.

Domine doctor quia adhuc ex propria pręſumptione cernere non uultis concluſiones meas in ſacris literis fundatas eſſe, hoc ego deo commendo. Sed tamen adhuc rogo humiliare uos uelitis, & catholicæ Chriſtianę eccleſię credere, ſicut in ſcripturarum ntellectu, ut ſupra.

Finis actorum D. Eckij.

ACTA
SECVNDA PARS
BADENSIS DISPVTATIONIS
actorum doctoris Iohannis Fabri, a Murne
ro in ſummã cõpendio quodã redacta,
ne legentibus ſit oneroſa.

POST EXPLETAM DOCTORIS ECKII reſponſionem. Secundo loco cathedrã conſcẽdit D. Iohannes Faber in ſex articulis (ut Heluetijs ante promiſerat) cum Zwinglio congreſſurus. Quia tamen Vlrichus Zwinglius ſuæ famæ & doctrinæ, turpi dumtaxat fuga conſuluit, de hac Faber in conſeſſu multa conqueſtus, atq lamẽtis eius eſt auffugia proſequutus, uiro ſuã perfidiã exprobrat, quippe quod eum, cæteroſq bonos uiros in hanc diſputandi palestram prouocarit, & iam præter ſpem omniũ non ſolum nos, ſed & uniuerſos Heluetios quos ſua improba doctrina ſeduxerat, eius abſentia fefelliſſet. Iamq deliteſceret, ſuæq doctrinæ tanto deeſſet, ut eam defenſurus, in tanta dicẽdi libertate conceſſa, & in tanta ſecuritate & ſaluo cõductu præſtitis, coram adparere, & ſuæ fidei rationẽ reddere non auderet. Ne aũt ob eius perfidiſſima profugia, Heluetij qui ſuperſunt catholici, & qui Zwingliana uenena adhuc non imbiberãt, incogitantes aut imprudentes ab eo in futurũ, ſimiliter ut Thuregij inficerenẽ & ab uniuerſali eccleſia catholica deſciſcerẽt, librũ a ſe editũ in falſam & hereticã Zwinglij doctrinã, duodecim uiris cõſularibus Heluetiorũ præſentibꝰ in manus tradidit, pollicitus ſe acturũ, ut mox oportunitate accepta, eundem expreſſione inuulgaret, & quæ cum Zwinglio præſenter ac coram facturus fuerat, uera facere ſpondebat libri ſui publicatiõe quod & fecit. Ne aũt illius libri prolixitas a legendo quenq deterreat, afficiatq tedio, aut certe quæ in diſputatione Badenſi acta ſunt, ignota ſupprimanẽ, in ſummã re-

dactum eundē librū præſentibus adiunximus. Quibus uide-re poſſit ueritatis amator, quid inter Bernenſem hęreticā in-doctā & aſininā diſputationē, & Badenſem catholicā interſit diſcriminis, utriuſq; em̄ & geſta & acta expreſſiōe inuulgare germano & latino eloquio in anīo mihi eſt, ut cadens nō nobis ſed ſibi cadat, & q ſtat ſuo ſtet dn̄o in uiā ſalutis æternæ amen.

PRIMVS ARTICVLVS.

Dogmata & ſcripta Vlrichi Zwinglij ex ſpiritu ueritatis eſſe non poſſunt, quia ſibi met ut lux & tenebræ, uerum & mendatia contradicunt.

Præfatus igitur multa ex ſacris literis, de diuino ſpiritu, qd' unitatis, ueritatis, doctrinæq; ſibi minime contradicentis ſit ſpiritus, ſed ſanæ, concordis, unanimis dogmatis & fidei ſit doctor & inſpirator, ad Zwinglianas poſt hæc cōtradictiones deflectit orationē. Concludens ob id Theodidactū eſſe non poſſe, prout ſe crebro iactitarat, quaſi huius articuli rem oēm hoc ſilogiſmo abſoluiſſet. Omnē doctrinā ſibi met contrariā ex ſpiritu ueritatis nō eſſe, ſed Zwingliana doctrina ſibi met eſt aduerſa & cōtraria, ergo ex ueritatis ſpiritu eſſe nō poteſt.

Ad minorem probandam diuertit, triginta ſeptem loca ex Zwinglij libellis citat, folia & lineas dinumerans, ut inuentu res fiat ipſa facilior. In quibus uerbis lucidis & apertis Zwinglius ipſe in ſacramēto euchariſtiæ uerū fatetur Chriſti Iheſu corpus & ſanguinē itidem uerū cōtineri, & Chriſtiane credi. Mox xxviij. loca alia ſimili dinumeratione quotans ſubijcit, ubi in euchariſtia ſimilib⁹ claris uerbis tropū adſerit, corpus Chriſti uerū & eius ſanguinē ibi haberi negat, panem eſſe piſtoriū docet, & uinū uerū illic cauponatur. Quis igitur tam erit cum Oreſte furibundus, qui ſuæ ſalutis cauſſam in hūc uirū uariū reijciat, qui ſeipſum etiam proprijs ad hoc editis ſcriptis euincit, aliquando fuiſſe mendacem. Conſule quæſo in libro ſuarū cōcluſionū decimā octauā, in qua fidem tenet & docet eccleſiæ catholicæ, quā nūc ſuo tropo & pane piſtorio totam

ab imis fundibus euertit, quaſi certe egregium ſit magiſteriũ panem panem, uinum uinum docere, quod non ignorat etiam caupo quicunq;.

Ad quã contradictionẽ diluendã, colorandã, fucandam ait ſe prudentis diſpenſatoris munus exequutũ, quippe quibus adhuc in fide teneris lac primo dederit, adultos aũt pauerit ſolidiore cibo, quaſi mendatia lac fuerint, ex quibus ſolidus Chriſtianorũ cibus in adultis coagulet. Hoc idem Chriſtum in diſcipulis feciſſe mentitur, dicẽtem. Iam multa habeo uobiſcum loqui, ſed non poteſtis portare modo, ſpiritus aũt ſanctus &c. quaſi diſcipulos incapaces mendatijs imbuerit, ut hunc odorem ſeruaret, noua teſta diu, & ſolus poſt hac ſpiritus ſanctus his mendatijs ueritatem ſuper ædificauit.

Aliam uariãdi præbet rationem, quod primo margaritas noluit offundere porcis, ergo margaritę ſua prima fuere mẽdacia, & ſui Thuregij porci de ſuis mendatijs & ſiliquis ſaturati. Vltimam refert prioribus haud acceptiorem rationem, quod tempori non cauſſæ inſeruierit, quaſi uel ullum ſit tempus in quo mentiri liceat, & id quidem in re ſalutem animæ concernenti. Quid ſi quis illo mendatiorũ tempore ab hac uita migraſſet. Si aũt cauſſæ non inſeruiuit, quæ nam hæc eſt Chriſtiana cauſſa mendatijs exorſa, falſitate adoleſcens, & tandem ueritate increſcens, fortaſſis ex falſo uerum, Ariſtotelis regula elicere didicit, non tamen in ſchola Chriſti, ubi ſola ueritas ipſa triumphat omni falſitate etiam offitioſa exploſa & ciſpulſa.

Nihil abſq; literis ſcriptis credendum, tenendũ Zwinglius docet, cui mox contradicẽs plæraq; tenenda aſtruit, neq; exemplo neq; literis demandata.

Alijs quoq; contradictionum præceptis, ſuos fideles imbuit Zwinglius. Nihil ſcilicet ab eis credendũ quod in Biblia non aperte ſcribat, hinc Faber ſeptem ex eius ſcriptis loca allegat, in quibus hoc ipſum pertinaciter & mordicus aſtruit atq; tenet,

net, adeo quod credere nolit Chriſtum in cœlum oculos eleuaſſe ante ſui corporis conſecrationem, canone id referente, neq; diuam Annam marię uirginis matrem eandem ob cauſſam, reijcit quoq; uniuerſa hac lege, quæ uel patres conſcripſere, uel concilia determinauerunt.

Mox legem quam met ipſe tulerat oblitus, laudat ſimbolū poſt euangelicā lectionem in miſſa decantari, in libro ſuo de canone miſſæ, cuius tamen nulla extāt ſcripta, quod mendaciter ait in altera ſynodo Nicena æditū, quū ſynodus prima hoc ediderit aduerſus Arrianos, reiecto ueteri canone, nouū conſuit, quē & ipſum utcunq; a ſe conſilatū tandē (uniuerſas miſſas aſpernatus) reiecit. Credendū nobis adſerit apoſtolos fuiſſe baptiſatos, in lib. de ue. & fal. relig. & ſi ſcriptū non habeamus. Item eodē ait puerulos baptiſandos, & in Apologetico dicit nono poſt Chriſti mortē anno, Matthæi euangeliū conſcriptū, Iohannē baptiſtā dicit baptiſatū. Apoſtolos item puerulos baptiſaſſe. Sabbathū in diem dn̄icū tranſmutatū, in lib. expoſitionis articulorū dies, natalis Chriſti, Steffani, Annunciationis Mariæ, Iohānis Baptiſtæ, Petri & Pauli cenſet feriandos, etiā rationib⁹ additis. Baptiſmū puerorū in apoſtolorū tempora reijcit. Nouam & inauditā fecit baptiſandi formam, contradicendo diabolo, puerū ueſtit induſio candido, multa id generis tenens, aſtruēs, & docens prius neq; exemplo neq; ſcripturis tradita, quæ Faber noſter xxxiij. locis cōplexus eſt, & ex eius libellis nota fecit. Cui ergo hæc non ſubolet aperta contradictio, abſq; literis multa docere, & tenenda credere, ac pertinaciter (ut ſolent hæretici) Chriſtianam indolem imbuere, nihil credendū niſi quod aperte nobis literæ depingant, & ſcribentis manus figuret.

In credendi clamat libertatē, conſcietias cupit haberi liberas, quas tamen paulo poſt publicis iuditijs coercet. Ingens apud Zwinglianos aboritur cōcertatio, ad fidem ne cogendus quis ſit, an dimittēdus in ſuæ conſcientiæ libertate.

Senſit

Senſit aliquãdo Zwinglius neminẽ cogendũ, Paulũ ad hoc teſtem citans ad Timoth. ut fideli doctrina uincant. Suos ex tollit & in aſtra fert Thuriceñ. qđ ad credendũ hactenus nullum impulerint, quippe quod ſe conſcientiarũ dños non eſſe non ignorarint, inquiẽte poeta, Cæſar in hoc potuit iuris habere nihil. Papiſtarũ tyrannidẽ Neronis & Domitiani adſerit infeſtiorem, quod ad credendũ etiam publicis iuditijs fideles exterminent xvi. locis a Fabro allegatis, libere credendi facultatem inculcat atq; perſuadet, Cuius in alijs quoq; locis quinq; a Fabro allegatis immemor, fidei iuditiũ in eccleſiam reijcit. i. Corinth. xiiij. cuius ait & claues eſſe, Iohan. xxi. Nec ullo modo ferendũ, ut ſingulis capitibus ea libertas permittatur, in fide ſcilicet credere quicquid præſumpſerint, futurum ratus ut in multas partes unus etiam parrochus abeat. Credere nolentes ex natali ſolo relegat, ora claudenda præcipit, & uirga ferrea arcendos conſulit.

Baptiſandi forma apud Zwingliũ contraria & incerta.

Docuit aliquano in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti baptiſandũ, poſteaq; uero ab fornace græculas aliquot uoculas delampſerat, ex græci ſermonis proprietate, quã ꝑ antiphraſim (ut Lutherus inquit) optime callet, baptiſandũ ait in nominibus patris & filij & ſpiritus ſancti, quod item fecere ante annos mille quadringentos, Valentiniani heretici hyrenæo teſte. Cuius contradictionis loca etiam in ſuo libro Faber fideliter quotat, Zwinglij uerba candide dinumerans.

Triginta milibus florenis mentitur Zwinglius Badenſem diſputationem ab Heluetijs emptam fuiſſe.

Probe Zwinglius dum adhuc ſanæ mẽtis fuerat, Chriſtiana docuit modeſtia fidei cauſſas tractare ſcripturis, & nullis uel iniurijs uel ſcõmatibus res diuinas agẽdas ad Pomeranũ, & in Antibolo ad Emſerum ſcribens, cuius modeſtiæ (poſtea quam a ſana mente deciderat) oblitus, fere omẽs ſuos libros

eiuſcemodi conuitiorum ſtercoribus, ſannis, mendatijs, & fœcibus conſpurcauit, non ſolũ in Pont. Max. & epiſcopos inuectus, uerũ & in ſui natalis ſoli Sculteтos, Ammannos & rectores, ementitus ſcilicet eos xxx. mille florenis receptis, per motos atq; corruptos diſputationẽ in Baden ſubornaſſe, qđ nec ipſe uſq; in præſens uerũ facere potuit, neq; ull⁹ mortaliũ cognoſcere huius ſummę florenorum datorẽ neq; receptorem.

Reuelanda myſteria & non reuelanda utrumq; tenet & adſerit Zwinglius.

Hegenwalt quidã Thuricenſis colloquij deſcriptor, egregie germanus ſycophanta & aſinus miris cõuitijs Fabrũ inſectat̃ quod ſacrarũ literarũ myſteria & ſecreta non palam prodẽda ſcripſiſſe ferebat̃, quũ tamen Zwinglius Heluetijs ſcribens myſteriũ ſui piſtorij panis, ut margaritas porcis & ſanctũ canib⁹ ab initio ꝓfundendũ noluerit. Vide Fabrũ quottantem.

Sophiſtam agit, quum a Sophiſtis cauendum undiq; moneat.

Non ſcatent uerũ exundant libelli Zwinglij, ſophiſmata ut uirus lęthiferũ in ſacris literis uitãda, quæ ipſe ridiculus in locis fere infinitis interſerit, & pueriles ineptias ac fallatias ſuis quaternionib⁹ infartit. Vnũ exempli cauſſa recenſuiſſe plus nimio Zwinglius enumerat in illa aſinina diſputatione Bernenſi, ubi ad Benedictũ Burgouwer Iohan. vi. caput hoc ſophiſmate inuoluit & obnubilat. Panis quem ego dabo caro mea eſt, quã ego dabo pro mundi uita, claudere uolens carnẽ Chriſti pro mundi uita in cruce datã hunc eſſe panem de quo in priori puncto, de quo ridiculo & ſtulto elencho ſophiſtico abſoluto Oſiander ſuã inertiã irriſurus, talẽ ſe in ſcholis dum adhuc puer erat, utcunq; ludendo & nugando fabricaſſe ait. Quicquid heri emiſti hodie comediſti, carnes crudas emiſti, ergo crudas comediſti, indignã putans a ſubſtantia in quantitatẽ uel qualitatẽ ſubſumptionẽ, non ſolũ recto ordine, ſed & regreſſione. Hic eſt Achilles & irrefragabile argumẽtum

L I

ſuum quo Chriſti corpus ex ſacramento pepulit, & a ſancta matre eccleſia pellēs in cœlum ad dextram patris ita locauit, ut neq; hic eſſe in eius ſit poteſtate, inde tamen uenturus iudicare uiuos & mortuos, licentia fortaſſe ueniendi ab alio quópiam ſibi permiſſa. Audiat Lutherū ſuū ſi Oſiandrū reſpuat de ſuo ſylogiſmo, id eſt de Zwingliana prudentia ludentem Chriſti corpus pro nobis traditum fuit uiſibile, ſed in ſacramento ſi eſſe debet, oportet ut uiſibiliter ibi ſit &c. Nunquid omni eſt miſeratione dignū (inquit) ex his talibus nugis aperta & clara Chriſti uerba denegare, Hoc eſt corpus meū, hæc ſi in ſcolis puer luderet, uapularet, ſi inter ſophiſtas magiſter aſinus uocaret. Vides hic & Lutherū ſentire Bernenſi diſputationi aſinos præfuiſſe, ſed & nebulones, ait eñ, Das heiſt ſophiſtiſch vnd biebiſch handlen in worten gottes / hæc ipſe. Taceo quod in uerbo eſt, ſophiſtā agit, eſt pro ſignificat accipi in uerbis iſtis, Hoc eſt corpus meū, ſed quia ad Bernenſem diſputationē reprobandā pgit intentio, tranſeo cōſultus.

Sanguinem Chriſti ſiue calicem teſtamentum eſſe & negat & affirmat.

Francorū regi audaculus librū dedicat, quē librū ob id Chriſtianiſſimū nominat, quia ad regem Chriſtianiſſimū ſcriptus ſit, quaſi principis merito librū bene meritū ſomniet, in quo calicem, Chriſtiq; ſanguinem mordicus ex euangeliſta Luca teſtamentū aſtruit, ex græco uerbulo poterion, quod ab aliquo mendicauit, probans. Hinc conſequentiā format ſacrificium eſſe non poſſe quod teſtamentū ſit, & ſi ab initio memoriam dumtaxat appellarit, uelit tamen in hoc Luthero libēter cedere teſtamentū nominanti, in eo tamen regali libro, quia regi ſcriptus ſit, uel certe libro ſubulco, ſi ad ſubulcū ſcriptus fuiſſet, ſanguinē Chriſti abuſiue teſtamentū nominari dicit, & in Coronide neq; calicē teſtamentū eſſe finit, ſed ſolū peccatorū remiſſionem nouū docet eſſe teſtamentū. Adeo non nouit uir ille uarius ater & albus, in quem portum ſe recipiat niſi

niſi ſua mendacia etiã regibus faciat eſſe manifeſta. Magiſtrũ certis in libellis ſe nominari deprecat͂, & ſolũ Chriſtũ magiſtrũ fatet͂, in ſexcẽtis alijs locis ſe magiſtrũ met ipſe nominat.

Annis aliquot elapſis ſuis libellis in frontem Chriſtum depinxit, ſuos euangelicos inuitantem Matth. vi. Venite ad me omnes qui laboratis &c̃. qui iam omniũ imaginum hoſtis factus, neq; ſuum Chriſtum uocantem ultra figurare permittit, adeo ſibi nihil eſt magis commune cum Chriſto.

In cauſſis euangelij iudicandũ cenſet & non iudicandũ. Iuditiũ ferre & in euangelij cauſſis pronuntiare ad eccleſiã ait pertinere, quod niſi fieret, opinaret͂ quiſq; noua etiã ſingulis diebus, & turbarent͂ quæ ſemel bene determinata ſunt, hoc apoſtolũ uult intellexiſſe his uerbis, quãdo dicebat cæteri diiudicent, ſex locis allegatis Faber oſtẽdit, ubi in ſacras literas iuditiũ & cenſurã defert eccleſiæ, & non ſolũ eccleſiæ, ſed omnibus etiã Chriſto fidelibus, ſicut Thuregij fidei ſuæ cauſſas ducentis uiris permiſit, iuxta xi. loca dinumerat, eiuſq; ꝓpria uerba citat, in quibus aperte & clare nõ uult ab ullo homine, non a doctoribus, concilijs, pontificib⁹, uniuerſitatibus, ſed neq; ab eccleſia iudicari, ſic agit͂ incertis & uagat͂ in cõtrarijs.

De uita monaſtica in ſuis cõcluſionib⁹. Non te turbẽt (inquit) tu probe uir ordinis, in cuculla eñ nõ neſcio multas & quidẽ optimas cõſciẽtias eſſe, quę iuxta doctrinã Chriſti uitã habẽt bene inſtitutã. Id ſi uerũ eſt, quur uniuerſos bonos pariter & malos deleuit. In ꝓmptu tñ cauſſa eſt ut eoꝝ bona tẽporalia furaret͂ res hęc clarior eſt, quã qđ ab ullo negari poſſit.

Euangeliũ dicit in ſanguine fundamenta prima ieciſſe, ſanguine creuiſſe, ac tandem in ſanguine purgandum fol. clxxij. concluſionũ ſuarũ quibus tumultuandũ docet, & ſeditionib⁹ in reges & principes exclamandũ, & tamen in pleriſq; alijs locis a Fabro ibi nominatis ab omni tumultu cauendũ ſuadet.

Omnes Chriſtianos paſſim ſacerdotes cõſecrat, & in libro de officio prædicantis oppoſitum docet, uide Fabrum.

De noīe ſacramēti uariat, de fractiōe panis ambigit & fluctuat, de pœnitētia neq; ſibi cōſtat, noua teſtamēta expreſſa emēda,pbat, q̄ plus mille locis corrupta ſunt atq; deprauata.
Eſum carnium nullo tempore ait interdictū, quem tamen ſcandali cauſſa certis diebus prohibet.

Voluntatem item eſſe liberam, quam alijs in locis diuina prouidentia tolli docet, imagines ex eccleſijs ſuſtulit, uerum lapideas atq; ligneas, aureis tamen & argenteis miſertus eſt.

Octo citat Faber loca, quibus ueritatē adſerit nullo modo tacendā, quum tamen in ſua excuſatione ad Cantones in Baden eandē aliquādo taceri poſſe aſtruat, quod & ipſe quinq; annis fecit in opinione piſtorij panis. Pro peccatis ſatisfaciendum negat in libro concluſionum ſuarum, cuius oppoſitum docet in lib. de uer. & fal. rel. Hominū doctrinas ex toto aſpernat̄, & alijs in locis acceptat. Laudat eccleſiaſticas ueſtes, quippe quod Chriſti paſſionem præſentent, quas tamen in prophanos uſus omnes furto abſtulit.

Petrum apoſtolorũ caput facit paulo poſt pedes, miſſam alterat & canonem poſt ut idolatriā abhominatur. Sub utraq; ſpecie cōmunicat, poſt in piſtorio pane Chriſtū præbet neutram ſpeciem habentem. Taceo eius inconſtantes ſermones, de eccleſiarum dedicationibus, ueteris teſtamenti abrogatione, ceremonijs, baptiſmo, quæ om̄ia per longum Faber ipſe perſequitur, ſed quid nobis de his ſuis nugis quibus conſueuit has ſuas technas & mendatia fabre conſuere.

SECVNDA PARS DOCTORIS Fabri, euangelicos hæreticos inter ſe diſſentire, & nec ſibi ipſis conſtare.

Altera parte centum quinquaginta locos dinumerat Faber, quibus Zwingliū cum ſuo Luthero ſic confert, ut ex diametro alterū aperto Marte cerneres alteri repugnare, contradicere, reluctari. Nec operæpreciū duco (quod nihil

utilitatis

utilitatis conferat legenti) prolixiore ſermone, illas eorꝫ con tradictiones explicare, paucis enim uerbis abſolui non poſſent, præſtitiſſet ergo domeſticam iniſſe concordiam, & iam tum alios in Chriſtianam concordiam inuocare.

Quibus tam explanate ſecundo cōſcriptis, allegatiſq; eorꝫ proprijs uerbis, nouem articulos congeſſit, in quibus non ſoli Zwinglius & Lutherus Thuregiū & Wittenbergū ſibi inuicem aduerſant̃ & diſſentiunt, ſed unius muri ciues Thuregij, ſcilicet cum Thuregijs & cum ipſo Zwinglio eorꝫ pontifice ac præceptore, ut non ſubobſcure omnes intelligant, tantam eorum inconſtantiã ad uere fidei cauſſam tantū pertinere, quantū ad luctū cythara confert, ut nec dubitari poſſit, neminem ſe illis credere poſſe, quippe quod neuter inter ſe alteri credat. Nihil eſt em̄ ibi omiſſum, quod ad deploratorꝫ hominum uarietatem non faciat, ita uiciſſim uideres alterum in alterū debachari & diffidere, & id quidem in re grauiſſima. Sicut em̄ quottidie inter eos exiſtūt noua dogmata, ita quottidie exoriūtur noua diſſidia. Quis ergo auſcultabit quæ tanto diſſenſu docent homines ineruditi.

Tertio loco Oecolampadiū qui ob naſi monſtroſitatem & Naſo dictus eſt, cum Zwinglio cōparat. Hic ſpiritus ſanctus quem uterq; ſibi fortiter arrogat ita ſecum pugnat, ceu cætera nuſq; bella forent. Naſo enim ſanctorꝫ interceſſiones non modo opinat̃, ſed contendit, & plæriſq; rationibus ac ſcripturis probat atq; defendit. Petrū incarceratū prece piorꝫ memorat liberatū, pro Iob interceſſere amici, pro Abimelech Abraham, pro Pharrone Moſes Emorroiſſam inducit, Petri umbram, Pauli ſudariū, Laçarū mendicū. xxiiij. ſeniores Apocalipſis, & plæraq; alia, quibus mordicus tenet, ſanctos in cœlis pro nobis intercedere, quum id illi in terris faciant, quorꝫ ſupra meminimus. Hæc tamen talibus ac tantis ſcripturis firmans inauditū quiddã adiungit, ob id a nobis non inuocandos, qđ pro nobis ex immenſo amore & neq; in cœlis otioſo

ad Chriſtū intercedant, quippe quod ſacris literis inuocandi non doceantur, quaſi certe, & ſi nos eos nequaꝗ̃ inuocaremus, noſtra miſeria ſuapte natura ad ſanctos nō oraret modo, ſed pro auxilio inclamitaret. Cui ex toto Zwinglij ſpiritus contradicit, neq; intercedere ſanctos neq; inuocandos, quum ergo de quolibet affirmatio uel negatio, & de nullo ambo ſimul redeant in gratiam, probent ſpiritus qui ex deo ſint, & poſtea illa ſua egregia dogmata nobis proponāt, ſitq; in eccleſię ſanctæ libero arbitrio eos audire nec ne: & ego ne nimium hic opere inſumam, ad multas eorum ineptias breuitatis cauſſa conniuebo.

Simili diſſentione de euchariſtiæ ſacramento digladiant̄, quid tum mirum Naſonem cum Zwinglio non cōſtare, qui a ſe ipſo diſſentit, quando enim uir erat regularis ordinis ſanctæ Brigittæ cuius iam apoſtata eſt & transfuga non incultū edidit libellū de euchariſtiæ ſacramento cum eccleſia tenens, quem tamen libellum iam deprecatur, optat exurendū, & in Ancyras religandum. Nunc uero quomodo cum Zwinglio concordet, in prima diſputationis Badenſis concluſione uides. Hic tropum fingit uerboꝝ Chriſti, Hoc eſt corpus meū, alter ſtulteſcit figurā eſſe corporis Chriſti, quaſi redeat Iudaiſmus, & hęc in figura nobis contigiſſent. Temperabo de his loqui. Hæc enim præter quam quod falſiſſima ſunt, pernitioſe dicuntur apud imperitam multitudinem.

Quarto Faber Caroloſtadiū ſuarum hæreſum reuocatorem in fabulā trahit, qui Zwinglio (ut met ipſe teſtat̄) anſam præbuit, Chriſti præſentiā in euchariſtia denegādi, tredecim contradictiones eoꝝ infert, oſtendēs quā male inter eos conueniat. Quamobrem iniquū cenſeo his magiſterulis plus authoritatis tribuere, quā inter ſe ſibi tribuūt, aut certe eis eoꝝ ſodales. Claudam Fabri partē ſecundā, has contradictiones non ſpirare neq; ſapere ſpiritū euangelicæ ſinceritatis. Vnde uerſus. Ex as eſt atis doctores uarietatis.

Tertia

TERTIA PARS IOHANNIS FABRI
Omnes hæreſes Zwinglianam doctrinam in malitia longe præcellere.

IN tertia parte Faber ex diui Auguſtini libro. Ad q̄d'uult deum, ex Phylaſtro, Epyphanio, Primaſio, ex quibus aliqui ante annos mille & centū ſcripſere, nomina recenſet omnium hæreticorum, qui ab apoſtolorum temporibus eccleſiā perturbauere Zwinglium primo docēs, cum ſingulis eorum in ſuis erroribus conuenire, quibus ex nomine & numero ſcilicet quinquaginta ſeptem enumeratis, tertiæ partis articulū primum abſoluit. Secundo octo hæreticorum ſpecies notas facit, quibus eſt Zwinglius in doctrina multo peruerſior. Tertio triginta Iohannis Huſs errores ab eccleſia damnatos, ex ordine ponit docens in ſingulis Zwinglij errores multo eſſe damnatiores. Quarto Pickarditarū xxviij. articulos erroneos abſoluit, ibiq; probat per ſingulos Zwinglium Pickarditas in periculoſa & improba doctrina excellere. Quinto Iohannis cuiuſdam Weſeli hæretici damnati, triginta articulos reiectos, proſequitur clare oſtendens Zwinglium Weſelo multo eſſe peſtilētiorem atq; nocentiorem. Quæ omnia breuitati ſtudens per longum enumerare deſtiti, ea tamen ſi lector ſolicitior peruidere atq; ſcire cupiat, Fabrum legat in hiſce rebus miro ſudore ſuum tertium principalem articulum abſoluentem. Si igitur noſtras facies auſus fuiſſet Zwinglius intueri transfuga mendaciſſimus, qualem precor fuiſſem cauſſam habiturus, quum Fabrum audiſſet eos ēnumerare hæreticos, in quos eccleſiæ proceres, ſancti doctores, uniuerſa concilia, ſed & Chriſtiani omnes pronuntiauere ſuas damnationis ſententias, quibus ipſe in falſiſſima doctrina longe damnatior erat.

Quarta

QVARTA PARS IOHANNIS FABRI, omnes priſcos & orthodoxos patres noſtræ parti ſubſcribere, ne uno quidem dempto.

QVum igitur parte tertia Faber hoſtes catholicę fidei, ab orthodoxæ religionis ciuibus & ſcriptoribus diſcriminaſſet, relictis transfugis & apoſtatis, ad piorꝫ conſenſum unanimem (& ob id ſpiritu ſancto præditũ) diuertit, quorꝫ doctrinã & ſcripta acceptiora docet, noſtri temporis hęreticis, quippe quod apoſtolorꝫ ſint ora intuiti, & ſuis ætate, uita, miraculis, ſanctitate, ſanguine, conſtantia, & doctrinæ concordia de ſancta catholica eccleſia non modo optime ſint meriti, ſed & de iſtis nequam uiris imperialiter triumpharint. Ex quorꝫ innumerabili turba, anteſignanos dumtaxat delegit, qui a uere religionis ſcopo, quem probe Chriſtianũ ubiqꝫ oportet præfixũ habere nunqꝫ aberrarunt, ſed ſumma & abſoluta pietate Chriſtianã ueritatẽ doctrina pariter & uita extulere, nobiſqꝫ infatigabili induſtria cœlum pararunt. Qua in re eiuſcemodi ueteres præcelluiſſe, & noſtros hęreticos ne attigiſſe quidem, nemo unqꝫ eſt dubitaturus.

Quorũ de cetu Dioniſiũ diui Pauli apoſtoli diſcipulũ primum ſtatuit, undecim ſcriptorꝫ ſuorꝫ locos quotat, ſacerdotium, euchariſtiæ myſteriũ, epiſcopalem ordinem, fideliũ ſacramenta teſtantes. Quos Dioniſij libros, ſi pro ſuo more hęretici eius fuiſſe negarint, compẽdio certe effugerunt. Neqꝫ enim facilius elabi poſſent hij angues lubrici, quam ſingulos libros ſibi aduerſos ſuorꝫ authorꝫ fuiſſe negando.

Clementẽ ſecundo loco ponit de Petri primatura differentem. Tertio Prochorꝫ ex ſeptem diaconib⁹ unum. Item Hermam, cuius ad Ro. Paulus meminit Ignatiũ, poſt hos Policarpum, Hyreneũ, Philonẽ, Clementem, Alexandrinũ Aegeſippum, Dydimũ, Origenem, Arnobiũ, Athanaſiũ, Hylarium, Chryſoſtomũ, Theophilactũ, Tertullianũ, Cyprianum martyrem, Cyrillum, Gregoriũ Nazianzenũ, Lactantium

Firmianũ,

Firmianũ, Gregoriũ Niſſenũ, Baſiliũ magnũ, Hieronymũ, Ambroſiũ, Auguſtinũ, Damaſcenũ, Gregoriũ magnũ, Vigilium, Capreolũ, Gennadiũ, Maxentiũ, Proſperũ, Carolũ magnũ, Primaſiũ, Ephrem, omnes noſtræ partis ſubſcriptores, quas inſcitia & infidelitate lapſos credere, hæc hæreticorum lues & peſtis mihi certe nunquam perſuadebit. Audiã enim leuem aliquem & imprudentẽ rabulã in aliquo ſuggeſto declamantem, & præter cauſſam nudis uerbis impotẽter, & ſi uehementer debachantẽ, ſuamque interpretationẽ pro uerbo dei nobis mendaciter obtrudentẽ, & tot ſanctos orthodoxos patres nõ audiam. Tam nos fungos habent, ut hæc eccleſiæ ſanctæ lumina, cum publico eccleſiæ iudicio, atque tot inſigniũ uirorum ſententiã exibilemus, & ſuas blaſphemias imitemur. Multa obſtant impudentiſſimi aſini, ne permutatis doctoribus uos humani generis, & omnis honeſtatis ex uoto hoſtes pro his iam nominatis uiris cõmutemus. Vehementer mihi diſpliceſrem, animoque diſcrutiarer perpetuo, ſi has ab eccleſiæ proceribus dãnatas beſtias aliquando relictis illis delegiſſem. Hoc meo iudicio fuiſſet uel ſemel totã religionem ac pietatem negaſſe. Ad quos Boetius ſi uiueret, diceret. Ite ſyrenes in exitium dulces, at ego. Ite aſini in exitium rudes.

OECOLAMPADII MENDACIA, quibus priſcos eccleſiæ ſanctæ doctores conatus eſt, etiam inuitos & reluctantes in ſuas partes trahere.

HIc me iam continere nequeo ex Fabro dicendi occaſionem nactus, qui hac in parte, prænominatos patres & in diuos relatos ob id noſtræ parti ſubſcripſiſſe mera ueritate oſtendit, quippe quod nullo modo dubitarit, neminem tam a pudore alienũ quantũuis pertinacem, qui horum ſcurrarũ electo conſortio non pudefieret, relictis illis uita & doctrina uere euangelicis & apoſtolicis uiris, huius quoque tam ſanctæ ec

cleſiæ quenꝗ tederet, ut eorꝫ hereticorꝫ noſtri temporis diſgregatam congregationē, & undiꝗ diſſectā ſectā præeligeret. Hæc adeo uera neꝗ ipſe Oecolampadius dubitauit, qui ſuā partē infœliciſſimā, & de proximo ruiturā interituramꝗ certo preuidit, niſi Chriſtianæ plebeculæ perſuaſum doceret hos ſanctos patres a ſua doctrina non diſſentire. Quod cum nulla ueritate potuit, meris nugis, mendatijs, ſycophantijs & impoſturis quinꝗ deploratiſſimis libris cacatis magis quam editis in euchariſtiæ ueritatē uir improbus fallaciter attentauit. Perſuadere ſe putans rhetoricis fucis, & eloquentiæ colo ribus, incogitanti, indocto, ac idiotis credere ſcilicet tam ſan ctos ſcriptores quiddā cum his nebulonibꝰ ſenſiſſe cōmune, cumꝗ his eccleſiæ Chriſti fecibus docendi fœdera pepigiſſe, ſeꝗ contaminaſſe. Iſta tam pernitioſe apud imperitam multitudinem ab eo euulgata, non minima occaſio fuerunt, pleriſꝗ Heluetijs a ueritate euchariſtię, imo a uerbis Chriſti apo ſtatare. In hoc enim cæteris Lutheranis infœliciores ſunt ſeducti Heluetij noſtri, quod huius nebulonis, & Zwinglianæ hereſis uerſutia & dolis circumuenti, Chriſtum Iheſum in euchariſtiæ ſacramento negant eſſe præſentem, quotquot enim ab eis decepti ſunt, in huius erroris barathrū delabuntur. Cui in faciem reſtitit digniſſimus pariter & doctiſſimus præſul Iohannes Roffenſis tantos conatus & nefandi uiri auſus ſua reſponſione fregit, & de mendaci heretico glorioſe triumphauit, notumꝗ omnibus fecit, ne quidem unum priſcorum doctorum cum hoc ſcelerato nequam in euchariſtiæ ſacramento conſentire. Cuius mei dilectiſſimi patris Roffenſis quum reſponſionem perlegiſſem, centum quinquaginta mendatia Oecolampadij obiter percurrens deſignaueram, quæ hic per ordinem enumerare ob id non pigebit, ut eo uideant Heluetij noſtri, quibus tamen mēdaciorum magiſtris aures arrexerunt, quibuſꝗ dolis & artibus horum nebulonum periere.

Exli

D. IOHANNIS FABRI. EX LIBRO PRIMO OECOLAM padij, de ueritate Euchariſtiæ.

MEndaciũ primũ capi. ij. Oeco. Age conſulta diſſimulatione &c. Cui Roffen. Hoc in uirũ optime de re Chriſtiana meritũ mẽdatiũ in propria palata reijcit, quippe quod priorũ patrũ & totius eccleſiæ definitionem ſequutus ſit, & non magiſter noua docuerit. Noſq; meros aſinos cenſendos ſi relicta maiorũ fide ad Oecolampadij perfidiam diuerteremus. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium ſecundum cap. eo. Oeco. Ille igitur diſtinctione decima, quarti libri. Cui Roffenſis. Hic primum certus eſto lector, nihil eſſe præter inanẽ pollicitationẽ, quã nunq; ne ex uno quidẽ qui orthodoxus habet, præſtabit. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium iij. cap. viij. Oeco. Hic ſtatim ipſo adhuc limine &c. Cui Roffenſis. Obijcit contra ueritatem peccare in illud dei præceptum, ne falſum teſtimoniũ dixeris, peccare in propriam conſcientiam, quippe quod ſibi conſcius ſit Auguſtinum aliter ſenſiſſe quã eum falſo induxerat. Peccare item in ſanctum illum patrem, quem ex orthodoxo facit hereticũ, & eo grauius peccare, quod eius regulam ſub diuæ Brigittæ regula profeſſus fuerit, & ſi poſtea apoſtatarit. Recte ergo.

Mendacium iiij. cap. eo. Oecol. Non ſimpliciter (inquit) ferebat corpus &c. Cui Roffenſis exprobrat, quod effrons dolo & infideliter non omnia uerba Auguſtini protulerit, quodq; ex eius uerbis multa ſubticuerit, eumq; falſo citarit. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium v. cap. eo. Oecolamp. Porro uiderint aduerſarij acutius &c. Cui Roffenſis. Simpliciter hoc ipſum affirmauit, haud dubie ſemel quidem quum dixit. Ferebat enim Chriſtus manibus ſuis. Nec illo cõtentus iterum adiecit. Ferebat illud corpus in manibus ſuis. Recte ergo mentitus es.

Mendaciũ vi. capite quoq; ix. Iterum ex eiuſdẽ Auguſtini teſtimonio docere pollicet̃, non eſſe in hoc ſacramento quod uel miraculũ ſit uel hominis captum excedat. Cui Roffenſis montes aureos Oecolampadi nobis polliceris. At nihil hoꝝ ſcio præſtiturus es. Nam exploratiſſimũ eſt hominis captum excedere, quicquid in hoc ſacramento dei ſpiritus inuiſibiliter operatur. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ vij. cap. xiij. diuum Ambroſiũ mendaciter traducturus, arguere eum ait a poſſibili ad in eſſe. Deus ſcilicet poteſt talia miracula facere, igit̃ & maiora facit. Quod mendacium falſo Ambroſio iniectũ mira indignitate exaggerat ſe Pauli doctrinã, & Iohannis continentiã poſſeſſurũ, futurus hodie & angelus, bella improperatio, mẽtiri prius, poſtq; obiecta mendatia ita refricare. Cui Roffenſis. Certũ eſt igit̃ Ambroſiũ utrumq; docuiſſe, hoc eſt Chriſtũ non minus uoluiſſe quam potuiſſe corpus & ſanguinẽ ſuum in euchariſtia præbere, ut non ſit deinceps cuiq; relictus dubitandi locus. Perperam igitur inceſſis Ambroſiũ, quod is alterã dumtaxat huius argumenti partem attuliſſet & non utramq;, ſed eiuſcemodi certe mendatijs ubiq; ſcates, quoties inſtituto tuo ſeruire quicq; ualeant. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ viij. cap. xxij. Oecol. doctiores ſapientioreſq; epiſcopos ait principio corpus Chriſti in euchariſtia negaſſe. Cui Roffenſis. Illud ſtabilias oportet, nempe quod doctiores ſapientioreſq; epiſcopi primitus iſtud negabant, neq; fieri permittebant, ſatis abunde ſuperius oſtẽdimus, epiſcopos doctiſſimos, iuxta atq; optimos aſſeruiſſe, Chriſtũ in euchariſtia contineri. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium ix. cap. xxv. Diuum Chriſoſtomum Homelia lx. in ſuas partes inuitum mendaciter trahit. Cui Roffenſis. Iam plane uideo te mente captũ eſſe. Et qs non hoc ipſum per omnia ſacra iurabit, qui uel ſemel homeliam abs te citatã & quæ ſubſequuntur diuerſa ſenſiſſe, Chriſoſtomũ iudicanꝫ

apertiſſime

apertiſſime &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium x. Eo cap. hæc Chryſoſtomus nobiſcũ dicit. Cui Roffenſis. O linguam impudentiſſimam, dixiſti pridem ſcire Chryſoſtomum contra te loqui, & nunc rurſum ais nobiſcum dicit. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

EX LIBRO SECVNDO.

Mendacium xi. Oeco. cap. iiij. Iohannes erat Helias &c. Cui Roffen. Scriptura non ſimpliciter affirmat Iohannẽ Heliam eſſe, ſed cum eiuſmodi circumſtantijs hoc dicit ut quiuis intelligat, non eundem hominem fuiſſe Iohãnem qui fuerat Helias. Sic enim de Iohanne Chriſtus ait. Et ſi uultis recipere ipſe eſt Helias. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium xij. Oeco. cap. v. De Chriſto ait. Qui ſe alibi lucem, uitem, fontem, aquæ uiuæ &c. Cui Roffenſis. Nuſquam ſe uocauit Chriſtus aut lucem, aut uitem, aut fontem corporalem. Dic mihi ubi unquam affirmauit ſe lucem hanc, aut illam corporalem eſſe, ubi uitem hanc aut illã corporalẽ, ubi fontẽ hũc aut illũ corporalem eſſe &c. Recte ergo mentitus es &c.

Mendaciũ xiij. cap. ix. Oeco. mendaciũ ſuum hebraici ſermonis proprietate fucaturus, ſcripturã ait pro uerbo ſubſtantiuo contentã eſſe pro nomine uel aduerbio. Cui Roffenſis. Iam certum eſt, ſi tu ſolus hebraicã literaturã calleres, nihil uereris confingere, ſed ſi quid poſſit inſtituto tuo conferre. Mihi uero tã etſi tenuis earũ literarũ notitia fuerit, tamen aperte c ſpitio, quantũ hic moliris nobis imponere &c. Recte er.

Mendaciũ xiiij. cap. eo. Oeco. Argumẽto leuiſſimo Chriſtum elicit in ſuo idiomate aliter enunciaſſe, ſcilicet. Hoc eſt corpus meum, quã nos utcunque digladiemur ſuper uerbulo. Cui Roffenſis. Si nõ deſit hebræis uerbũ ſubſtantiuũ præſentis temporis ut iam oſtendimus, quo poſſis argumento colligere Chriſtũ in idiomate ſuo aliter enunciaſſe quam nos, & maxime cum præter Matthæi traductionẽ, alij duo græce etiam periti, nempe Marcus & Lucas hoc ipſum ita ſcripſerunt.

Sed & poſt iſtos Paulus hebręus ex hebręis etiã ab ipſo Chri=ſto ſic doctus, hoc ipſum ita protulit. Recte ergo mentitus es.

Mendaciũ xv. cap. x. Oeco. De agno paſcali legimus phaſe ipſum dñi. Phaſe hu la œdonai, id eſt tranſitus dñi. Nã phaſe tranſitũ ſignificat. Cui Roffen. Nõ enim dixit Moſes agnũ eſſe phaſe ſeu tranſitũ dñi, ſed religionem & ceremoniã, quæ tunc circa agnũ fiebat, phaſe eſſe. Erat eñ hoc nomen huic ſacrificio inditum, ſicut noſtrũ ſacrificiũ (ut iam diximus) miſſa uocatˊ a nobis, quare neutra interpretatio tua locũ hic habet, aut quod agnus tranſitũ ſignificat, aut quod ſit figura ipſius tranſitus. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ xvi. cap. xiiij. Oecol. Sed Rapſodus & ſcholæ cum ſuo Papa tam abſurdis abhorrentes, malunt dicere ſub=ſtantiã uerti in nihilũ &c. Cui Roffen. Quod aũt ſubſtantia panis in nihilũ uertatˊ nemo dicit. Ego ſi Roffenſem intelligo in ſcolas & papã mentiris, hæc eius mens eſt, & ſi uerba eius pro ſua cõſueta modeſtia ſint mitiora. Recte ergo mentitus.

Mendaciũ xvij. Oeco. cap. eo. Et quare in poculo etiã nõ dicitˊ, hic ſanguis eſt ſanguis meus, ſed hic eſt calix ſanguinis. Cui Roffen. Iam opinor cunctis innoteſcet inſana temeritas tua, qui cum de myſterijs auguſtiſſimis diſſeras, non tenes tñ quid euãgeliſtæ ſcripſerint. Quis te precor euãgeliſtarũ nar=rauit de poculo dixiſſe Chriſtũ, Hic eſt calix ſanguinis, quem admodũ tu affirmas. Sed neq; Paulus qui poſt eos iſta tradi=dit, ita retulit Mattheus utiq; dixit, Hic eſt eñ ſanguis meus. Lucas uero, Hic calix nouũ teſtamentũ in ſanguine meo, cui ſubſcribit & Paulus. Nullus horũ eſt qui dixerit, Hic eſt calix aut poculũ ſanguinis mei. Sed ecce quã aptiſſime Matthæus & Marcus te cõdemnãt, referũt eñ dñm Iheſum acceptũ po=culũ, gratijs actis dediſſe diſcipulis, dixiſſeq;. Non hoc eſt poculũ, neq; hic eſt calix. Sed hic eſt ſanguis meus, nõ iã demonſtrantẽ poculũ, ſed eũ liquorẽ q in poculo cõtinebatˊ. Rectę.

Mendaciũ xviij. cap. xvij. Oeco. Chryſoſtomi uerba frau

dulenter

dulenter allegat iſta ſcilicet. Nonne per ſingulos dies offeri-mus &c. Cui Roffenſis. Hic primũ oportet annotemus ſyco-phantias tuas, qui nobis non uerum tradis Chryſoſtomũ, ſed alibi quidẽ exuberantẽ, alibi uero mancũ quo magis inſerui-at inſtituto tuo. Sic em̃ poſt hæc uerba. Et una eſt hæc hoſtia non multæ, ipſe Chryſoſtomus cõtinenter ſubdit, quærens. Et quõ una eſt non multæ, hoc tu expunxiſti. Expunxiſti & alia quę longe maiorẽ lucẽ afferunt. Recte ergo mentitus es.

Mendaciũ xix. Eodem loco Roffenſis Oeco. mendacij ſic arguit. Ille uero pergit explicans quem in modũ fieri poteſt, ut illa hoſtia quæ pro nobis in cruce fuerat oblata, prorſus ea dem ſit cum hac quã nos offerimus quottidie. Et hic etiã præ-termiſſo quod ipſe dixerat, tua non citra dolũ intermiſces, id quod lector quiuis deprehendet, ubi uerũ Chryſoſtomũ con tulerit cum cõmentitio. Recte ergo mentitus es in caput tuũ.

Mendaciũ xx. Vide lector eodẽ loco, qui Oeco. mendaci is non ſcatet modo, ſed ita exundat ut doctiſſimus põtifex ma iuſculis literis eius ſycophantias, quibus eſt uſus, deſignarit, quæ hic uir mendaciſſimus dolo reſecauit. Hæc enim uerba ſunt quæ ſuppreſſit. Qm̃ una eſt & nõ multæ. Alioquin hac ratione qm̃ &c. unũ corpus, quæ aũt adiecit collatione diju-dicandũ lectori reliquit. Neq; enim (Roffenſis ait) huic bo-nus eſt animus q tm̃ authorẽ corrũpere non uereť. Recte er.

Mendaciũ xxi. ca. xviij. Ait Oeco. Chryſoſtomũ ſeipſum declarare quid ſacrificiũ & oblationẽ dicat, nempe nihil ali-ud quam recordationem oblationis. Cui Roffen. Vbi precor iſtud uſq; declarauit. Quin ꝓfers ipſius uerba. Sic utiq; dixit, Non aliud ſacrificiũ ſicut põtifex, ſed ipſum ſemper facimus, imo recordationem ſacrificij operamur. Num his uerbis aſſe rit Chryſoſtomus ſacrificiũ iſtud nihil aliud eſſe quã recorda tionẽ oblationis. An iſta cõſequutio tibi ualida uideť. Sacri-ficium iſtud eſt recordatio illius oblationis: Ergo nihil aliud quã recordatio &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Menda

Mendatiũ xxij. cap. eo. Oecol. Et ſicut ſacrificiũ ſe habet, ita & corpus. Vnde hic eſt recordatio corpis quæ ipſum corpus dicit. Cui Roffenſis. Si liceat in hunc modũ expendere, & interpretari ſanctoꝶ doctoꝶ cõmentarios, quid tam circumſpecte dici queat ab eis ut non facilime peruertat. Sacrificiũ nihil aliud haberi pateris quã recordationẽ ſacrifitij, & corpus nihil aliud quã recordationẽ corpis. At ubi eſt quod ante dixerat Chryſoſtomus. Vnus ubiꝗ Chriſtus eſt, & hic plenus exiſtẽs, & illic plenus unũ corpus quæ duo poſtrema uerbula tu malo prauoꝗ ingenio ſuſtuliſti. Recte ergo &c.

Mendaciũ xxiij. Eo cap. Oeco. diſtinguit inter oblationẽ quæ ſemel facta eſt, & quottidianã. Nam illa eſt unica & in ſancta ſanctoꝶ illata, oblatio aũt quottidiana eſt exemplar. Cui Roffen. Diſtinguit certe, ſed non id ſolũ, uerũ etiã conciliat & unit quoꝗ. Nã ſi tm̃ diſtinguat inter illã crucis hoſtiã & hoc altaris ſacrificiũ, ubi eſt qd'dicit. Idipſum ſemper offerimus, nec nũc qdẽ aliũ agnũ, craſtina aliũ, ſed ſemp id ipſum. Proinde unũ eſt ſacrificiũ. Ecce non diſtinguit ſolũ, uerũ etiã unũ & idipſum facit. In qb⁹ uerbis tu nullã agni mentionẽ facis, ſed callide uerbulũ illud exemiſti. Hoc ſcilicet eſt expendere Chryſoſtomi uerba an expungere magis. Recte ergo.

Mendaciũ xxiiij. cap. xix. Oeco. Nam licet multæ ſunt recordationes, & gratiarũ actiones, unius tamen hoſtiæ ſunt, cuius ubiꝗ memoria par. Cui Roffen. Hoc uerũ dicis unius hoſtiæ ſunt, ſed illud taces quod dixit Chryſoſtomus. Et una eſt hæc hoſtia non multæ. Et ad illud conniues qd'ſubdit. Sicut em̃ qui ubiꝗ offert unũ corpus eſt, & nõ multa corpora, ita etiã unũ ſacrificiũ. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ xxv. Eo cap. Oeco. Nam unus ubiꝗ eſt Chriſtus, alioqui multi eſſent Chriſti &c. Cui Roffen. Si uerba Chryſoſtomi recte trutinare uelis & expendere, non cætera quæ ſequunt pretermitteres. Non em̃ ut tu ea recenſes, enunciauit Chryſoſtomus, ſed ita, unus ubiꝗ eſt Chriſtus, & hic

plenus

plenus exiſtens, & illic plenus unum corpus. Recte ergo.

Mendacium xxvi. cap. xxi. Oeco. Dicendo igitur quod indignum ſit concupiſcere aliquid alienum &c̄. Cui Roffen. Hic plane fingis & infarcis tua. Vbi (te queſo) quicꝙ ſimile dixit Tertullianus. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendacium xxvij. cap. xxij. Oecol. Recte aūt hoc oppo- nit Martioni &c̄. Cui Roffenſis. Iam caligine quadā oculos noſtros obducere paras, at nihil tibi proderit. Vbi precor in his quincꝙ libris, quos contra Martionē edidit Tertullianus, talem argutiā uſcꝙ reperis Martioni tributā. Nuſcꝙ profecto ſimilis argutiæ Tertullianus in tot libris meminit, ſed hoc eſt merū cōmentū tuū, ſicut & illud quod ſupra de pane ꝓduxe- ras, nempe quod eſſet bona creatura dei boni. Talibus inter- ſectis mēdatijs os noſtrū ſublinire moliris. Recte ergo men.

Mendaciū xxviij. cap. xxiij. Oeco. Aliud Auguſtini dictū ſimili dolo interſerit quo lectorē a uero abducat. Donec (ait) ſeculū finiať ſurſum eſt dn̄s &c̄. Cui Roffen. Vellem ubi cita- ueris authorē aliquē, etiā locū deſignares, quo ſcripta reperi- amus ipſius authoris uerba. Non enim in præſentiarū occur- rit mihi locus, quo dixerat hæc Auguſtinus. Tu ergo Oeco. mendax habeare donec locū aſſignes. Recte ergo mentitus.

Mendaciū xxix. cap. xxv. Oecol. Obijcit Martion. Si de pane ideo dixit quod ſit corpus, quia figura eſt corporis, po- terat idē de pepone, uel caſeo, uel pomo affirmare. Cui Roſ- fenſis. O ſanctiſſime deus, quā diu tollerabis huius hæretici mendacia. Nuſcꝙ hoc obiecit Martion, ſed eſt hoc merū com mentū tuū ut lectorē ita circumuenias. Recte ergo mentitus.

Mendaciū xxx. cap. eo. Oeco. Tali cuipiā obiectioni lepi- de reſpondet dicens Martionē peponaceū &c̄. Cui Roffen. Non huic profecto quā ipſe cōminiſceris obiectioni Tertul- lianū reſpondiſſe palā eſt ex illis quæ præcedunt. Nam proxi me ſuperius Tertullianus de Chriſto loquēs ita ratiocinatus eſt. Si propterea panem corpus ſibi finxit, quia corporis ca-

Nn

rebat ueritate, ergo panem debuit tradere pro nobis. Faciebat ad ueritaẽ Martionis, ut panis crucif.geret. Cur aũt panẽ corpus ſuũ appellat magis quã peponẽ, quem Martion cordis loco habuit, non intelligens ueterẽ fuiſſe iſtam figurã corporis Chriſti, hactenus ipſe Tertullianus. Recte ergo men.

Mendacium xxxi. cap. eo. Oeco. Poterat & alio tempore pati &c. Cui Roffen. Sed quur taces & iſtud. Potuit & paſca ſuũ, quod una cũ diſcipulis ſuis edere miro ardore cõcupiuerat, in aliarũ rerum ſpeciebus edendũ inſtituiſſe. Nam iſtud æque ad rem attinebat atq; priora. Sed ob id panẽ & uinũ delegerit, quod his tanq̃ figuris corporis & ſanguinis ſui noſſet ꝓphetas olim uſos fuiſſe. Imo potius in talibus figuris uſi ſunt quod præuiderãt illũ ſub harũ rerum ſpeciebus corpus & ſanguinem ſuũ conſecraturũ. Illud crede mihi lector obticuit, ut ſilendo ſe mentiri noſce doceret. Recte ergo mentitus es.

Mendaciũ xxxij. cap. xxvij. Oeco. Panis aũt noſter agno illoꝝ ſpiritualiũ non eſt præcioſior, præterea non magis prædicandus &c. Cui Roffenſis. Impudẽtiſſimũ os tuum nunq̃ non mentitur &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ xxxiij. cap. eo. Oeco. Auguſtinũ ad Marcellinum falſo ſcribentẽ inducit. Neq; patriarchis fideles noſtros eſſe beatiores, quos æquauit fides, non reddunt inferiores ſacramenta. Cui Roffen. Non infitior quoſdã ex patriarchis fide multos Chriſtianoꝝ præcelluiſſe. At ex eo non conſequitur ut noſtri ſacramẽtis a Chriſto traditis nihilo nunc ſint beatiores, quam tum fuerant ipſi patres. Nec hoc ſenſit Auguſtinus, neq; uerba quæ citas illud probant. Recte ergo menti.

Mendaciũ xxxiiij. cap. xxviij. Oeco. Facit ad hoc & aliud Auguſtini teſtimoniũ &c. Cui Roffen. Nihil omnino pro te facit is locus, id quod dilucidum erit, ſi uerba quæ proxime antecedunt haud fraudulẽter ſubticuiſſes &c. Et paulo poſt. Ac propterea dixit Auguſtinus, quæ tu ſimiliter omiſiſti, de cœlo certe manna ueniebat. Recte ergo mentitus es in ca.

Mendaciũ xxxv. cap. xxix. Oeco. Et perſpicuũ eſt quid ſi bi uelit alio loco dicens &c. Cui Roffen. O mentem inſaniſſi mam uix potuit Auguſtinus apertiorib⁹ uerbis præeminen- tiam ſacramentoꝵ noſtroꝵ extuliſſe, quam in hoc ipſo loco quem iam citauit Oeco. & plane cõtra capillos (ut aiunt) Au guſtini uerba detorquet &c. Recte ergo mentitus es in ca.

Mendaciũ xxxvi. cap. eo. Oeco. Vnde in finitione ſacra- menti &c. Cui Roffen. Aberras Oecolampadi. Neq; enim ad ſignificantiæ eminentiã, ſed ad efficatiã alioqui ſuperuaca nea foret ea particula & cauſſa exiſtat. Nam ex eo quod dixit ut imaginem gerat, ſignificantiæ ratio exprimitur. Recte er.

Mendaciũ xxxvij. cap. xxx. Oeco. Quomodo & illud in ſermone quodã Chryſoſtomi. Cui Roffen. Quis non hic pla ne cernit te traditũ in mentem reprobam, qui negas hoc loco ſenſiſſe Chryſoſtomũ uerũ Chriſti corpus & ſanguinẽ in eu- chariſtia cõtineri. Non enim potuit rem uerbis efficaciorib⁹ explicaſſe. Cuius uerba ibi ponit Roffen. Recte ergo men.

Mendaciũ xxxviij. cap. eo. Oeco. Quod ſi ita interpretari contenderit &c. Cui Roffen. Impudenter etiã admiſces men dacia quæ non dixit hic Chryſoſtomus &c. Recte ergo men.

Mendaciũ xxxix. cap. eo. Oeco. Calicem in latus Chriſti. Cui Roffen. Neq; calicem hic in Chriſti latus uerti docuit, ut tu falſo cõminiſceris, ſed ſic bibendũ admonet, quaſi biberes ex Chriſti latere. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ xxxix. ca. eo. Oecol. Nũ ſi ſtercus haberes &c. Cui Roffen. Quã obrem & nihil relinquit̃ ſubſtãtiæ panis q uadat in ſeceſſum. Apertiſſima igit̃ ſunt mẽdacia, quæ tanto patri præter oẽm pudorẽ aut reuerentiã impingis. Recte er.

Mendaciũ xl. cap. xxxi. Oeco. Et offenduntur quod poſt Chriſtum uinum ſanguinem dicimus abſq; tranſelementati- one miraculoſa. Cui Roffen. Ad quod ais nos tuis uerbis of- fendi cũ uinũ ſanguinẽ affirmes, atq; iſtud etiã (ut dicis) poſt Chriſtũ. Vbi (te queſo) Chriſtus hoc dixit. Si locũ indicaueris

ero tibi perpetuo ſeruus. Sin id nequeas, quur te non pudet toties inueniri mendacem. Recte ergo mentitus es in caput.

EX LIBRO TERTIO.

Mendaciũ xli. cap. ix. Oecol. Neq; enim Chriſtus dicit ut credamus in pane &c̃. Cui Roffen. Quid non recenſes uerba Chriſti. Quid ea frauduleter ſubducis. Vereris ne ſi recenſueris ea, protinus a tua ſentẽtia lectorem auerſabunt. Chriſtus dixit, hoc eſt corpus meum, quod & iuſſit ut ederemus in memoriam ſuæ mortis. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendaciũ xlij. cap. x. Oecola. Vnde & Baſilius rogatus a monachis &c̃. Cui Roſſenſis. Sed hic lector obſerua, quam uerſute ſubduxerit Oecolampadius, id quod energiã pro noſtra ſentẽtia continet tam in Baſilio quã etiã in Paulo. Quære codicem Baſilij & inuenies me ueracem eſſe. Subtraxit enim hæc uerba, non dijudicans corpus dñi. In hijs utiq; uerbis totius negotij uis cõſiſtit. Recte ergo mẽtitus es in caput tuum.

Mendaciũ xliij. cap. xij. Occo. Non eſt illa charitas ſed canina rabies. Cui Roffen. Vbi legis eos cupijſſe dentes in eius carnib⁹ exercere. Non iſtud habẽt priora uerba. Recte er.

Mendacium xliiij. cap. xiiij. Oecol. Maior eſt certe gloria carnis &c̃. Cui Roffenſis. Quam diu craſſam iſtam cum Capernaitis tuis imaginationẽ ſequeris, nunq; ipſius ſacramenti concipies ueritatem, neq; unq; illuceſcet menti tuæ negotij tanti poſſibilitas. Abſit enim a fideliũ cordibus, ut eo modo Chriſtum credant ſub hac ſpecie panis eſſe, quo poſſit ullam iniuriam, aut a dentib⁹, aut a ſtomacho pati, ſed eſt immunis ab omĩ quantũuis leuiſſima paſſione. Recte ergo mentitus.

Mendacium xlv. cap. eo. Oeco. Non enim parua humiliatio eſt &c̃. Cui Roffen. Quis dicit eam in uentris piſtrinam deſcendere. Non eſt enim cibus uentris, ut in uentrẽ deſcendat, ſed cib⁹ mentis ut ait Auguſtinus. Recte ergo mentitus.

Mendatiũ xlvi. cap. eo. Oecol. Atqui tempus humilitatis præterijt &c̃. Cui Roffenſis. Non præterijt humiliatiõis tempus

pus, quanꝗ paſſibilitatis omnino præterijt. Adhuc enim & peccatoribus ingratis offert ſeſe, neq; dedignat̃ ad oſtiũ cor- dis eoꝝ pulſare, quatenus aperiat ei. Et hæc certe magna eſt humilitas, quæ & ſemper durabit, quã diu miſericordiæ tem pus eſt duraturum. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ xlvij. cap. xv. Oecol. Quidã em̃ ita delirãt &c̃. Cui Roffen. Neutrũ hoꝝ iuxta ſenſum ſuũ nobis probatur. Neq; enim aſſerimus quod corpus Chriſti, uel in animã uel in corpus noſtrũ permutet̃, ſed quod ipſa magis permutet & animã & corpus noſtrũ in unitatẽ ſubſtantiæ ſuæ. Recte er.

Mendaciũ xlviij. ca. xx. Oeco. Puerile alioquin & ineptũ eſt opinari &c̃. Cui Roffenſis. Hoc tuum cõmentũ eſt, quod Chriſti corpus animas ingredit̃ noſtras, ꝙ facilius alios quib⁹ id abſurdũ uidebit̃, circumuenias. Recte ergo mentitus es.

Mendaciũ xlix. cap. xxij. Oecola. Sed docent quod is qui opus charitatis &c̃. Cui Roffen. Verum equidẽ eſt agnitiõe ueritatis uitã æternã cõparari. Sed falſum eſt quod ſola ueri- tatis agnitione peruenit̃ ad eam uitam. Neq; ſeries ſermonis apud euangeliſtam iſtud docet. Recte ergo mentitus es &c̃.

Mendaciũ l. cap. xxiij. Oeco. Si dicis denuo mundũ uin- cere &c̃. Cui Roffen. Verbũ iſtud quod in cruce dixit, Con- ſumatum eſt, non omnia Chriſti opera cõprehendit, ſed my- ſteria ſuæ paſſionis dumtaxat &c̃. Recte ergo mentitus es in.

EX LIBRO QVARTO.

Mendaciũ li. cap. i. Oeco. Scribit aũt Irenæo cuidam &c̃. Cui Roffenſis. Et tu certe licet eiuſdem epiſtolæ plura uerba recenſeas, dolo tamen ſubtrahis quædã, quæ tuæ ſententiæ reluctantur &c̃. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ lij. cap. eo. Oecolampadij technas aperuit, Am broſiũ allegantis, & per fraudem aliquid reſecantis. Cui Ro- fenſis. Hactenus fideliter Ambroſiũ citauit. At quæ proxime ſequuntur uerba, ſuſtulit. Nimirũ iſta. Quanto preſtantiora ſunt hæc ſuperioribus. Vidit Oeco. hæc uerba ſuo molimini

plurimũ obſtare, quemadmodũ oſtẽdemus, & hac de cauſſa per fraudem reſecuit eam particulã, quũ tamen ipſa non paruam lucem afferat epiſtolæ &c. Recte ergo mentitus es.

Mendaciũ liij. eo. cap. Roffenſis Oecolampadij mendatia proſequutus uerba præallegatæ epiſtolæ allegat. Oriente aũt iuſtitiæ ſole, & ſplendidiorib9 Chriſti corporis & ſanguinis ſacramentis refulgentibus ceſſarent inferiora, & perfecta illa ſumenda populo forent. Sed & iſta uerba ſimili dolo ſubticuit Oecolampadius. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendaciũ liiij. cap. eo. Paulo poſt Oeco. Sed & ſpirituale manna &c. Cui Roffen. Iam intelligis lector hic Ambroſiũ triplex manna dixiſſe, quæ per ordinem declarat, tandẽ ſubiungit. Fallit igitur Oecolampadius, imo fallere ſtudet, qui ex duobus iſtis unũ facit, quũ ſupra oſtenderimus Ambroſium hæc duo ſeparaſſe. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendaciũ lv. cap. iij. Oeco. Sic & beatus Ignatius ſcribit. Non delector pane corporali &c. Et hũc etiã truncate recenſes &c. Et paulo poſt. Quis iam non uidet quam iniuſte beatum hunc uirum & citaueris, & ſenſum uerborũ eius iniqua deprauaueris expoſitione &c. Recte ergo mentitus es in ca.

Mendaciũ lvi. cap. iiij. Eadem impudentia Ambroſiũ falſo citat in quodam ſermone Pſal. Beati immaculati &c. Cui Roffen. Et hic rurſum te falſariũ præbes, nam quæ nobis ſuffragant hic omnino ſubtrices. Quibus Ambroſij uerbis fideliter recẽſitis, tandẽ claudit. Quid dici poteſt apertius. Quod tamen hunc effrontem non puduit prætermittere. Recte er.

Mendaciũ lvij. cap. eo. Oeco. Nonne hæc omnia clare teſtantur &c. Cui Roffen. Neſcio quid hic tibi uelis cum dicas fide ſatiari hominẽ internũ. Si iam fidem cibum etiam facis, habemus cibos multiplices. Nam fides ipſa non eſt Chriſtus, neq; uerbum Chriſti, neq; caro Chriſti. De uerbis aũt Ambroſij certum eſt quod teſtentur eum cibum, de quo loquitur fide ſuſceptũ, internum hominem ſatiare. At nuſq; hic do

cetur

cetur ſola fide ſatiari hominem. Et ſemper iſtud firmare pergis, quod nihil opus fuerit ut animã ingrediatur caro, quaſi quiſq̃ iſtud aſſeruiſſet. Tuum eſt hoc cõmentũ & per te excogitatum, ut habeas unde multa folia pluribus uerbis impleas, id quod hactenus & ſine aliquo fructu feciſti. Recte ergo.

Mendaciũ lviij. cap. vij. Oeco. Vt Auguſtinus in ſermone quodam ait. Nulli aliquatenus dubitandũ &c̃. Cui Roffen. Quid non locum citas, ut ipſum in origine ſua conſulamus. Nam ſæpe uel demis uel addis uerba quædã pro arbitrio tuo. Quare ſuſpectiſſimũ eſt, quum authorem quempiam cites, non expreſſo ipſo loco unde teſtimoniũ illius protuleris &c̃. Vnum tamen ſcio quod adhibita multa diligentia, nuſq̃ hæc uerba potui in ſermonibus Auguſtini &c̃. Recte ergo men.

Mendaciũ lix. cap. xij. Oeco. Et ideo panem noſtrũ quotidie petimus &c̃. Cui Roffen. Et hic itidem non nihil eraſit Oecolampadius. Sic enim ait Cyprianus. Et ideo panem noſtrum, id eſt Chriſtũ dari nobis quottidie petimus. Hæc eñ uerba, id eſt Chriſtũ dari nobis omnino ſuſtulit. Recte er.

Mendaciũ lx. cap. xiij. Oeco. Hac expoſitiõe beatus martir &c̃. Cui Roffen. Hic nec uno q̃dẽ uerbo ſchiſmatis aut diſcordiæ mẽtio facta eſt, neq̃ hoc molit̃ ſanctus pater &c̃. Re.

Mendaciũ lxi. cap. xiiij. Oeco. Quum & xxi. libro de ciui. Dei &c̃. Cui Roffen. Non molit̃ hic Auguſtinus oſtendere diſcrimen inter ſpiritualẽ & ſacramentariũ eſum &c̃. Recte.

Mendacium lxij. cap. xvi. Oecol. Videtur hæc Cyrilli lectio &c̃. Cui Roffenſis. Cui precor alteri uidetur hæc lectio confuſanea quam uni tibi, qui nihil non permiſcere confunderecq̃ ſtudes, quo tua diabolica ſententia uerſutius aliquo ueritatis colore fucetur. Neq̃ ullam hic diſtinctionem inter ſpiritualem & myſticam participationem Cyrillus facit, quin ſimpliciter enarrat quem fructum ex crebro uſu tanti ſacramenti quis conſequitur, ſimul & quantũ ex eiuſdẽ abſtinentia diſpendiũ incurritur. Recte ergo mentitus es in caput.

Menda

Mendaciũ lxiij. cap. eo. Oeco. Primũ indicat quantũ bo-num &c. Cui Roffen. Vbi quæſo uel uno uerbulo Cyrillus hic de fide meminit &c. Et paulo poſt. Vides ergo lector quã ſubdole ſycophanta iſte fidem hic intermiſcet, cui & refert ac cepta omnia &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ lxiiij. cap. xvij. Oeco. Deinde indicat id benefi cij neutiq; negligendũ &c. Cui Roffen. Hic profecto merũ impoſtorẽ te præſtas Oecolampadi, qui plane contra ſenſum authoris, & etiam tuã ipſius conſcientiã eius uerba deprauas, quo tuis auditoribus imponas, & eos tecum pariter in erro-rem pertrahas. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ lxv. cap. eo. Oeco. Vide quo deducit contem-pſiſſe ſimbola &c. Cui Roffen. Semp tui ſimilis es Oecolam-padi. Neq; enim Cyrillus de contemnẽtibus hoc ſacramentũ ſed de his qui propter ſimulatã religionẽ ab eo diutius abſti-nuerint, eſt loquutus. Recte ergo mentitus es in caput tu.

Medaciũ lxvi. cap. eo. Oeco. Vnde tantus fructus ut om-nia quæ ipſi corpori Chriſti tribuuntur &c. Cui Roffen. Oc-cludas aures ad huius impudẽtiſſimi ſycophãtis uerba. Chri-ſtiane quiſquis fueris, qui per te ipſum non poſſis Cyrilli tam dilucidos intelligere ſermones, nullã omnino fidem habeas Oecolampadij declarationibus, qui plane ſciens & prudens huius uerbis authoris abutiť & deprauat &c. Recte ergo.

Mendaciũ lxvij. cap. xviij. Oeco. Cæterũ quomodo hæc gratia cœleſtis diuinitus nobis donetur &c. Cui Roffen. De uerbis iſtis nos abunde ſuperius diſſeruimus, cõmonſtrãtes ea cum Oecolampadij ſententia pugnare, penitus ſi tamen in tegrũ Auguſtinũ quis recenſeat. Quod & luculentius intel-liges ſi locum illum unde hæc utantur, perquiras. At hic Oe-colampa. more ſuo ſycophantico quod ſibi uidetur aduerſa-ri reſecat. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ lxviij. cap. eo. Oeco. Diſcimus ex his uerbis ad monitione ſignorũ &c. Cui Roffen. O maligniſſimũ inſidia-

torem,

torem, & uere perditorē animarū &c. Ac Paulo poſt. Atq; ut iſtud uerisimilius appareret, & facile ſimplicioribus impo= neret truncatum Auguſtini teſtimoniū, nulla de pane ſacra= mentali facta mentione, neq; docens quid ipſe per ſpiritualē panem intellexiſſet. Talibus ubiq; ſycophantijs uteris, quo tuis miſera plebecula retibus capiatꝰ, & falſis dogmatibus fi= dem adhibeat. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciū lxix. cap. xix. Oeco. Nec linguā qppe eius &c. Cui Roffen. Et hic falſarius more ſuo dictionē illā in qua tota uis negotij cōſiſtit, amouit ſubdole. Recte ergo mentitus es.

Mendatiū lxx. cap. eo. Oecol. Nam ſubiungit, quod cum per manus &c. Cui Roffen. Et hic ut hallucinari faciat lecto= rem, ſiſtit gradū nondū perfecta collectiōe. Sed neq; Augu= ſtinū hic ſatis integrū reddidit. Nam ita tradidit Auguſtinus. Cum hæc omnia quæ per corporales motus in illo opere fiūt, deus operetur. Verum Oecolampadius hanc particulā in illo opere ſuppreſſit penitus, ex quo tamen pendet totius negotij ſenſus. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciū lxxi. cap. eo. Oecola. Dixerat nihil curam pro= uidentiā &c. Cui Roffen. Nihil ergo tale cogitauit hic Augu ſtinus cuiuſmodi ſomniat Oeco. eum ſcripſiſſe. Recte ergo.

Mendaciū lxxij. cap. eo. Oeco. Dicit enim quod quantū ad miniſtroꝝ operationē. Cui Roffen. Belle ſcilicet diuina= ris, imo meras impoſturas & mendacia cōminiſceris, cum ni hil tale moliatur Auguſtinus. Recte ergo mentitus es in.

Mendaciū lxxiij. ca. eo. Roffenſis ait. Neq; uſq; Auguſti= nus dixit quod Oecolampadius aſcribit illi inepte, quod quā tum ad miniſtroꝝ operationem, & materias ante oculos po= ſitas non foret tantū ſacramentū, immo non moueret magis quam mortua litera. Vbi (te precor) hæc dixerat Auguſti= nus. Merito ſane puderet te tam aperte mentiri de tanto pa= tre, ſed nunc in profundū maloꝝ præcipitatus omnem pudo rem penitus exuiſti. Recte ergo mentitus es in caput tu.

Mendacium lxxiiij. cap. xxvi. Oecol. Dicit Tertullianus ſed & caro abluit &c. Quæ Tertulliani uerba quum non integre recitaſſet, Roffenſis mutilata reſtituit, & mendacij reũ Oeco. aperte conuincit. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendaciũ lxxv. cap. eo. Oeco. Age ſi hæc ideo aſſerit Tertullianus &c. Cui Roffen. Inaniter contendis Oeco. ne recedas (precor) a Tertulliani uerbis. Quid opus eſt ſi ueritatem quęras aliena miſcere uerba. Caro (inquit Tertullianus) corpore & ſanguine domini ueſcitur. Quid tu de pane mentionem facis, cuius nihil omnino Tertullianus meminit. Recte.

Mendaciũ lxxvi. cap. eo. Oeco. Addo etiã de melle & lacte &c. Cui Roffen. Hoc tu uerbis illius addis Oeco. Sed nihil hoc loco Tertullianus ipſe de lacte melleue loquit̃. Recte.

Mendaciũ lxxvij. cap. eod. Neq; aqua abluit animam &c. Cui Roffen. Tu libẽter immutas authoris ipſius uerba, quod ſi liceret ego facile quemcunq; dederis authorem, quaſi aliũ à ſeipſo reddam e ueſtigio. Non dixit Tertullianus aqua abluit animã, ut tu recenſes. Nam hic uos qui ſacramenta negatis gratiã conferre, nouæ diſputationis anſam arriperetis. Sed dixit caro abluit̃ ut anima emaculet̃. Recte ergo mentitus.

Mendacium lxxviij. cap. xxvij. Oecola. Imo & neceſſaria ſunt externa &c. Cui Roffen. Quid hic optem aliud Oecolampadi, quam quod prouerbij uice celebratur, dij tibi mentem dent tuam. Profecto niſi datus eſſes in reprobã mentem, non hunc Chryſoſtomi locum pro te recenſeres. Nam apertiſſime tibi diſſentit &c. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendaciũ lxxix. cap. xxviij. Oeco. In hac dicimur percipere carnem uiuificatricẽ &c. Cui Roffen. In illa epiſtola dictum eſſe teſtaris. Sed ubi quęſo rem ipſam percipimus, hoc eſt carnẽ Chriſti uiuificatricẽ. Cur iſtud ſubtices &c. Recte.

Mendacium lxxx. cap. xxix. Oecol. Sed ut uere uiuificatricem eã profeſſus eſt. Cui Roffen. Haud ſcio quibus digne uerbis Oecolampadiũ taxabimus, quum paulo ante Gratia-

num

num abbreuiationis accuſauit, ipſe duas aut tres ſententias, quæ lucem huic negotio ſplendidiorē afferent, impie non minus quā ſubdole ſuſtulit e medio &c̄. Et ſequitur. Vides hic lector quantū iſtud poſterius abūdat a priori, & tantundem Oecolamp. amputauit. Recte ergo mentitus es in caput tu.

Mendaciū lxxxi. cap. eo. Oeco. Quomodo enim iuxta ſuam naturā &c̄. Cui Roffen. Et hic plane falſarius denuo corrupit ipſius Cyrilli uerba &c̄. Recte ergo mentitus es in.

Mendaciū lxxxij. cap. eo. Oeco. Et ita annuntiamus non ſolum mortem &c̄. Cui Roffen. Semper tui ſimilis es, hoc eſt non ueritatem aperire ſtudes, ſed eam dolis uerſutijs & mendatijs obtegere moliris ubiq; &c̄. Recte ergo mentitus es.

Mendacium lxxxiij. cap. xxx. Oeco. Et admiranda myſteria &c̄. Cui Roffen. Vix ferre poſſum hæc tam aperta mendacia &c̄. Et paulo poſt. Ecce perdite ſycophāta non retulit hæc tria. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciū lxxxiiij. cap. eo. Oeco. Veritatē aūt carnis Chriſti &c̄. Cui Roffen. Niſi paulo fidelius ipſi docuiſſent ueritatem carnis in ſacramēto ipſo eſſe, quā tu conaris actū eſſet de eccleſia. Sed tua puerſitas recte Paulū ad Ephe. cōcidit. Nam lōge diuerſum eſt cū dixeris Chriſtū ex nobis eſſe, hoc eſt ex noſtra carne, & oſſib⁹ noſtris ab eo qđ Paulus dicit, nos unū corpus eſſe & mēbra ex carne & oſſibus Chriſti &c̄. Recte.

Mendaciū lxxxv. cap. xxx. Oeco. Et quō fide in carnē &c̄. Cui Roffen. Et hic obſerua lector ꝙ Oeco. hæc uerba, nempe carni ſuę dentes infigi ſuo more ſuſtulit penitus, quæ tñ Chryſoſtomi ſenſum miniſtrāt maxime. Conſentiūt & cętera quæ ſequunt̄ oīa, ut nullis huius hæretici pditiſſimi uerſutia parit̄ & malitia, dignis (prout meruit) queāt obtundi cōuitijs. Re.

Mendatiū lxxxvi. cap. eo. Oecola. Et ad hoc iuxta lxx. accomodat. Cui Roffen. De hebręa ueritate falſum eſt quod dicis, quemadmodū multo ante reſpondimus. Idem enim omnino ſenſus eſt hebręo & lxx. interpretibus. Recte ergo.

Mendaciũ lxxxvij. cap. xxxi. Oeco. At non pugnat contra nos &c. Cui Roffenſis. Tibi nihil pugnare permittis, qui meris mẽdatijs ita reſpergere te poſſe putas quicquid obijcit ut ſpeciẽ præ ſe ferat inſani tui dogmatis, plane contra te hic pugnat Hylarius, quũ tu neges quod ille fatet, & uiciſſim ille negat, quod tu modis omnibus aſtruere conaris. Recte er.

Mendacium lxxxviij. cap. xxxij. Oeco. Declarat aũt & ſe ipſum &c. Cui Roffen. Hæc eſt una ſycophantiarũ tuarũ, ut ſæpe diximus, quod ſi uel unum aliquod uerbulũ ex prolixo quopiã ſermone queas expiſcari, quod in tuã partẽ ſonet, id tibi ſufficere putas, quantũuis idem author alibi per totũ ſermonis decurſum aperte mentẽ ſuã explicuiſſet. Recte er.

Mendaciũ lxxxix. cap. xxxiij. Oeco. Præterea pro transfigurandũ legit transfiguratũ &c. Cui Roffen. Ex alijs audiuimus eſſe quoſdam codices & ſane uetuſtos, in quibus habetur transfiguratum &c. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendacium xc. cap. eo. Oecola. Dixerat enim ſupra &c. Cui Roffen. Et hic mentiri non erubeſcis, quo falſam tuã poſitionem uel mendacio tuearis. Neq; ẽm de Iudæo quum loquutus eſſet, deq; Eunomiano aut cæteris hæreticis altarium ullam fecerat mentionem. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendaciũ xci. cap. xxxvi. Oecol. Origenes quoq; ſuper Leuit. &c. Cui Roffen. Et hic plane falſariũ te deprehendet, quiſquis attentius Origenem legerit. Neq; enim ibi uerbum dei cum euchariſtia confert Origenes, ſed cum panibus propoſitionis. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ xcij. cap. eo. Oeco. Quãto magis hoc de uerbo dei &c. Cui Roffen. Nõ iſtud o falſarie dixit Orige. &c. Re.

Mendaciũ xciij. ca. xxxvij. Oeco. Quo circa diuus Auguſtinus prudenter monebat non minus peccare negligẽter audientem uerbũ dei, quã corpus dñi manducantem indigne, proinde non minorẽ uerbi quã euchariſtię habendã rationẽ. Cui Roffen. Et hic ſimiliter te falſariũ & mendacem præbes.

Nuſq;

Nuſq; em̃ dixit Auguſtinus quæ narras &c̃. Recte ergo.

Mendaciũ xciiij. cap. eo. Roffen. Sed neq; uerũ eſt ſi quis hoc dixiſſet. Nam irrepere facile poteſt in unũ quemlibet audiendi uerbi dei negligentia, neq; propterea mortis Chriſti reus habendus eſt. At quiſquis indigne manducat (uti Paulus teſtat̃) reus erit corporis & ſanguinis dñi, dãnationemq; ſibi manducat, non diiudicãs corpus dñi. Recte ergo men.

EX LIBRO QVINTO.

Mendaciũ xcv. ca. ij. Oec. Eſt igit̃ uidere in cœna illa &c̃. Cui Roffen. Reddas quęſo uel unũ uerbũ cœnæ, quod iſtud teſtet̃, nempe quod dñs noſter Iheſus ex æquo redemptor ſit, tam eorꝝ qui præceſſerant, quã eorꝝ qui ſequuti ſunt. Recte.

Mendacium xcvi. cap. iij. Oeco. In hoc uno fœliciores ſumus &c̃. Cui Roffen. Hoc plane falſiſſimũ eſt, ſicut & cætera, quibus a nobis diſſentis. Et quoniam ea dicis, citra quamuis probationem, eadem facilitate qua tu producis, ea nos exibilamus. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ xcvij. cap. iiij. Oecol. Chriſtus lux mundi &c̃. Cui Roffen. Manifeſte hic falſum interſeris, dum interpretaris hoc paſca, quod tãtopere iam edere deſiderauit, Chriſtus agnũ fuiſſe paſcalẽ. Nam in hac interpretatiõe tibi cum primis reluctat̃ Tertullianus tuus, quẽ tibi fauere tantopere iactitas, quanq; aliter omnino ſentiat atq; tu. Is em̃ per contemptum agnũ illũ ueterẽ ueruecina iudaica uocat, quæ & affirmat perperã oblectare potuiſſe Chriſtũ. Recte ergo mentit.

Mendaciũ xcviij. cap. eod. Oeco. Gaudeo quod & in illo figurali agno &c̃. Cui Roffen. Dic unũ quæſo uerbũ ex tota cœna quod iſtud doceat. An dixit quando carnes agni comederent. Hoc eſt corpus meum, aut quando ſanguis agni fundebat̃. Hic eſt ſanguis meus. Quod ſi de pane tantũ & uino Chriſtus hæc dixerat, & nihil ſimile de carnib⁹ agni, quid nõ te pudet huiuſmodi nugas cõminiſci, quibus hoc ſanctiſſimũ euchariſtiæ ſacramentũ denigres &c̃. Recte ergo mentit.

Mendaciũ xcix. cap. eo. Oeco. Proinde calicẽ illũ &c. Cui Roffen. Nõ aliud Oeco. ſicut tu ꝓ tuo more ſcripturas ubiqꝫ deprauas, ſed hoc ipſum bibit, docẽt hãc rem aptius Matthæus & Marcus. Sic eñ apud eos Chriſtus loquit̃. Dico aũt uobis, Non bibã poſt hac ex hoc fructu uitis &c̃. Recte ergo.

Mendaciũ c. ca. eo. Oeco. Quid eñ mihi tam deſyderabile &c̃. Cui Roffen. Quid eiuſmodi lacinijs diffluis Oeco. deſideriũ qđ ad rem ptinet, de q̃ Lucas tradidit, erat cõmunicãdi corpis ſui chariſſimis ſuis, & tu lectoris animũ hinc auertere ſtudes, ut ille neſcio cuius alterius rei deſideriũ attẽdat. Re.

Mendaciũ ci. ca. v. Oeco. Et huc uſqꝫ ea &c. Cui Roffen. Et hoc utiqꝫ falſum eſſe cõſtat ex ſupradictis &c̃. Recte er.

Mendaciũ cij. cap. vi. Oeco. Nam fere eodem tropo &c̃. Cui Roffen. Falſum eſt igitur quod de agno Moſes id uoluit intelligi &c̃. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ ciij. ca. eo. Oeco. Et quare eſt phaſę &c̃. Agnus ibi nuſqꝫ phaſe dictus eſt, ſed ritui & religioni quæ in edendo agno obſeruabat̃, uocabulũ iſtud inditũ fuit &c̃. Recte er.

Mendaciũ ciiij. cap. eo. Oecol. Et ſicut agnus dicit̃ peſcha &c̃. Cui Roffen. Satis abunde ſuperius oſtendimus agnum ueterem non eſſe paſcha &c̃. Recte ergo mentitus es in ca.

Mendacium cv. cap. vij. Oeco. Non corpus ſed ſanguinẽ uocat teſtamentũ &c̃. Cui Roffen. Cæterũ quod ſanguis teſtium ſit approbare nullo modo poſſumus. Neqꝫ enim Chriſtus aut quiſqꝫ euangeliſtarũ iſtud unqꝫ aſſeruit &c̃. Recte.

Mendaciũ cvi. cap. eo. Oeco. Etenim lex fœdera &c̃. Cui Roffen. Nõ hæc de ſanguĩe agni ſcripta ſunt, ſed de ſanguine uitulorꝝ q nihilominus figura ſanguinis Chriſti fuerat. Re.

Mendacia iiij. cap ix. Oeco. Itaqꝫ ſi cognouerimus quomodo poculũ &c̃. Cui Roffen. Vbi ſemel abſurdũ unum admiſerimus, neceſſum eſt ut inde cõplura ſequant̃ alia. Quare nobis hæc per ordinẽ ſingula neganda ſunt. Et primo quod teſtamentũ hic accipit̃ pro figura teſtamenti, Deinde quod po-

culum

culum ſit nouũ teſtamentũ magis quã cratera Moſaica fuerat uetus teſtamentũ. Tertio negamus poculũ eſſe ſanguinẽ, id quod nullus euangeliſtarũ aſſeruit. Poſtremo nec recipimus eſſe figuratẽ corpus, ſed uerũ Chriſti corpus aſſerimus ſpecie panis obtectũ. Nã illa oĩa deducis ex manifeſto falſo prĩcipio, quũ dicis poculũ eſſe figurã teſtamẽti noui &c. Recte er.

Mendaciũ cxi. cap. x. Oeco. Adeo multũ in memoria paſſionis ſitũ eſt &c. Cui Roffen. Magni certi momenti ſemper eſt memoria paſſionis Chriſti, uerũtamen Origenes nõ hoc loco de nuda paſſionis memoria loquit̃, ut tu uideri uis, ſed de cõmemoratione quæ fit per hũc ſacro ſanctũ panem, nem pe Chriſtũ in hoc ſacramento &c. Recte ergo mentitus es.

Mendaciũ cxij. Oeco. Sane panem ac poculum &c. Cui Roffen. Hic obſerua lector quod nullam huc uſq; ſcripturã, quæ præ ſe ferebat quicq̃, pbabilitatis attulit, quin potius artificio uerborũ eas quas adduxit, inuertere laborauit, quo ſibi fauere uiderentur, quemadmodũ & iam facit hic cum Pauli uerbis &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ cxiij. ca. eo. Oeco. Quemadmodũ & in epiſtola ad Hebręos &c. Cui Roffen. Non ſic habet Paulus ut tu legis eum qui in cœlis eſt, ſed eum qui de cœlis eſt &c. Recte.

Mendacium cxiiij. cap. xiij. Oecol. Et limpidius ſuper illud &c. Cui Roſſen. O frontem impudentiſſimã, qui tam pium authorem mutilare non erubeſcis, quo tuo magis inſtituto uideatur inſeruire. Suſtuliſti enim hic e medio dictionem unam, hanc uidelicet memores &c. Recte ergo mentitus es.

Mendaciũ cxv. cap. eo. Oecol. Sed uult panem & uinum ſignificare &c. Cui Roffenſis. Hæc ergo potius expreſſiſſet Ambroſius. Sed de his ne uerbum quidem loquutus eſt &c. Et paulo poſt. Pendet enim adhuc ſententia, quã & truncatã recenſuit more ſuo, quoties dolũ cõminiſcit̃ &c. Recte er.

Mendaciũ cxvi. cap. eo. Oeco. Attẽde lector qd dicat &c. Cui Roffenſis. Non ita ſubdole ſicut tu recenſes, Ambroſius

tradidit.

tradidit. Sic enim tu legis beneficij (ait) dñi ſanguis eſt. Ambroſius ita beneficij dñi ſanguis teſtis eſt. Recte ergo men.

Mendaciũ cxvij. cap. xiiij. Oeco. Ita per ſacratiſſimã menſam &c. Cui Roffen. Et ſaluat & docet habet Chryſoſtomus, non ut tu recenſes ut ſaluat. Et habet bonorum, ubi tu legis donorum. Sic peruertere ſtudes omnia. Recte ergo mentitus.

Mendaciũ cxviij. cap. xvi. Oeco. Et quid eſt inquis, quod ad hedibiã &c. Cui Roffen. Hoc adiunge uerbis ante recenſitis, & nihil ambiges lector de Hieronymi ſententia &c. Et ſequitur. Sed nos ea quæ ſequuntur, quæq; more ſuo ſycophantico ſubticet Oeco. ſubſcribamus &c. Recte ergo.

Mendacium cxix. cap. xviij. Oecol. At nunc purius opinor &c. Cui Roffen. Quid ais Oeco. Ex quibus iudæorum uerbis iſtud accepiſti &c. Et paulo poſt. Sup modo carnis edendæ contentio tota fuit, & tu falſarie cõtentionẽ falſo trahis ad uiuificandi modũ, ita ſemper tui ſimilimus es. Recte ergo.

Mendaciũ cxx. cap. eo. Oeco. Præſtruenda erit fides &c. Cui Roffen. Illic ſcalpis ubi nihil oportet. Iſtud aũt tranſilis, quod Cyrillo præcipuũ eſt &c. Recte ergo mentitus es in.

Mendaciũ cxxi. cap. eo. Oeco. Nunq; perſuadebitur &c. Cui Roffen. Verum quidem iſtud eſt &c. Sed quod hoc per tranſis &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ cxxij. cap. eo. Oeco. Iam omnis diſputatio &c. Cui Roffen. Iam putas auditorum animos ita nugis occupatos tuis ut liceat tibi dicere quicquid libebit. Si partius mentireris, aliquãto maior eſſet habẽda tibi fides. Nunc aũt quũ mendatijs ubiq; ſcateas, quis etiã uera dicendi facile credat. Non eſt ut dicis, quod in hoc tota cõſiſtat diſputatio &c. Recte er.

Mendaciũ cxxiij. ca. xix. Oeco. In ſumma ad quæſcunq; &c. Cui Roffen. Nunq; erit mendatiorum tuorum finis &c. Recte.

Mendaciũ cxxiiij. cap. eo. Oeco. Id quod multis impoſuit &c. Cui Roffen. Et iſtud quoq; falſiſſimũ eſt &c. Recte er.

Mendacium cxxv. cap. xx. Oecol. Quo tamen loquendi

modo

modo &c. Cui Roffen. Nuſq̃ fere te diu præbes non menda cem &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.
Mendacium cxxv. cap. xxi. Oecol. Scio libellos &c. Cui Roffen. Sic enim conſueuerunt hęretici ſemper in eos libros qui ſuis dogmatibus aduerſabantur, caninum infigere den- tem &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.
Mendaciũ cxxvi. cap. eo. Oeco. Ambroſiũ eĩ teſtem &c. Cui Roffen. Vbiq; mendacia ſpargere nõ erubeſcis. Recte.
Mendaciũ cxxvij. cap. xxij. Oecol. Quis de potentia &c. Cui Roffen. An non iſtud o mendax Oeco. ſatis eſt ad com- probandũ Chriſti factũ &c. Recte ergo mentitus es in.
Mendaciũ cxxviij. cap. eo. Oeco. Verum author ſibi &c. Cui Roffen. Et hoc rurſum non caret mendacio &c. Recte.
Mendaciũ cxxix. cap. xxiiij. Oeco. Quantum mihi notus eſt Auguſtinus. Cui Roffen. Arbitror omnino te nolle &c. Et paulo poſt. Vt nemo niſi perditiſſimæ pertinaciæ fuerit re- luctari poſſit &c. Recte ergo mentitus es in caput tuum.
Mendaciũ cxxx. cap. eo. Oecolam. Auguſtinus in epiſto- la &c. Cui Roffen. Hic principio quis non uidet falſariũ eſſe te, qui longe aliter Auguſtinũ recenſes, quam ipſe aut dixe- rit aut cogitauerit &c. Recte ergo mentitus es in caput tu.
Mendaciũ cxxxi. cap. eod. Oeco. Magiſter colligit ex di- ctis &c. Cui Roffen. Sed quia falſum impingis magiſtro, nõ ſinemus & hoc mendaciũ inultũ eſſe. Recte ergo mentitus.
Mendacia quinq; cap. xxv. Oeco. Fatet̃ Auguſtinus &c. Cui Roffen. Non ſatis fuit principio mentitũ eſſe, cum impe- gerit Auguſtino ſimpliciter dixiſſe quod ſacramentũ corpo- ris Chriſti corpus Chriſti eſt, quod tamen abſolute non dixit Auguſtinus. Nunc aũt illico, mendaciũ aliud adnectit & ter tium & quartũ & quintũ ut iam uidebis lector &c. Recte er.
Mendaciũ cxxxvij. cap. eo. Oeco. Et nihilominus ſi patri nus &c. Cui Roffen. En & alterum mendaciũ. Neq; enim & iſtud Auguſtinus dixit &c. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendaciũ cxxxviij. cap. eo. Oeco. Et ſignificat fidem &c̄. Cui Roſſen. &c̄. Nec iſtud Auguſtinus dixit &c̄. Recte er.

Mendaciũ cxxxix. ca. eo. Oeco. Et propterea quãuis &c̄. Cui Roſſen. &c̄. Habes hic & quintũ mendaciũ &c̄. Recte.

Mendaciũ cxl. cap. eo. Oecol. Nam ſi Auguſtinus adeſſe diceret &c̄. Cui Roſſen. At falſiſſimũ eſt, quod iam ſubdole quaſi collectũ recenſes. Nempe quod nõ adſit Chriſti corpus huic ſacramento. Iſtud Auguſtinus nuſq̃ dixit &c̄. Recte.

Mendaciũ cxli. cap. xxvi. Oeco. Quid enim his uerbis urget &c̄. Cui Roſſen. Tu multa quidã intermiſces, de quibus neq; Chriſtus nec Auguſtinus locutus eſt quicq̃, & ea ſubtices, quæ ad rem magnopere pertinent &c̄. Recte ergo men.

Mendaciũ cxlij. cap. eo. Oeco. Quomodo igitur hinc colligitur &c̄. Cui Roſſen. Ita linguam tuam aſſueuiſti mendacijs, ut nequeas uera loqui. Falſum eſt quod hoc euangeliſtarum narratio non habeat &c̄. Recte ergo mentitus es.

Mendacium cxliij. cap. eo. Oecola. Imo præcedentia &c̄. Cui Roſſen. Mendacium & iſtud eſt, quod tu quicq̃ huiuſmodi commonſtraſti, imo res ipſa manifeſte contrarium indicat. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ cxliiij. cap. xxviij. Oecola. Neq; hæc noua &c̄. Cui Roſſen. Sed tuo more ſemp mutilas authores &c̄. Rect.

Mendacium cxlv. cap. xxx. Oeco. Aut reſponde &c̄. Cui Roſſen. Iam quum effuderis omnes nugas tuas, nihil habens reſidui ad priores denuo confugis, eas iterato producens in medium. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ cxlvi. cap. eo. Oecol. Deniq; ſi mox. Cui Roſſenſis. Quis dixerit corpus in animam inuolare, quemadmodum tu fingis &c̄. Recte ergo mentitus es in caput tuum.

Mendaciũ cxlvij. cap. xxxv. Oeco. Tam ardua præſcribit Cui Roſſen. Sic ubiq; ſcripturas te peruertere nõ pudet neq; uereris aut homines aut deum &c̄. Recte ergo mentitus es.

Mendacium cxlviij. cap. xxxvi. Oecol. At qui ut illis &c̄.

Cui

Cui Roffenſis. Quis æquanimiter tollerare poterit hæc tam craſſa mendacia tua &c. Recte ergo mentitus es in caput.

Mendacia ſeptem cap. ult. Oeco. Demonſtratum eſt &c. Cui Roffen. Mendacijs aſſuetus, mendaciſſimum item epilogum in hoc exitu colligis. Illic uide Roffen. ſeptem huius ementitoris mendacia ex ordine numerantem &c.

Hæc ſunt mendacia, quæ certe obiter ac quaſi aliud agens inueni & huc adnotaui, qb9 conat9 eſt uir doloſus toti mūdo eruere oculos, & fingere credulos, priſcos ſanctos patres & doctores contra diuinū ſacramentū ſuis partib9 ſubſcripſiſſe. Ego ſi uoluiſſem lector ex Birckhaymero Norinbergēſi ſexaginta plus mendacia, iſtius ſub hoc ſole mendaciſſimi uiri adnumerare potuerā. At qa paucis poſt dieb9 ſingulare ad hoc inſtitutū mēdacioꝝ Zwinglij & Oeco. libellū in lucē expreſſurus ſum, his iā numeratis noſtris Heluetijs notū facere uolui, ut ſi lippi ſint, palpent tamen, quib9 mendacijs plus cæteris Lutheranis in euchariſtiæ ueritate per hūc neqꝫ uirū in erroꝝ abyſſum delapſi ſint. Similib9 quadringētis mendacijs, & affectata nugandi impoſtura nouiſſime in ſua hæretica, aſinina, indocta & laica diſputatione Bernen̄. habita ſimplicib9 & idiotis impoſuerunt, & a ſancta matre eccleſia talibus impudentiſſimis mendacijs atqꝫ præſtigijs deſciſcere fecerunt. Quæ niſi uera fecero, uolo ut a xij. Heluetioꝝ cantonibus in uitā & corpus meū animaduertat̄, ſentētiaqꝫ abſqꝫ ulla miſericordia ferat̄. Rem tamen omnem illius præſumptæ & ſtultiſſimæ diſputationis tam claram & apertā ob oculos tibi lector oſtenſuri ſumus paucis poſt hebdomadis, ut cernere tibi pateat, quibus laqueis indoctam plebeculam illam (etiam data ad hoc opera) deceperunt. Tu interim uale lector, & aurem unam nobis integram & apertam cuſtodito, qua tibi eluceſcat, quid inter noſtram Badenſem orthodoxam & catholicam diſputationem, atqꝫ Bernenſem mendaciſſimā diſcriminis interſit.

QVINTA PARS IOHANNIS Fabri, de conſilioꝝ generaliū unanimi conſenſu in ueram Chriſtianā doctrinam.

AD Fabrum redeo, qui quum hac quinta parte inter generalia & prouincialia concilia diſtinxiſſet, generalibꝰ ibidem quindecim enumeratis euangelicoꝝ hæreticoꝝ doctrinæ contrarijs eam fidem tribuit, ut nephas cenſeat, contemptis illis ad iſtoꝝ aſinoꝝ tragœdias & fabulas cōfugere, quippe quod illa generalia concilia a ueritatis Chriſtianæ tramite nunq̄ aberrarint. De ſinodalibus ſecus adſerit. Neceſſarias ergo & longe grauiores cauſſas nobis adferant hæretici noſtri oportet, & non ſimilia ſupra memorata mendacia, ſi perſuadere nobis uoluerint, hoc quod iam tot ſeculis tenuit populus Chriſtianus cum ſuis doctoribus, & in hunc uſq; diem tenet eccleſia, pernitioſa & impia eſſe dogmata noſtra, tū uero præcipue ſine q̄bus nemo poteſt eſſe ſaluus. Credemus ſcilicet prædicatū euangeliū tāta cæcitate in eccleſia reſediſſe, & poſt apoſtolos nullū præter hos ſycophātas ueritatē nobis euangelicā tradidiſſe. Certe hoc facturi quando ab omni ratione fuerimus alieni. Interim quā diu perfecta fungemur ratione, cōcilia, ſanctos doctores, martyres, & catholicā eccleſiam, non ſumus cum his nebulonibus permutaturi. Et quia iam ſatis notū factū eſt rem a uerbis ſanctæ ſcripturæ non dependere, ſed ex coꝝ falſis interpretationibꝰ ultro non patiemur perpetuo nobis ab eis obtrudi ſuas falſas aſſeuerationes pro uerbo dei. Neq; eñ nobis bellū eſt cū uerbo dei, ut mendacijs ſuis credulis imponūt, ſed cū hæreticoꝝ peruerſiſſimis & falſiſſimis, ſimul atq; ementitis gloſſis & expoſitionibus.

SEXTA PARS ARGVMENTAtionum D. Iohannis Fabri in Zwinglium.

PArte ſexta inconſtātis doctrinæ Zwingliū arguit, quod in ſuorum articuloꝝ libro, toties Chriſti corpus & ſanguinem fatetur eſſe pręſentia in ſacramēto, a quo tamen poſt

turpiſſime

turpiſſime deciderit, prioris doctrinæ non oblitus modo, ſed orthodoxæ fidei bellum ea de re indixerit obſtinaciſſimum. Contra quam opinionem Matthæi allegat dilucida uerba ca. xxvi. Poſt ratione exprobrat pertinaciam uiri, quod nulla ratio patiatur in ultimis huius uitæ temporib⁹, Chriſtum tropo loquutum, apoſtoloſq́ parabolis ſuſpendiſſe. Marcus item xiiij. idem meminit, & Lucas xxij. tam (inquit) clare ut a nullo niſi obſtinatiſſimo negari poſſit. Quibus & Paulus conſonanter adſcribit i. Cor. xi. Multa qdē & alia in Zwingliū ex ſacris literis detorſit argumēta, quæ quū in diſputatione D. Eckij habita fuere hic breuitati ſtudens demiſſa feci.

Tandem diſputatione ſua in compendium redacta, miſſæ ſacrificiū rationibus diſquirit, textibus ſacrarum literarū claris, conciliorꝫ teſtimonio, authoribus uetuſtiſſimis, prophecijs Danielis, Malachiæ, inuincibilibus, ut nihil ſupereſſe relinquat, quo illis tam irrefragabilibus ſpretis atq́ contemptis has euangelicas ſimias imitaremur. Libro ſuo tandē daturus modū cōmunicandū ſub una ſpecie nouē ex iuſtis cauſſis affert. De prouidentia dei diſputat & arbitrij noſtri libertate aduerſus Zwingliū, deq́ ſanctorꝫ inuocatione, de imaginū ueneratione, de ceremonijs, excōmunicatione, purgatorio, fide. Ne nimium tamen opere in his paradoxis inſumamus, & liber noſter in molem ingentem (& ob id lectori oneroſam) increſcat, uoluimus uiri ſtudium, & miram in re Chriſtiana dilgentiā uerbis dumtaxat generalibus meminiſſe, quæ ſi quis cupiat ſingula exactius perueſtigare, hunc ad doctoris Fabri ꝓpria ſcripta remittimus.

Finis Actorꝫ D. Iohannis Fabri.

ACTA

TERTIA PARS

BADENSIS DISPVTATIONIS

Actorum Murneri.

VT ſtatim & ab initio ad intenta nitamur, uiri patres doctiſſimi, Chriſtianæ religioni deuoti, Magnifici, Strenui & prouidi uiri conſules Heluetioꝝ, unicũ a uobis omnibus exoratũ cupio, ut uel ſemel gratũ fuerit omnibus uenerationum titulis uos in exordio ſalutaſſe, & cor meum ac promptum animum omnibus uobis in ueſtibulo rem mox adgreſſurus, etiam ueſtris pedibus ſubieciſſe, quo mihi ſit liberior dicendi facultas, neq; me retardet oratio, uarijs honoꝝ (& ſi meritoꝝ) aut crebris tituloꝝ repetita faſtigijs.

Nunc illud in primis arbitror non omittendũ, quid me in hãc paleſtrã adegerit cõminiſci, aut quæ me neceſſitas impulerit corã hic aſtare uarijs & grauiſſimis ægritudinib⁹ iam biennio fatigatũ, & nihil magis quã otium & quietem exoptantem. Pro Chriſti fide exul factus, a natali ſolo Lucernã fortuna deuenio (credo ducente me deo) ubi Senatus ille Chriſtianiſſimus ſuæ plebeculæ doctorẽ me præfecit, & diuini muneris euangelicũ præconem. Subeo mihi gratioſe cõceſſum prædicãdi munus, Chriſtianæ quieti paci & trãquillitati ſtudeo, nihil minus in orbe cogitans, quã Lutheranoꝝ irrequietiſſimas crabrones irritare, gẽtem quæ nec ipſa pacifica eſſe poteſt, nec alios ſinit eſſe quietos. Et ecce deſurgit in me Vlrichus Zwinglius, ſolo mihi nomine & ſcriptis in lucem peſſime æditis, heu nunc cognitiſſimus, omnis Chriſtianæ pacis Heluetioꝝ interturbator exercitatiſſimus, qui libello famoſo edito, & Thuregij expreſſo, ſeptẽ Chriſtianos doctores inceſſit, lacerauit, qualiter non ſolent feræ beſtiæ diſcerpere cadauer eiectũ & emortuũ. Inter q̃s me quoq; peſſimo & horrendiſſimo idolatriæ crimine inſimulauit, notauit, accuſauit, ob creditã Iheſu Chriſti ſeruatoris præſentiã in ſacra ſinaxi &

unionis

unionis ſacramēto. Quem Ihesum hic unicus Hęreticoꝝ per ſequit̄, & totis horis ſtudet ab ouibus eccleſiæ ſanctæ paſtorē depellere & ſaluatorē, ut paſtore percuſſo, diſpergant̄ oues gregis. Viſum eſt igit̄ mihi obiectū idolatriæ ſcelus ſolo morte expiandū. Deute. xiij. non ſtertendo & oſcitanter tranſeundum, ſed a Lutherana defectione iam in octauū annū fatigatus, ut bos laſſus fortius figere pedē. Quippe quod in omnes (quibus ante me hoc crimen obiecit, criminaliter intentauit) exiliū indixit, iuſtis bonis priuauit, officijs & honoribus ſpoliauit. Quoꝝ catholicoꝝ ſacerdotū iniuriam ulturus ad cauſſam deuenio paucula ante hac proteſtaturus.

PROTESTATIO.

ET quo mea cauſſa ſit auctior audeo diuini nominis obteſtatione, hic mihi Chriſtū precari minus propitiū, ſi ullo uel iniuriandi animo, uel ledendi quorūcunq̧ famā, nomen, & honorē hanc reſpondendi prouinciā ſubierim, aut quauis cordis amaritudine pellectus ulli mortaliū calumnias ſtruere coner, ſed ſolo naturali defenſionis iure a Zwinglio multipliciter impetitus, meā uitā corpus famā atq̧ fortunæ bona tueri. Longe igitur a me fuerit (teſtor Mariā uirginem) Senatū prouidū & circumſpectū, aut quemuis alium ciuem, incolā, accolam, inclitæ ciuitatis Thuregioꝝ hac reſponſione mea laceſſere, inceſſere, aut eoꝝ dignitatē quouis modo, fuco, colore, denigrare, obtenebrare, extenuare, ita me deus iuuet, & ſancta dei euangelia. At quia nouum dogma, & meo iudicio quo nullum fuit orbi Chriſtiano nocentius erupit inexpectato in Chriſtianorum dominorum Lucernenſium territoria & ditiones, a Zwinglio proculdubio ſuſcitatum, Chriſtum Ihesum humani generis adſertorē in ſacra ſynaxi ſacramenti unionis negans eſſe præſentem, meo prædicationis officio (ut ſpero) probe functus, animos excitatn fideliū Chriſtiana ſedulitate, ne ſe patiantur his perſellitis erroribus contaminari. Quod Vlrichus Zwinglius impatienter ferens,

imo

imo ferre non potemus (ſic eñ uicinos inficere ſategit) libel-
lo famoſo & cęco Marte reſiſtit, idolatriæ crimen mihi obijcit
ob creditã Chriſti præſentiã in ſacra ſinaxi, reijcio priuatam
mihi crebro conflatã contumeliã, & eius libelli ſcõmata, de-
tractiões Chriſtianæ religioni, & fidei ueritati ac rei publicæ
fideliũ dumtaxat conſulturus. Doceo & adſero Iheſu Chriſti
præſentiã in ſacramento unionis credendã, adorandã, uene-
randam ob diuinas literas illud aperte docẽtes. Hæc ſunt do-
ctiſſimi uiri patres, magnifici dñi Heluetij, quæ me in hæc de
fenſionis propugnacula adegerunt, ut has theologicã & iuri
dicam formarẽ concluſiones, & eccleſiæ Badenſi publice affi
gerem corã & pręſenter hic cum Zwinglio diſputandas. His
diſputationis conditionib⁹ oblatis, paſſurus ſententiã & cen
ſuram in corpus meũ, honorẽ, & fortunæ bona a uobis nun-
tijs conſulũ uniuerſorũ Heluetiorũ ueſtro iudicio ferẽdam, ſi
quo minus meas concluſiones ſacris literis, diuinis pariter &
humanis legibus fecero ueras probatas & iuſtas atq; Chriſti-
anas. Quippe quod criminali intentationi non cupiã niſi hac
reſpondendi forma obuiare, meamq; uitam & famam tueri.
Nihil niſi (ut fieri par eſt) in ſcriptis agere & uiciſſim reſpon-
dere. Quæ iudicandi facultas uobis dñis meis Heluetijs hic li
bere conceſſa & oblata, ut ſit auctior ſecuritatẽ mihi cum om
nibus cæteris doctis uiris hic præſentibus datam, libere, uo-
luntarie, & ſana mente, in ueſtras manus reſigno, eadẽ in hoc
caſu nullatenus gauiſurus, quippe quod menti mihi inſede-
rit cum Zwinglio pro honore in nulla ſecuritate litigare.

Ne aũt Zwinglius, uel certe quiſpiã alter criminet hac ob-
lata conditione me eum terrere conatũ, utpote qui ſciã illum
nullã ſententiã paſſurũ, ſed neq; ſecuritatẽ ſuam reſignaturũ,
ego uero qui nec eius, neq; ullius hominis ſitio ſanguinẽ, nec
quemuis concutere cupio, ſed ad ſolius puræ ueritati cogni-
tionem oĩs mea deſudat intentio, patiar & uolo Vlrichum
Zwingliũ ſua ſecuritate frui, uti, & gaudere, in me unicum
legum

legum ſeueritatē expoſcens, ſi minus effecero iuſtū atq; pro=
batum, quod meis concluſionibus polliceor uerū facturum.
Satis mihi Chriſtiano doctori triumphi partū eſt, ſi meæ uitæ
periculo ueritas ipſa luceſcat, etiā ſi Zwinglius hic uita uiuat,
poſt hanc uitam tanti mali pœnas luiturus. Et ſi quid aliud eſt
mihi pro nunc incognitū, quod Vlrichum Zwingliū ab hac
præſenti cōpreſſione abſterreret, id omne iam ſibi cōceſſum
dinoſcat, ac ſi de uerbo ad uerbū hic eſſet inſertū, qua prote=
ſtatiōe præmiſſa in nomine iuſti dei ordiar cōcluſiones meas
in diſputatione nude quidē oppoſitas, iuxta ſcolarū morem,
nunc probare & ueras facere, his legib⁹, eoq; iure quo hacte
nus in mortaliū uitas & bona eſt animaduerſum.

CONCLVSIO I.

In ſacramento unionis corporis & ſanguinis dñi noſtri
Iheſu Chriſti, Chriſtum ſaluatorē ſub utraq; ſpecie præ
ſentē credere, adorare, uenerari, idolatria cēſeri nō po=
teſt, ob diuinas literas illud docētes. Neq; furti accuſari
debet populū una ſpecie (uidelicet panis) comunicans,
quaſi uini ſpeciē a Chriſti plebecula furtim abſtuliſſet.

Anno Chriſti Iheſu ſeruatoris Mileſimo quingēteſimo xxvi.
xvi. die Maij, Conuocarūt Strenui Magnifici prouidi & pru
dentes dñi duodecim cantonū Heluetiorū laudabilis cōfœde
rationis Chriſtianū colloquiū ſeu diſputationē, ob pacē quie
tem & unionem quærendā, in Chriſtiana fide ſuis ſubditis in
ciuitate Badenſi in Ergow, ubi tres cōparuerūt doctores re=
ſpondentes D. Iohānes Eck, D. Iohannes Fabri, & D. Tho=
mas Murner. Eckius nouos fideles impetijt in fide, Iohannes
Fabri in ſcriptis Zwinglij, Murnerus in uia iuſtitiæ bonorū
& famæ. Et ego idem Murnerus ex ordinatione duodecim
cantonum ad parrochialem eccleſiam Badenſem has conclu=
ſiones ſubſcriptas affigere feci generales, unam ſanctarū ſcri=
pturarum ut ſupra alterā iuriū de qua infra dicemus.

CONTINENTIA CONCLVSIONIS.

i. Vult primo hæc concluſio, Sacramētum euchariſtiæ eſſe unionis ſacramentū, & non remiſſiōis peccatoꝝ. Mat. xxvi. ita habet, hic eſt em̄ ſanguis meus noui teſtamēti q̄ pro multis effundet̃ in remiſſionē peccatoꝝ. Marcus xiiij. ita digerit, hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti, qui pro multis effundet̃, hic uterq; dicit Chriſtū dixiſſe fundendū eſſe ſanguinē ſuum pro multis in remiſſionē peccatoꝝ, hic certe remiſſio peccatoꝝ non ob ſumptionē (ut Lutherani dicunt) ſed ob effuſionē in cruce fiendā promittit̃. Tum quod remiſſiōis peccatoꝝ iam duo habeamus ſacramēta. Alterū quidē baptiſmi q́d remittit originale. Alterū uero pœnitentiæ q́d actuale remittit. Nulla ergo ſubeſt neceſſitas tertiū adijcere remiſſiōis ſcilicet peccatoꝝ, nec de hoc ulla eſt ſcripturarū authoritas. Dilucidū ergo eſt alterius cuiuſpiā rei euchariſtiā eſſe ſacramentū unionis ſcilicet, ideoq; & a græcis ſinaxis eſt dicta.

ij. Veri corporis & ſanguinis dn̄i noſtri Iheſu Chriſti, Matthæus ait xxvi. Cœnantibus aūt eis accepit Iheſus panem &c. & paulo poſt, accipite & comedite hoc eſt corpus meū, & de calice, Hic eſt em̄ ſanguis meus. Hoc idem teſtat̃ Marc. xiiij. Et Lucas xxij. Sed & Paulus pri. ad Corinth. xi.

iij. Species eſſe panis & uini, non uere illic panē manere & uinū. Primā partē iam tres allegati euāgeliſtæ probāt, quum enim prius panē in manus ſumpſerat, & poſt hoc idem porrigens dicenſq; corpus eſſe, mutationem factam nemo negare poteſt, & ſenſus uiſus adeſſe indicat ſpecies &c.

iiij. Chriſtū ſub his ſpeciebus eſſe præſentem, Matthæus docet vi. Panem noſtrū ſuperſubſtantialem da nobis hodie, nihil tn̄ hic ſuperſubſtantiale eſt niſi Chriſtus, hoc idem Iohannes inquit. Ego ſum panis qui de cœlo deſcēdi. Et panis quē ego dabo caro mea eſt pro mundi uita &c.

v. Sic præſentem credendū, adorandū, uenerandū Iohannis xi. crediderūt in eū Lucæ iiij. Dn̄m deū tuū adorabis. De

cius

eius ueneratione habent omnes euangeliſtæ in die palmarũ, quæ ſi illi in mortali corpore exhibita & uiſibili, quanto plus nunc in gloria dei patris exiſtẽti Iohan. xx. Beati qui non ui‑derunt & crediderunt. (do cultũ diuinũ falſis dijs.
vi. Hoc faciẽdo idolatriã non cõmittere, quæ fit in exhiben
vij. Diuinas literas hoc docere, ut ſupra eſt allegatum.
viij. Populũ una ſpecie cõmunicandũ. Probat̃. Si qđ maius eſt, immutare potuit eccleſia, potuit & qđ minus eſt. Sed ea Chriſti inſtitutũ in re multo maioris momẽti nõ ambigit̃ im mutaſſe, ut patet in forma baptiſandi Mat. ult. de ſabathiſmo, deq; ſuffocato ergo potuit eccleſia non nihil circa euchariſtiã immutare, diſpenſare. Scđo Chriſtus laicis ſub una ſpecie eu chariſtiã tradidit, ut teſtat̃ Aug. lib. iij. de conſenſu euangeli ſtarũ. Quid ergo nunc prohibet Chriſti exemplũ imitari. Aſ ſumptũ patet in duobus diſcipulis euntib⁹ in Emaus. Sed ro‑gabis unde cõſtet qđ non etiã alterã ſpeciẽ eis porrexerit, ui‑delicet in forma uini. Certe uel ex eo quod protinus ut eis pa nem ſanctificatũ exhibuerit, Lucas illũ ab eorũ oculis tradide rit euanuiſſe. Sed & Matth. xxvi. ſcribit Chriſtũ apoſtolis fu iſſe pollicitũ ſe de illo genimine uitis non ammodo bibiturũ, donec cum illis ipſum biberet nouũ in regno patris ſui. Quæ nimirũ uerba de ſacramento ſanguinis accipienda ſunt. La‑tius de hoc dominum epiſcopum Roffenſem legito.
ix. Speciẽ ſcilicet uini denegantẽ non eſſe furẽ, q̃a furtũ eſt cõtractatio rei alienæ inuito dñõ, inſti. de obli. quæ ex de na. par. furtũ, ſed ſupra ex Luca & Matthæo oſtẽſum eſt, hoc uo lente Chriſto ſic euchariſtiã diſpenſari. Hæc nobis noſtri euã gelici fures improperabãt, dum adhuc in euchariſtia Chriſti præſentiã credebãt, nos furti reos accuſabãt, quippe qđ laico unã dũtaxat ſpeciẽ ꝓbeamus. Ipſi iã ex toto euerſi euchariſtiã piſtoriũ eſſe panẽ dicẽtes, duplices fures facti ſunt, q̃a eucha‑riſtiæ utramq; ſpeciem ſuſtulerunt. (ſequit̃.
x. Actionem furti in eundẽ intentari nõ poſſe, hoc ex nona

SECVNDA CONCLVSIO PRINCIPAlis in bonis fortunæ, uia facti, & euangelicorum infamia.

Nullis ſacris literis probari poteſt, quicquid in bonis fortunę ſeu perſonæ proximi abſque ſententia & ſolo facto auffertur, alienatur atque tentatur, quocunque etiã pietatis, reformatiõis fidei & religionis titulis prætexetur. Sed cenſebitur id omne iniuria, famoſe & improbe geſtum.

In nomine igit̃ iuſti dei ad huius concluſionis continentiã & probationẽ me diuerto. Vult ergo hæc generalis quidem concluſio primo quod in temporalibus bonis perſonæ, diuitiarum ſiue fortunæ abſque iudicis cenſura & ſentẽtia nihil tentari debeat, aufferri ſiue alienari, Hiere. xxij. Hæc dicit dñs, Facite iudiciũ & iuſticiã, & liberate ui oppreſſum, hoc cõtrariũ eſt euãgelicis furib9, qui ui & facto innocẽtib9 eorum bona furata ſunt & rapuerunt abſque ullis præuio iuditio & iuſtitia.

ij. Similiter neque facto fieri debet Matth. xxvi. Om̃is em̃ qui gladium accipit, hoc eſt qui uia facti procedit, gladio peribit. Et Iohan. xviij. Si male loquutus ſum, teſtimoniũ perhibe de malo, hoc eſt iudicio illud proſequere. Si aũt bene loquutus ſum, quur me cedis facto. Si religioſi nos iniuſte egimus, cur nos iuſtitia non perſequunt̃. Si nihil egimus, quur abſque ulla iuſtitia noſtra bona furamini, punitiſque nos nõ uocatos, non auditos, neque iudicatos publicis iuditijs.

iij. Vbi enim tale quid ſolo facto & ſine ulla iuſtitia tentaretur, non poteſt hoc ſacris literis probari & firmari, Deutero. xxv. Pondus tuum habebis iuſtum & uerum &c̃. Abominat̃ em̃ dñs eum qui facit hæc, & auerſatur omnem iniuſtitiam.

iiij. Nullo colore ſiue fuco piorum operũ miſericordiæ, uti proponunt noſtri euangelici fures, quippe quod religioſorum bona ſint pauperibus daturi, quod contra deum eſt Thobiæ iiij. Ex ſubſtantia tua fac elemoſinam. Et Prouerbiorum iij. Honora dominum de tua ſubſtantia.

v. Sed neque ullo titulo cuiuſcunque reformationis, huiuſcemodi

modi enim innouatiões ac reformationes in ſenſibus noſtris fieri debent, Ro. xij. Sed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri, non cum unguibus furum in alioꝝ ſcrinijs. Ideoq; & hodie ſed neq; cras intelligere poſſum aliena furari bona, deprędari, incendere, reformationem eſſe.

vi. Sed nec fidei allegatione. Ego inq̃ & ſi in fide aberrarem eſſemq; Iudęus, ob id uos mea furari bona nõ debetis. Ideoq; & eſto quia ſola æſtimatiõe religioſi nos ſimus, habeamuſq; ſolam fidem æſtimatã, diuinũ cultũ æſtimatũ, & non uerum, ſicut tu ipſe Zwinglius totius eccleſię Chriſtianæ teſtimonio falſo dicis, propterea tibi nõ licet in noſtris perſonis & bonis furem fieri & infamem C. de iud. & celi. Nullus tanq̃ Iudæus (cum ſit innocens) obterat̃, nec expoſitũ eum ad cõtumeliam religio qualiſcunq; proficiat. Non paſſim coꝝ ſynagogæ uel habitacula concremen̄t, uel perperã ſine ulla ratione lędant̃, cum alioqui etiã ſi ſit aliquis ſceleribus implicitus, idcirco tamen iuditioꝝ uigor, iuriſq; publici tutela uidet̃ in medio conſtituta, ne quiſq̃ ſibi ipſi permittere ualeat tutelã. Audi legẽ Zwinglij euãgelice prædo, tibi religionis cuiuſcunq; prætextu, ut nos obteras non licere, ſi non Iudaicę religionis cauſſa, quæ per Moiſen ex diuino ore data eſt, quãto minus tuæ religionis ratione, quã ipſe tibi contra uniuerſum Chriſtianum orbem finxiſti. Secundo non paſſim tibi noſtra habitacula, monaſteria (ut in Yttingen factum eſt) diripienda ſunt, concremanda, aufferenda. Non uendenda per te bona noſtra, & præcia ſtatuenda. Iuſtũ eſt enim ſua cuiq; committere, qđ ſi qs talia facere temerarit, eum uelut aliena appetentẽ ſupplicio coercendũ C. de Iud. & celi. Nemo exterus. Tertio etiã ſi ſcelerib⁹ impliciti eſſemus iuditioꝝ non eſt ob id uigor intermittendus, & uia facti graſſandũ, furandũ, rapiẽdum.

vij. Nulla etiã cuiuſcunq; falſæ religionis allegatione, ut dicunt hij euangelici monachoꝝ hoſtes, noſtros ordines & religiones uociferantes eſſe falſas. In terris undequaq; bonos

iuxta & malos inuenio, ſunt & religioſi miſeri peccatores & delinquentes, at non criminoſi & legibus puniẽdi. Si aũt & tales reperti fuerint, neceſſe enim eſt ut fiant ſcandala Matth. xviij. minus tamen apud eos manẽt impuniti quam uobiſcũ. Si itaq; diuus Paulus non erubuit coram Agrippa ſe Phariſæum confiteri Act. xxvi. quum tamen Phariſæi ualde fuerint ex omnibus euangelijs criminoſi reperti. Neq; ego erubeſco me fratrem minorẽ confiteri, etiam ſi inter eos multi eſſent & mali & criminoſi. Miſericors & clemẽtiſſimus deus corda cognoſcat bonoꝝ ſimul & maloꝝ, propitieturq; nobis miſeris peccatoribus, quos nos eſſe fatemur & recognoſcimus. At uos gloriabundi iactatis de uobis ipſis præſumentes euangelicos uos eſſe, bonos Chriſtianos, quippe quod ſpiritum ſanctum in uobis nidifficaſſe, digitis palpetis, quum ſub hoc ſole in uniuerſo orbe non fuerint uobis maiores hæretici, neq;, nebulones, pultroni nati aut uiſi.

viij. Alioqui id omne iniuſtũ eſſet, hoc eſt deo & omnibus humanis legibus contrarium. Veritas enim iuſtitiæ cognoſci debet ex re iudicata C. de re iudi. Reb⁹ equidẽ iudicatis ſtandum eſt, & non dictis partium. Ideoq; & illi æque ſunt neq; criminoſi uiri, qui euangelicoꝝ nebulonum libellis famoſis credunt, contra totius Chriſtianæ eccleſiæ teſtimonia, quales ſunt illorum libellorum authores.

ix. Cenſebitur etiam famoſum Prouerb. ij. Qui relinquunt iter rectum. Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis, quoꝝ uiæ peruerſæ ſunt, & infames greſſus eorum. Et xiiij. Ambulans recto itinere & timens deum, deſpicitur ab eo qui infami gradiatur uia.

x. Et improbe geſtũ, hũc aũt ego improbũ appello, quem in iuribus criminoſum & infamia notatũ cenſemus, qui publica accuſatione damnari poteſt, quem germano ſermone malefactorem & abſq; ullo honore inglorium dicimus.

Hanc ego concluſionẽ principalẽ iuxta oĩm ſcolariũ morẽ

nudis

nudis uerbis, & non probatã ualuis eccleſiæ Badenſis affixi diſputandã, latino & germano ſermone, propriæ manus ſub ſcriptione, retenta probatione, cum Zwinglio eandem tractaturus, hic aũt quia fuga ſibi turpi conſuluit, utpote qui ſua furta, rapinas, incendia, uirtute & doctrina ſuæ mendacis, famoſæ, improbæ, & falſæ fidei uero tueri non potuit, meæ principalis concluſionis, & aliarum quadraginta elicitarum probationes inſerui his actis, & quod delituit partim in facie legali deduxi, ut ſemel noſtri gratioſi domini duodecim cantonum Heluetioꝝ, uel manibus contractent, quibus tamen ex cauſſis Vlrichum Zwinglium Thuregioꝝ tyrannũ, cum omnibus ſibi facto adhærentibus, pro mendacibus, famoſis, periuris, criminoſis, improbis & inhoneſtis hominibus, furibus, ſacrilegis, raptoribus, lictoꝝ æqualibus nebulonibus nequam habeam & teneo, quorum quilibet probus & honeſtus erubeſcere debet, eoſq; ut infames uitare.

DE NOVEM TITVLIS iuſte poſſeſſionis.

Ad magnam iniuſtitiam euãgelicoꝝ furum oſtendendã, prius de nouem titulis iuſte poſſeſſiõis noſtræ & eccleſiæ bonorum mentionem faciam, poſt hac dicturus quibus titulis euangelici nebulones eiuſcemodi noſtra a nobis ablata bona poſſideant, ſibiq; conquiſierunt.

Primus iuſte poſſeſſiõis titulus in iure poſſeſſio nominat̃. Scd's, dominiũ ſiue proprietas. Tertius, ex ſentẽtia ſiue re iudicata. Quartus, ex hæreditate. Quintus, ex legato. Sextus, ex donatione. Septimus, ex empto uel cenſu uel redditibus &c̃. Octauus, ex teſtamentoꝝ uigore. Nonus, ex contractibus iuris gentium, de quibus per ordinem dicemus.

Ex ſupra memorata principali & generali concluſione, quadraginta ſpeciales extraxi & elicui, eaſq; publice in eccleſia Badenſi, coram noſtris gratioſis dominis nuntijs conſulum duodecim cantonum ex ſexterno poſt eis præſtito legi,

cum quibus ego ſategerã diuino auxilio Zwingliũ cum omnibus ſibi ex facto adherentibus infames ſiue famoſos facere, quas cum earum probationibus enumerabo, primo de nouẽ ſupra memoratis iuſte poſſeſſionis titulis.

DE FICTIS ET FVCATIS CAVSSIS,
furãdi rapiẽdi & aufferẽdi bona eccleſiaſtica. Primo de prĩo titulo iuſte poſſeſſiõis, quę dicit̃ poſſeſſio.

Omnis fides quæ ſuos fideles, omnis lex quæ ſuos obſeruatores, omnis religio quæ ſuos deuotos, omnis doctrina quæ ſuos diſcipulos facit infames, legi diuinæ, recte rationi, iuri naturæ & oĩm gentiũ eſt cõtraria, mendax reproba atq; famoſa.

Primo dico nos eſſe in noſtræ fidei poſſeſſiõe, noſtri Chriſtiani honoris, iam plus annis mille quingentis, ſæpe quidem ab hæreticis impugnati, ſed ſemper diuina ſuã eccleſiã protegente clemẽtia perſtetimus incolumes & inexpugnati, iuſtitia nobis ſuffragante. Hodie enim obſeruat̃ (quum utriuſq; interdicti poſſeſſorij poteſtas æquata eſt) ut ille uincat poſſidendo, qui litis conteſtate tempore, nec ui, nec clam, neq; precario detinet Inſti. de interdic. par̃. Hodie tamẽ. Cum igit̃ & ciuilis & naturalis ratio id faciãt, ut alius poſſideat, & alius a poſſidente petat eo. par̃. Retinẽdæ. Iuſtum hoc erit duplici ratione euangelicos fideles nouos a nobis petere.

Similibus & rationibus & cauſſis in poſſeſſione ſumus noſtroꝝ mobiliũ & immobiliũ bonoꝝ atq; fuimus litis cõteſtate tempore a neminę impugnati, uſq; ad hæc tempora euãgelica. In quo nos hij fures nõ iuſte quidẽ ſed ſolo facto ut ſolẽt, neq; uiri adorti ſunt, & a noſtra iuſta & bonæ fidei poſſeſſione deturbarunt, quam nobis poſſeſſionẽ (ut ſupra eſt dictũ) ambo interdicta. Vti poſſidetis & utrobi concedunt.

Quicunq; igit̃ abſq; iuſtitia, ſed ſola ui, quemcunq; de ſua poſſeſſione deijcit, ut faciunt euãgelici neq; fures & raptores hij notantur infamia, quia publicis iuditijs ex legibus in eos

animad

animaduertitur, lege Iulia. de ui. pri. & de ui pub. inſti. de in terdic. par̃. Qui aũt aliquem de poſſeſſione per uim deiecerit tenet̃, lege Iulia. de ui priuata, aut de ui publica, ſed de ui pri uata, ſi ſine armis uim fecerit, ſin aũt cum armis eum de poſ-ſeſſione expulerit, de ui publica tenetur.

Famoſum enim fieri, triplici contingit uia. Primo ipſo iu-re, hoc eſt ubi iura aliquem infamia notant, ut habet̃ ff de his qui no in le. i. Secunda per ſententiã iudicis, ut cũ iudex quẽ famoſum cenſet. Tertia per pœnã publicoꝝ iuditioꝝ, ut quũ quis ſuſpendit̃, rotatur, capite plectit̃, aut alioqui in corpore ſuo pœnam luiturus ſit, le. ictus fuſtium ff de his qui no infa. in le. infamem ff de pub. iudi. Quumqꝫ euãgelici nebulones & fures præcipiantur per legem Iuliã. de ui pri. aut pub. pœ-nam pati neceſſario conſequitur eos famoſos eſſe.

Fama eſt illæſi ſtatus dignitas legibus & uita probatus, ſic ergo hunc fama dignum cenſeo, qui ſui ſtatus dignitatẽ neqꝫ legibus neqꝫ uita leſit. Et econtrario hunc infamem qui con-tra leges & culpabili uita dignitatem ſuam lęſit, quemadmo-dum Zwinglius cum ſuis adherentibus faciunt, qui contra leges dei furantur, rapiunt, incendunt, ad ſanguinis effuſio-nem incitant, & breuiter de hoc loquendo nihil intermittũt, quod non ad patibulũ, ſiue ad publica iudicia pertineat, & ad rotam. Nunquid hoc intelligibiliter eſt dictum, & (ut aiunt) bono germano eloquio confeſſum.

Nunc ad concluſionem redeo, quod nos diuus Paulus do ceat ij. Corinth. vi. Per infamiam & bonam famam, hoc eſt etiam ſi nos fideles famoſi cenſeremur, hominũ æſtimatione re uera tamen & in ueritate bonæ famæ eſſe debemus. Quid enim aliud nos docet Chriſtiana noſtra fides, quam per diui-nas & humanas leges, quæ diuinis non fuerint contrariæ, in-culpabilem ducere uitam, & dignitatem noſtri ſtatus non le-dere. Hæc concluſio uerior eſt, quam ut debeat prolixiore al legatione probari atqꝫ defendi.

Hic titulus poſſeſſio bonę fidei dictus, quũ ſcilicet qs bona ſiue mobilia ſiue immobilia poſſidet clericis & religioſis dominiũ confert ſiue proprietatẽ, a quo dominio a nemine expelli & detrudi poſſunt, nec debẽt, eis inuitis, quã p iniuriã, improbitatẽ. uim, rapinam, ſacrilegia ſiue furtum.

Econtrario euangelici eccleſiarũ fures duobus utuntur titulis poſſidendi bona noſtra. Primus uis inermis appellatur, qua ui noſtra bona ut infames & improbi neq; fures rapiunt atq; furantur. Alius eorꝫ poſſidendi titulus uis armata uocatur quãdo ſcilicet cum armis uim inferunt, quo hij terrarũ nebulones utunt̃, quũ armis eccleſias & monaſteria irrumpũt, dilacerant, deſtruunt, ui om̃ia aufferẽtes quæ reperiunt. De his duobus famoſis titulis nouorꝫ Chriſtofideliũ furũ habes ff de ui & ui ar. reliquum apud patibulũ inuenient.

Et eſt primi tituli pœna quæ uis inermis dicit̃, qa amittunt tertiã partẽ oĩm bonorꝫ ſuorꝫ ſi ſcilicet ſine armis noſtris bõis uim intulerint. Si aũt uim cum armis inferant, in exiliũ damnandi ſunt quod relegatio dicit̃. Inſti. de pub. iudi. par̃. Item lex Iulia. de ui pub. & C. ad le. iuliã de ui pub. le. quouiam & le. ij. ff de accuſationibus le. hos accuſare par̃. Omnibus.

CONCLVSIO II.

De ſcđo titulo iuſte poſſeſſionis dominiũ dicto.

Famoſus eſt qui nullum alienãdi legis uel dominij ius habet, audet tamen quæ noſtra ſunt bona ſine facto noſtro alienare atq; trãsferre, & ex ſuo delicto meliorẽ cõditionẽ ſuã facere.

Secundus iuſte poſſeſſionis titulus, is eſt ut domini ſimus noſtrorꝫ bonorꝫ, quæ nullus a nobis rapere debet ſiue aliena re, Deuter. v. Non furtum facies. Non concupiſces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & uniuerſa quæ illius ſunt. Audite nũc Lutherani & euãgelici fures, nõ ut modo abſtineatis ab alienis bonis furandis, ſed neq; cõcupiſcere uos decet.

Bona

Bona alienare nemini eſt licitũ in terris quã uero domino, aut certe alio eius nomine ſeu uoluntate. Aut ſi eoꝝ bonoꝝ dominus non eſt, ut lex ei permittat alienationem, ut de tutoribus fit & curatorib⁹ Inſti. Quibus alie. li. par̃. Nunc admonendi. Et cum creditorib⁹ in pignorib⁹ eo. par̃. Contra aũt.

Quumq́ꝫ noſtra bona nobis ſurripiant euangelici iſti ſcrinioꝝ expurgatores alienant, conſumunt, ad quæ faciẽda noſtram non habent uoluntatẽ, neq́ꝫ eoꝝ bonoꝝ ſunt domini, neq́ꝫ id eis ulla lex mundi permittit, ſed magis prohibet C. de ſacro ſanc. eccle. Sanccimus, oportet neceſſario conſequi, ut hæc faciant titulo furti, ſeq́ꝫ hoc ſcelere criminoſos efficiant neq́ꝫ iuxta regulã iuris. Quod noſtrũ eſt ſine noſtro facto aut uoluntate in nullũ aliũ trãsferri poteſt ff de re iur. Id quod noſtrum, ſed nec ius eoꝝ quod non habent, in nullũ alium transfundere poſſunt. De reg. iur. li. vi. Nemo poteſt plus iuris.

Vbi inq́ꝫ abſq́ꝫ noſtra uolũtate noſtra bona alienarentur, fieret noſtra conditio per alium peior, quod per hanc iuris regulam eſt prohibitum. Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri ff de re iur. Non debet.

Sed & cõtra hãc regulã. Nẽo ex ſuo delicto cõditionẽ ſuã meliorẽ facere poteſt ff de re. iur. Nẽo, ut eſt in cõmuni ꝓuerbio. Nemo ex alienis quercub⁹ ſuos porcos ſaginare poteſt.

Et hoc ſi dolo & fraude fecerint, ut quum clericos ac religioſos fallunt atq́ꝫ decipiunt, concutiunt, & quaſi illis conſulturi ſint illaquæant. ut ſua uendi ſinant, & eiuſcemodi uulpinis caudis per ora molliunt, infames per hoc fiunt diuina lege Leuit. xix. Non decipiet unuſquiſq́ꝫ proximum ſuum. Cum quid una uia prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, de reg. iur. Cum quid lib. vi.

Illud aũt ſi ui raptoꝝ bonoꝝ fecerint improbi fures erunt, inſti. de ui bo. rap. Qui res alienas rapit, teneť quidẽ etiã furti, quis enim magis alienã rem inuito dño contractat, quam qui ui rapit. Ideoq́ꝫ recte dictũ eſt eum improbũ furem eſſe.

Sicq̃ ſecundo habetis, quum dñi ſimus noſtrorꝫ bonorꝫ, quod eius dominij uigore noſtra bona poſſumus alienare, & id quidem iuſte. Nunc ergo dicite uos euangelici ſaccorꝫ tibi cines, quo iure monumentis ſepulchrorꝫ ueſtras ædificatis domus. Ita per deum fere a mente mihi deciderat, iure uiolati ſepulchri, cuditis monetã ex deo ſacratis uaſis, in quo unico bene facitis crucis ſignũ uni parti incudere, qua cunctis inno teſcat eccleſiaſtica eſſe bona. At in aliud latus patibulum inſi gnire deberetis, quo dareť intelligi uos fures hæc eccleſijs ra puiſſe. O uos ueteres Chriſtiani inhumati, ſi unq̃ per ſomniũ & quietẽ menti ueſtræ inſediſſet, ueſtrarũ laude dignarũ ciui tatum inſignia aliquando ad furtiuas res eccleſiaſticas cuden da, aut ex ueſtris præcioſis diuinis ornamentis, meretricibus ornamenta conſui burſas &c̃. id generis, omni procul dubio pro his nummis ueſtris dilectis puerulis panẽ emiſſetis, quo non ſtaret ſplendidior meretricum chorea ueſtris elemoſinis & diuinis donationibus.

CONCLVSIO III.

De tertio titulo. Rei iudicatæ dicto.

Famoſus eſt qui ſibi met ſententiã dicẽs alienis bonis uim in tulit, effregit, expilauit. Nam hunc uult lex in uis publice aut priuate crimen incidiſſe, fuſtibus caſtigandũ, & uelut in atro ciſſimũ improbũ furem & raptorem animaduertendum.

Tertius articulus iuſte poſſeſſiõis noſtrorꝫ bonorꝫ, quod illa poſſideamus, uigore rei iudicatæ, ſiue ex ſentẽtia iudicis. Et habeť hoc pro re iudicata, quod finem accepit ex ſententia iudicis ff de re iud. le. i. Sed & eiuſmodi res iudicata pro ueri tate eſt habenda ff de re iur. Res iudicata. Quum ergo huiuſ modi ſententiæ iudicum legaliter & pro ut de iure factæ ſunt per nullũ anullari debent neq̃ retro trahi. De re iur. Factum legittime li. vi.

Quando igiť taliũ bonorꝫ noſtrorꝫ ratione in litibus corã uobis ut iudicibꝰ egimus, uos ipſi uel ueſtri priores nobis iſta

 bona

bona adiudicaſtis, eiuſq; ſententiæ ueſtras & literas & ſigilla dediſtis ciuitatum ueſtrarum, ita ut nequeat de nobis ulla uel fraus aut dolus ſuſpicari ff de re iur. Qui iuſſu, ſed poſſeſſores eſſe debemus bonæ fidei, quum hæc bona ex ſententia iudicis obtinuerimus ff eo. Qui auctore.

Nunc ergo ueniunt euãgelici neq; uiri & furanẽ nobis eadem ipſa ſigilla, eaſdẽ ipſas literas, quas nobis prius dederũt, quibus multa furta cõmittitis & maleficia. Primo inq; ſcandalum infertis atq; falſificatis ueſtrũ iuditiariũ offitiũ, iniuſteq; ſoluitis, quod iuſte pronuntiatũ eſt. Secũdo furamini nobis iudicati ſolutionẽ quã iudicio ueſtro exoluimus. Tertio nobis & eam pecuniã furamini quã pro literis & ſigillis ſportulis ueſtris intulimus. Quarto nobis illa bona furamini quę ex literis ſpecificanẽ. O mendaces fures iudices quando ueſtras ſentẽtias & literas non aliter tenere uolebatis quã hoc modo, quur ueſtra ſigilla ad porci culũ non impreſſiſtis. Sic noſtra nobis fuiſſet retenta pecunia, iudices probiores adiuiſſemus quã uos eſtis, neq; uos furto cõmaculaſſetis, potuiſſentq; ſic omẽs & ſinguli cognoſcere neq; uos neq; ſigilla ueſtra bonæ fuiſſe famæ & honoris ac dignitatis, manſiſſentq; plæriq; boni iuxta ac probi uiri a uobis non decepti & permerdati.

Ideo aũt nobis & literas & ſigilla furati eſtis, ne ueſtri proprij patres, ſed & uos ipſos fures faceretis, qui ex ſentẽtia nobis hæc bona adiudicaſtis. At ſi mihi credere nolitis, uos tam grandes euãgelicos fures & neq; eo perſpicite uos ipſi literas ueſtras proprias quas nobis eſtis ſuffurati, illiç reperietis, ueſtros met parentes, uos metipſos, ſed & ueſtras literas & ſigilla teſtari ac probare fures. Ideoq; quam diu illas retinueritis, habetis & literas & ſigilla ut ad patibulum ſuſpendi debeatis. Nam illic in patibulis ſcilicet nulli adhuc pendent, qui ad patibulorum iura tam habent efficaces literas, quales uos infames habetis literarum & ſigillorꝫ fures, credo me ſatis intelligibiliter loqui de furto bonorum noſtrorum.

Dicite per deũ immortalẽ quomodo uos excuſabitis a no-
ſtris domibus per uim nos expellentes, cõtra aperta iura quæ
præcipiũt nullũ e ſua domo per uim extrahi ff de re. iur. Ne-
mo. Neq; aduerſus nos maleficiorũ iura allegare poteritis. In
Auten. Vt nulli iudicũ par. Quoniã. Vos inq; neq; crimino-
ſi optime nouiſtis pro talib⁹ nos non fuiſſe reptos. Neq; uos
excuſabit, quaſi tumultuarij ueſtri & non uos illa feciſſent. Il-
le certe quem expulit, qui uel hoc iuſſit, mandauit, aut certe
acceptũ habuit, quod mandato equiparat ff de re. iur. hoc iu
re utimur. Quod ſi multitudinem ueſtrã tumultuantem graſ
ſantem, furentem cõpeſcere non poteſtis, exuite imperium,
reddite imperatori ciuitates ſuas, exite cum Loth a Zodomis
ne una cum eis pereatis. Quid ſunt enim ciuitates ſine iuſtitia
diuo Auguſtino dicẽte, niſi magna latrocinia. Quamobrem
infames eſtis & nullis ſiue muneribus ſiue dignitatibus initi-
andi. De re. iur. infamib⁹ li. vi. Lex enim Iulia peculatus pœ
nam infert, qui pecunias ſiue bona comunitatũ, aut certe ſa-
cra bona, aut res religioſas furati fuerint, quũq; hoc ſui officij
tempore met ipſi iudices facerẽt, in eos animaduertere iubet
& occidi cũ oĩbus eorũ auxiliarib⁹, ſiue bonorũ taliũ recepta-
toribus. Qui ſi nullorũ iudicũ fungant̃ officio, relegari & in
exilium mitti iubet Inſti. de pub. iudi. par. Item lex Iulia pecu
latus ff ad le. Iul. peculatus. Lege Iulia peculatus. Et infra. Le
ge Iulia peculatus, & le. Sacrilegi C. unde ui & le. Memine-
rint, & le. Si quis. Ex quibus allegatis iuribus uos fures opti
me cognoſcitis patibulorum loca uobis eſſe dedicata, & non
ſenatorum bonorum & proborum loca, aut certe ubi alio-
qui boni & probi uiri conueniunt.

CONCLVSIO IIII.

De quarto iuſte poſſeſſiõis titulo. Ex hæreditate.

Famoſus eſt qui teſtamento irritato, rupto, uel certe quauis
ex cauſſa infirmato, proximis hæredibus teſtamentaria bo-
na auffert, detinet, & quo minus ad hæredes redeant, metit

ubi

ubi nihil unq̃ ſeminauit.

Hanc ego (neceſſe eſt) concluſionẽ probabo, ut inde tibi detur intelligi & uniuerſis in Badenſi diſputatione ex diuino ore, & oĩm huius mundi humanorũ iurium me concluſiones iſtas poſuiſſe. Dico igitur primo teſtamentorũ ius diuini iuris eſſe, Nume. xxvij. in uer. Iuſtam rem poſtulant. Vbi inq̃ teſtamentũ in uigore perſtat abſq; ulla cõtradictione recidunt teſtamentaria bona ad iuſtos & legittimos hęredes. Hoc clarius eſt atq; uerius quam ut negari poſſit aut probari debeat. Huic ſimile habet ad Gal. iiij. Quanto tempore paruulus eſt filius &c. quũ ſit dñs omniũ uſq; ad pręfinitũ tempus a patre.

At ubi teſtamentũ ex quibus hoc cauſſis eueniret ſuo uigore deſtitueretur, quod in iure nominatur ruptum, irritum, infirmatum, quumq; inteſtato deceſſit, primus hęredũ caſus ex lege xij. tabularũ liberorũ eſt, quos iura ſuos appellant, Inſti. de here. quæ ab inteſt. de par. Inteſtatorum. Secundus caſus eſt agnatorum, Inſti. de le. ag. ſuc. par. Si nemo. Tertius cognatorũ, Inſti. de gra. cog. par. Poſt ſuos, & ſic conſequẽter pro ut titulus de bo. poſ. ex ordine enumerat.

Ne aũt obitias humanas has eſſe ordinationum cauillationes (ut ſoletis Lutherani) ſimilem nobis Moiſes ipſe deſcribit hæreditandi ordinem ex ore omnipotẽtis & iuſti dei, Numeri xxvij. Homo cum mortuus fuerit abſq; filio, ad filiam eius tranſibit hæreditas, ſi filiam non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos. Quod ſi fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius. Sin aũt nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt. Eritq; hoc filijs Iſrahel ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit dominus Moiſi. Ego em̃ in diſputatione Badenſi me obtuli oĩa mea probaturum ex diuina lege & iuditijs Moyſi, quod ſi non effecero nihil penitus ualituras omnes concluſiones meas.

Ego hoc uerbulũ ſanctũ in textu poſitum pondero. Eritq; hoc filijs Iſrahel ſanctũ &c. quaſi in uiolabile inſti. de re diui.

Ideo

Ideo aũt muros ſanctos dicimus, quia pœna capitis conſtitu-ta ſit in eos qui aliquid in muros deliquerunt. Sic & Moyſes hunc hæreditandi ordinem ſanctum appellat, quippe quod & ibi capitis ſit pœna conſtituta hunc ordinem uiolantibus, qui ne leuioris quidem momenti aut temporalis a quopiam æſtimetur, addidit lege perpetua.

Auſcultate iam igiẽ euangelici fures, hoc dei eſt uerbũ cu-ius uos toto mundo intonatis unicos eſſe imitatores, iã quan do teſtamentũ ſacro ſanctis eccleſijs ſiue monaſterijs ad diui-num cultũ erigiẽ, & certis ex cauſſis irritũ fit, ruptũ ſiue infir-matum &c. aut deſtituiẽ, etiam a uobis met allegatis, ut ſcili-cet ad falſum & æſtimatũ diuinũ cultũ ſit fundatũ, ideoq; ſuis uiribus effetũ ſit & annihilatũ iam ex inteſtato deceſſum eſt, quare ergo in ſimili caſu non permittitis eadem teſtamenta-ria bona, ut recidant in manus proximorum heredum ſuperſti-tum iuxta ordinẽ omniũ iuriũ, ut ſupra eſt enumeratũ, ſed & iuxta dei ordinẽ & uerbũ. Hic iam clare uideẽ quod dei uer-bum adfectatis, ut ſolet aſinus molarius ſaccũ ſuum deferen-dum adfectare. Sicq; duplices fures efficimini, eccleſiarũ ſci-licet, quibus hæc teſtamentaria bona furamini, & hæredum, quibus hæc bona dare deberetis ex diuino præcepto. Qui ſi fuerint ciues ueſtri a quib⁹ hæc bona auffertis, eſtis ob id per-iuri nequam in ciuibus ueſtris quibus iuraſtis nihil contra le-ges & iuſtitiam auferre, furari ſeu rapere.

Prima igiẽ ueſtra perfidia in eo clareſcit quod religioſis cle ricis eccleſijs & monaſterijs, ſed & uobis genitis & natis libe-ris eiuſcemodi fundata & donata teſtamẽta inuitis ipſis furati eſtis, inſti. de ob. quæ ex de na. par. furtũ. Illud aũt ſi ui feciſtis raptores eſtis & ĩprobi fures inſt. de ui bo. ra. par. Ideoq; rect.

Secunda in eo patet quod eiuſmodi teſtamẽtaria bona uo-bis receperitis, & ob id famoſi facti eſtis le. Qui teſtamentum ff ad le. Cor. de fal.

Tertia in eo quod illa bona uero heredi furamini, & ab eo alienatis

alienatis cui iure hæc bona ptinent, Nu. xxvij. Iuſtā rē petūt.

Quarta. Si is ueſter ſit ciuis de quo talia bona auffertis facitis cōtra debitū ciuile iuramentū, & eritis piuri criminoſi nebulones. Quod ſi ueſter fuerit hoſpes, cōtra dei pceptū hoſpitalitatis iura in eo uiolatis, cui⁹ terren⁹ debuiſſetis fuiſſe de⁹.

Quinta ex eo eſt manifeſta. Si illa bona alicui patri auffertis, ius naturæ uiolatis, quod liberos educādos docet & oſtendit, Inſti. de iur. na gen. & ci. hinc liberorꝫ. Ideoq; & hic parens obligat̃ iuris naturæ uinculo & uigore hæc furto ablata bona & ſua & ſuorꝫ liberorꝫ repetere ac poſtulare ff unde liberi ſcripto here. in fi. Per ei⁹ eñ honorē id facere tenet̃ ſcd'm oēm poſſibilitatē ff de agno li. le. Si quis par̃. Sed & ſi filius & par̃. Deniq;. Hoc idē nos Paulus ipſe docet ij. Cor. xij. Parentes eñ liberis theuſauriſare debēt, & nō liberi ſuis parentib⁹, ut ita ius moneat naturale præcipiat ſcriptū eiuſcemodi furto ablata bona repeti debere, & ab iniuſtis manibus expoſcere.

Sexta perfidia ueſtra quod in ruſticos, nobiles, ſed & in ciues urbium eam exercetis tyrannidem, & uim infertis cenſus uobis pendere & redditus, decimaſq; tribuere, qui in omni uita ſua neq; denarios neq; obulū debent, & literæ neq; ſigilla de uobis ullam ex nomine faciunt mentionem.

Septima quod illis ipſis ſic uobis cenſum redditus & decimas pendentibus inquietā & anguſtā facitis conſcientiā, qui corā deo in ſuis cordib⁹ recognoſcūt ſe debere iuxta literarū tenorem, aut ubi diuinus etiā cultus (ut met ipſi dicitis) falſus eſſet, iuſtis heredibus ſe ſciunt obligatos & debitores.

Quumq; in omni ueritate & iuſtitia, etiā ex diuino præcepto hij bonorꝫ dñi & iuſti hæredes a uobis eiuſcemodi ablata rapta & abalienata furta poſſint ac debeant, imo per ſalutem animarū ſuarū tenent̃ repetere & extorquere. Conſiliū meū eſt, ut nobilitas ipſa, ciues, aut certe quiuis alter quorꝫ parentes eiuſmodi fundationes teſtamento reliquerunt, illa furata bona iure mediāte expoſcāt & repetant, qui fures ſi iniuſtitiā

detrectent poſt ſententiã uobis pronunciatã facto uobiſcum agant, qui ſi iura ſua alijs licitis medijs & uijs obtinere non poſſunt, ſua propria manu ſententiã pro ſe latam exequantur iuxta Romani imperij bullam auream C. unde vi. le. i. ff ad legem Aqui. Scientiam par. penul. Cuilibet eſt homini licitum ſua iura tueri. Non enim aliter poteſt in hoc mundo ratio altera intelligi, ut permittat̃ iuſto hęredi aufferri ſuoꝝ bonorum dominiũ iuſto titulo poſſeſſum. Simile inq̃ temerari poſſet & in te & in quouis altero. Iura enim omnibus æqualiter condita ſunt, & nulli priuato ſolum.

Quare igit̃ quiuis uir probus cuius parentes ſicut præmiſſum eſt, quicq̃ fundarunt, donarunt, in bonũ ſalutis animæ ſuæ, laudis & gratiarũ actionis perceptæ gratiæ dei uobis per medios digitos cecutiret, ut eius ſpei & Chriſtianæ fidei gratiæ & utilitatis ſuos probos parẽtes ſub terra ſepultos deprædaretis ac denudaretis, ſe ſuoſq̃ liberos in inopiã truderetis, ut ſic in miſeria & paupertate uagantes uos domicellos ſuper bos facerent, & ſuis pennis uolatũ ueſtrum iniuſtũ promouerent ueſtra furta impie facta tollerando, ut ſic in poſterũ quilibet fur fugulo dandus uociferaret prius dños meos ſuſpendio occidatis, hij enim ſunt qui multo plura quam ego furati ſunt. Deberetq̃ hoc pati, aut cecutire uel certe tollerare, ut uim inferretis, & uiolenter opprimeretis pauperes ruſticos uillarum, ueſtra tyrannide pendere cenſus & redditus, quibus nec obulum quidem tenentur. Et nihilominus nunq̃ ſaluarentur, neq̃ probe agerent coram mundo, ubi non uero dño & hęredi cenſum darent, decimas & redditus.

Quibus ego cenſus & redditus pendentibus & decimas, nullũ aliud cõſiliũ uel do uel dare poſſum aut debeo in uia iuſtitiæ, quam ut cenſum præbeant ueris dñis, iuxta literarũ tenorem deſuper confectarũ. Aut certe ſi eos ui & tyrãnide uobis cenſum redditus decimas præſtare adigatis, contra deum iuſtitiã, probitatẽ & oẽm æquitatẽ, ut nihilominus hoc idem

cenſuum

cenſuum ac redditũ ueris dominis ſoluant & tribuant, alio-
qui corã deo ſoluti nõ ſunt, ſed perpetuæ damnatiõi obnoxij
& rei. Sic equidẽ ſanctũ docet euangeliũ Matth. v. Ego aũt
dico uobis non reſiſtere malo, ſed ſi qs te percuſſerit in dexte-
ram maxillam tuam præbe illi & alterã, & ei qui uult tecum
in iuditio contendere, & tunicã tuã tollere, dimitte ei & pal-
lium. Et quicunq; te angariauerit mille paſſus, uade cum illo
& alia duo, quum igitur tibi conſulitur alteram præbere tuni
cam cui non obligaris, quanto plus ei dare debes cui coram
deo & mundo omi iure diuino pariter & humano obligaris.

Quum ergo hæreditas ipſa diuini ſit iuris ut ſupra Nume.
xxvij. allegatũ eſt in uer. homo cum mortuus, nullius temeri
tate hoc ius uiolari debet. Quare igitur contra diuinã ordina
tionem & præceptũ aliena hereditaria bona, quacunq; id uia
molireris ueris heredibus ſurriperes, & contra iuris regulam
meteres ubi nihil ſeminaſti, hoc eſt utile quiddam duceres &
comodum ubi nulla ſenſiſti incomoda, & horum heres eſſe
uis, qui ex te nec ſtuppam quidem hæredare poſſunt ff de re.
iur. Secundum naturam.

Ideoq; hijs euangelicis furibus, qui eiuſcemodi hæredita-
ria bona ueris non ſinunt heredibus, ſed & eccleſijs aufferũt
quibus teſtata ſunt, talis eorũ furtiua contractatio inuito do-
mino neq; hic neq; coram deo unquam donabitur, niſi iuſtã
fecerint ſatisfactionem, talis perpetrati furti & ablatorum bo
norum. De re. iur. li. vi. Peccatum.

Talia aũt ut præfert ablata bona ſi fuerint alienata, utpote
ex caſulis meritricũ eſſent ornamẽta conſuta, & ex calicibus
cæteriſq; eccleſiæ uaſis moneta cuſa, reſtituant hij ſacrilegi fu
res æſtimationem, quod ſi nec æſtimationem habuerint, ue-
nundentur a iudice, & in corpus eorũ animaduertatur Exo.
xxij. Et nihilominus conditionem imponere pinguioris fu-
turæ fortunæ, quod ſi hij fures uita defungentur, in hæredes
ſit actio. Super quo uide glo. regulæ peccatum li. vi.

CONCLVSIO V.

De quinto titulo iuſte poſſeſſiōis, ſcilicet Ex legato.

Famoſus eſt qui legatū ſibi aſcripſerit, depilauerit, & a quibuſcunq; legatarijs ſiue iuſtis hæredibus (cum ſint conditionati domini legatoꝝ) abſtulerit, lege cornelia & capitali iudicio publico damnandus.

Quintus iuſte poſſeſſionis titulus, eſt legatoꝝ uigore acquirere. Et eſt legatum donatio a defuncto relicta, ab herede præſtanda in le. Si fundum ff de lega. & inſti. de lega.

Quum igitur legatarius uerus efficit̃ dominus accepti legati, ſibiq; dominiū conquiſiuit. Conſequitur ex præcedentibus omnes eos famoſos eſſe, qui clericis monachis ſacro ſanctis eccleſijs huiuſmodi relicta bona auferunt. Lex enim cornelia eos punire iubet publicis iudicijs ff Ad le. Cor. de fal. le. i. par̃. ad teſtamenta & le. Si quis legatum.

CONCLVSIO VI.

De ſexto iuſte poſſeſſionis titulo. Ex donatione.

Famoſus eſt qui donationes mortis uel non mortis cauſſa factas, aut certe elemoſinas religioſis datas, quarū ſiūt ueri dñi, audet auferre, infringere, abripe, capitali iuditio plectēdus.

Donatio iuſte poſſeſſiōis titulus, eſt bona acquirēdi inſti. de dona. par̃. Eſt & aliud. Sic ut is cui donat̃ uerus eſt dñs donatoꝝ bonoꝝ, & acquirit dominiū. Ideoq; nec ullum adeſt dubium ſi quis eiuſcemodi donata bona inuito eo alienat aufert &c̃. furem illum eſſe & raptorē, & ob id famoſum, quippe quod publicis debeat iuditijs plecti ac damnari.

Etſi hic fortaſſe iuſte adeſſent exceptiones ut ſcilicet ingratitudinis inſti. de dona. par̃. Sciendum tamen, aut certe non eſſent donationes perfectæ uel inſinuatæ inſti. eo. par̃. Aliæ aūt, uel eſſent immenſæ donationes quomodocunq; hoc accidere poſſet, id omne his eccleſiæ furibus prodeſſe non poteſt, quippe quod illud neq; iure eſt intentatum, neq; per ſententiam definitum.

CONCLVSIO VII.

De ſeptimo iuſte poſſeſſionis titulo.
Ex cenſibus & redditibus.

Famoſus eſt qui cenſus & redditus cultui diuino ex pijs cauſ⸗ſis deputatos in prophanos uſus temerabit cõmutare, & cum alterius detrimento ac iniuria alium facere locupletiorem, conariq́ plus iuris in alium transferre quam habuit ipſe.

Hic ego in nullũ pono dubiũ cenſus habere & redditus nobilitati & ſtatui religioſo cõceſſum, de reliquis nihil certum habeo. At quia ciues & ruſtici cenſus & redditus habent, pro contractu licito habere uolo, ut ad minus æquo iure religioſi & clerici ſuos cenſus habere poſſunt & redditus, quo ruſtici & ciues ſuos habent.

Neq́ neceſſariũ putauero probandũ quod religioſis & clericis poſſint ex pijs cauſſis eiuſcemodi cenſus & redditus dari & fundari, de hoc eñ ad nauſeã uſq́ & ad ſuperabundantiã habet̃ in Auten. de Mona. de non alie. aut permu. Sed ut noſtræ exundent rationes, unicã Conſtan. Augu. legem C. de ſacroſanc. ec. in mediũ proferemus ita ſonantẽ. Habeat unuſquiſq́ licentiã ſanctiſſimo catholico uenerabili cõcilio decedens bonorũ quod optauerit relinquere, & non ſint caſſa iudicia eius, nihil eñ eſt quod magis hominibus debeat̃ quã ut ſupreme uoluntatis, poſt quã iam aliud uelle non poſſunt, liber ſit ſtilus, & licitũ, quod iterũ non redit arbitrium.

Annui redditus inter immobilia bona cõputant̃ in le. iubemus C. de ſacroſanc. eccl. quæ neq́ alienari neq́ aufferri debent, qui aũt hoc facere temerarit, puniri debet non ſolũ faciens, ſed & hui⁹ eccleſiæ Economus uel Sindicus eo. par̃. Economus, ſed & ſcriba qui eiuſcemodi cõtractũ ſcribit par̃. his tabellionib⁹, & iudices hoc admittentes. Auditis iſta uos eccleſiarũ fures, ut oẽs uos iudices Economi, ſcriba tuti quanti pœna plecti debeatis, ideoq́ & nihil uobis aliud exſpectãdũ reſtat, quã ut calceis exutis ad patibulũ proficiſcamini.

Sed & hæc pœna publicorum iuditiorum eſſe debet ff ad le Iul. pecu. le. i. & le. iiij. Ea le. Mandatis aūt, & le. Sacrilegi eo ubi dicit. Et ſcio multos etiam ad beſtias damnaſſe ſacrilegos, nō nullos & uiuos exuſſiſſe, alios uero in furcas ſuſpendiſſe, & decolaſſe in le. Sacrilegi capite puniuntur. Heæ ſunt pœnæ ueſtrorum honorificorum factorum quas meruiſtis cenſus, redditus & decimas eccleſijs furando.

Euangelici prædones & præcones miſeris & ſimplicibus ruſticis fidem fecerunt, hypothecas impignoratas ſolui ac liberari poſſe, ſi clericos & religioſos expulerint, & eccleſias atque monaſteria dilacerarint, quibus hij ſimplices ruſtici ſeducti in huiuſmodi anguſtias & miſeriam delapſi ſunt, contra ius ipſum, ne qua hypotheca aufferatur, quam cum ſolutione pecuniæ capitalis in leg. Grege par̄. etiam ſi numero ff de pigno. Quare firmiter & uere credo hanc miſerorum ruſticorum ſanguinis effuſionem ad deum pro uindicta clamare, non in eos qui fuderunt, quippe quod iuſtitiam tutati ſunt, ſed in iſtos apoſtolicos fures prædicatores, & in omnes eorum receptores ac defenſores.

Ex quo primo conſequitur, infamem eſſe quemlibet qui eccleſijs & religioſis ſuas per uim auffert hypothecas, & ab illis eos ui depellit & iniuria in le. Prætor ait par̄. Ne quid & par̄. Hoc interdictum ff de ui & ui ar. lege Iulia publicorum iuditiorum plectendum.

Conſequitur ſecundo dupliciter infamem eſſe, & duplatum eſſe furem qui cum retentis hypothecis, etiam & capitalia detinet bona.

Conſequitur tertio hunc tripliciter eſſe famoſum, qui hypothecas, capitalia bona, & cum hoc eorundē & ſigilla & literas furatur, in le. Nec intereſt ff Ad le. Iul. de ui pri.

Cōſequitur quarto quadrupliciter infamem eſſe qui poſt ablatas hypothecas, capitalia bona, literas & ſigilla homines ui coercet ſibi cenſus & redditus ferre, quum ei neque denarios neque

os neq; obulos teneantur in le. Lege Iulia peculatus ff. Ad le. Iul. pecu. & le. iiij. O uos tam multipliciter infames euangelici neq; criminoſi, & ſcandaloſi eccleſiarũ fures, ſi in toto ueſtro corpore unica eſt ſanguinis gutta honorum pudeſiatis, uel parum quod huiuſmodi uobis cum ueritate obijciuntur. O quæ ſcandala, quas infamias noſtro probo germano natali ſolo irrogatis, ueſtriſq; parẽtibus ſub terra ſepultis, pertingant obſecro hæc lamenta in thronũ diuinæ maieſtatis ad ueſtras tandem iniurias ulciſcendas.

Ego igitur ſi per fidem & honores ſentẽtiam ferre iuſtam iuberer, ſicut miſeri incogitantes & ſimplices ruſtici in honore & bonis puniti fuerunt, quippe quod moliti ſint denegatis cenſibus & redditibus in illicitam & ſeditioſam libertatem ſe uendicare uoluerũt, pronunciarem huiuſcemodi pœnam plus merito ab illis ipſis ciuitatibus & dñis luendã, qui per eorum euangelicos nebulones ad hoc operam nauarunt, & quidem ſedulam atq; diligentem donec miſeros decepiſſent, nec eo ſatiati ut tales furum illicitas doctrinas ſuis ciuitatibus implantaſſent, quin & ſuos tales nequam in uillas & terras miſiſſent miſeros homines decipere, quaſi non alioqui mala ſuapte natura plus bonis pullularent.

Hæc concluſio in quinq; regulis iuris fundata eſt. Prima. Quod ſemel deo dicatum eſt, amplius in humanos uſus conuerti non debet. De re. iur. Semel li. vi. Secunda. Iure naturæ æquum eſt, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem in le. iure naturæ ff de re. iur. Tertia. Nemo poteſt plus iuris in aliũ transferre, quã habeat ipſe de re. iur. Nemo li. vi. Quarta huic ſimilis. Non debet eo & Nemo plus.

CONCLVSIO VIII.

De octauo iuſte poſſeſſionis titulo. Ex teſtamentis ſacro ſanctis eccleſijs factis.

Famoſus eſt q teſtamentis ſacro ſanctis eccleſijs factis fraudẽ fecerit, amouerit, celauerit, rapuerit, deleuerit, interleuerit, mutauerit,

mutauerit, quia legis Corneliæ pœna damnari præcipitur.

Hæc pœna habetur in le. Qui teſtamentũ ff Ad le. Cor. de fal. Et ob id ſiunt infames, quippe quod præcipiantur publicis iudicijs puniri, & quia ſupra de teſtamentis ſatis eſt dictũ, hic breuitati ſtudens pertranſeo.

CONCLVSIO IX.

De nono titulo iuſte poſſeſſionis, Ex contractibus omnium gentium.

Famoſus eſt q̃ monaſteriorꝫ bona licitis cõtractib⁹ hæreditario iure, aut certe quouis alio iuris titulo acquiſita, ui auffert. depredat̃. Nã hunc capitalis animaduerſio dãnat & infamat.

Quamuis multi ſint contractus, & iuſte poſſeſſionis tituli, a iure omniũ gentiũ introducti, ut ſunt ſeruitutes, uſus, uſucapio, habitatio, præſcriptio, & a iure ciuili, ut ſunt emptio, uenditio, locatio, conductio, ſocietas & his ſimiles ſufficienter declarati, Inſti. de re di. & ff de ac. re. do. Nihilominus breuitatis cauſſa in Baden ĩ meis cõcluſionib⁹ pricipales adduxi q̃ toti forẽt orbi cogniti, q̃s nullo honore uiolare qs poſſet.

In hac concluſione ex nomine contractus omnes intellige ſcilicet licitos, & iuribus admiſſos, quibus nemo uim inferre audeat quã furtis, rapina, aut certe alia infamia. Pretor em̃ ait, quod ui aut clam factũ eſt, qua de re agit̃, id quum experiundi poteſtas eſt reſtituas. Hoc interdictum reſtitutoriũ eſt. Et per hoc occurſum eſt calliditati eorꝫ qui ui aut clam quedã moliunt̃. Iubent̃ em̃ reſtituere ea, & parui refert utrũ ius faciendi habuit, ſiue enim ius habuit ſiue non, tamen tenetur hoc interdicto, propter quod ui aut clam fecit. Tueri enim ius ſuum debuit, non iniuriã comittere ff quod ui aut clam Prætor ait. Vbi enim per uim aliquid fit, ibi dolus præſumitur ff de ui bo. rap. le. Prætor par̃. Doli mali.

Itaqꝫ ex hoc interdicto intellexiſti, ubi ius prætẽdiſſent hij apoſtolici prædones, non fuiſſet illis hac facti uia quiddã tentandũ ui dolo & furto, ſed iure. Sed quid plura dicã, ſi mens

uobis

uobis fuiſſet a probitatis & honeſtatis ſemitis non aberrare, non in hunc euangelicum ordinem ueniſſetis, in quo calices furari ſummus eſt honos.

Quibus nouem præmiſſis concluſionibus ſufficiẽter probatum credo, omnes eos qui hanc facti temeritatem uirtute uerborum dei feciſſe ſe gaudent, aut quibuſuis per eos allegatis iuribus, furta eiuſcemodi & rapinas colorando defendendo fures ſunt & raptores patibulis gladio & alijs publicis iuditijs ſubijciendi.

Sequuntur concluſiones octo de fictis & excogitatis cauſſis, & famoſis infamibuſq; titulis euangelicorꝫ furum & raptorꝫ, cum quib⁹ maxima corꝫ malefacta fucant colorant & defendunt.

CONCLVSIO X.

Famoſus eſt qui reformationis titulo ſua ſententia ſola inſtitutum cultum diuinum deſtituit auffert & delet, & quod omnes tangebat ſua temeritate deformat & approbat, plus ualere non animaduertens, quod re ipſa facit, quam id quod ab eo ſimulata mente concipitur.

Alij euangelici quum ab eis ſciſcitatur, quare diuinũ cultũ deſtituitis, aiunt ſe eundẽ in melius reformare & non delere, quis aũt tam eſt a mente alienus, qui crederet diuinũ cultũ hactenus obſeruatũ, a concilijs & tota Chriſtianitate a xij. apoſtolis, ſanctis pontificib⁹ dei martirib⁹ inſtitutũ & auctũ, peiorem eſſe hijs cantiunculis & cantilenis iam ab euangelicis ſimijs in eccleſia decantatis. Etiam ſi uerba bona ſint, eſt tamen melodia aliquando de Theodorico Veronen. aut Hilteprando ueteri, aut cantilenæ fabarũ, neq; ſunt humanæ excogitationes quicquid effecerint ipſi, at ea quæ fecere ſancti dei, humanæ ſunt inuentiones.

De noſtro toti⁹ Chriſtianitatis diuino cultu ita iura dicũt, ſed nouo iure pro tali iniuria uerberaт̃ aut in exiliũ mittitur.

Sed ſi ſacra miniſteria turbauerit, uel celebrare prohibuerit, capite puniat̄ C. de epiſco. & cle. Sed nouo. Et ideo miſſam abrogantes, & ſeptem canonicas horas delētes, infames ſunt quod publicis iuditijs præcipiantur puniri. Simile huic habetur in Auten. de ſanc. epiſco. par̄. Si quis.

Quis ergo uobis demandat diuinum cultum a communi Chriſtianitate inſtitutū, ueſtro priuato iudicio leuare & auferre, contra iuris regulam. Quod omnes concernit ab omnibus approbari debet. De re. iur. li. vi.

Quare ergo in propria cauſſa iudex eſtis, quum cōmunia iura id uetent. Ne quis ſibi ſententiam dicat C. Ne quis in ſua cauſſa. Generali lege decernimus neminem ſibi eſſe iudicem uel ius ſibi dicere debere. In re enim propria iniquū admodū eſt, alicui licentiā tribuere ſententiæ. An neſcitis nullam uos ſententiā dicere debere niſi in partium præſentia, aut ubi partes contumaciter abeſſent ff de re iudi. le. de unoquoq;, & le. cōtumatia. Ideoq; non debuiſſetis uos in totius Chriſtianitatis præiudiciū ſic tuliſſe ſententiam.

Quum met ipſi ignoretis quid reformare debeatis. Primo equidē miſſam mutaſtis ut non eſſet ſacrificiū. Sec'o nouum finxiſtis canonem cum ueteris reiectione. Tertio quo deuotius miſſam celebrem haberetis, germanas miſſas legebatis, latinas abrogando. Quarto populū monuiſtis ſub utraq; ſpecie corporis ſcilicet & ſanguinis Iheſu Chriſti comunicare, ſicq; miſſam toties reformaſtis, donec illam cum abnegatiōe præſentis Chriſti ex toto deleretis ut ſupremā blaſphemiam. Sic & greci Troiā reformarunt, & Titus ac Veſpaſianus Hieroſolymam, Romamq; ciuilia bella.

Eius me monet ueſtra reformatio (ut exemplo dicā) quale apud Aeſopū reperio, lupū ſcilicet anſeres reformare uolentem reuincto ſacco poſt tergū, dextra cœlum indicabat anſeribus aditū pādens doctrina ſalubri, ſiniſtra uero anſerem iugulans in ſaccum detrudebat. Dextra baptiſmū docebat laua

crum

crum eſſe regenerationis humanæ, ſiniſtra iterū uno appre‑
henſo anſere in ſaccū ponit, quouſq; hac falſa demonſtratiõe
omnes anſeres in ſaccum a tergo reuinctū collegit. Ita & uos
euãgelici lupi dextra Canonē indicatis alterandū, ſiniſtra ca‑
lices furamini & miſſarū caſulas, dextra docetis miſſam ger‑
mano ſermone legendam, ſiniſtra redditus & miſſarū cenſus
furamini. Dextra oſtenditis uenerabile ſacramentū panem
dumtaxat eſſe piſtoriū, ſiniſtra monſtrantias, acerras, & au‑
reas atq; argenteas cruces depredamini. Credo uos non tam
eſſe incogitantes quin me ueſtrā reformationē plane intelli‑
gere uideatis. Non debet cum oſtenſione liciti illicitū perpe‑
trari ff de Offi. prę̃ſi. le. illicitas par. Ne tenuis. Falſa enim de
monſtratio non poteſt ueritatis ſubſtãtiam permutare C. de
præci. impe. offe. Cum falſa. Neq; ullus in hoc mundo intel‑
lectus capere poteſt. ut furari, rapere, incendere, latrocinari
reformationis nomen mereantur.

CONCLVSIO XI.

Famoſus eſt qui piarū cauſſarū fuco erogationis ſcilicet ele‑
moſinarum redemptionis captiuorum, alimentorum paupe
rum, de aliena ſubſtantia non ſua dominum honorat, & res
ſacras prophano iudice diſtrahit.

Tertij ſuas rapinas & furta elemoſinarum erogatione de‑
fendunt, ſicut ſe Iudas ungenti effuſione cõmendabat, non
quod uel ipſis aut certe Iudæ de pauperibus curæ erat, ſed ut
euangelium recenſet, quia fures erant & loculos habebant.
Nunc autem nõ licet facere malum ut bonum inde ſequatur,
xiiij. q. v. Elemoſina. Ad Ro. Et ſicut aiunt quidam nos dice
re, faciamus mala ut ueniant bona. Quorum damnatio iuſta
eſt. Et nemo niſi uniuerſus orbis nouit, non multū gaudere
pauperes de ipſorum erogatione. Docetq; Salomon de pro‑
pria & non aliena ſubſtantia dñm honorare, Prouer. iij. Di‑
citq; Thobias, de tua ſubſtantia da elemoſinã Thobiæ iiij.

Hæc etiam ſi reſpondendi uirtus in uigorem tranſeat, ipſi utiq; eccleſiaſticorum bonorum diſpenſatores eſſe nō debent. Diui enim Laurentij intereſt theuſauros eccleſiæ diſpenſare, & nō laicorum. Ideoq; & hæc furto ablata bona a nullo uſucapi poſſunt ab his qui ab ipſis illa emerunt, quia per illicitā uendi tionē furtū cōmiſerunt C. de uſucap. pro emp. uel tranſ. par. Nec em̄, tn̄ de hac concluſione ſatis ſuperq; dictū eſt ſupra.

CONCLVSIO XII.

Famoſus eſt qui fidei & falſæ religionis titulo & allegatione ueris dn̄is ſua bona auffert, & ubi cauſſæ cognitio ac prætor deſideratᷣ temere incompetentis iudicis adimplet officium.

Quarti fures euangelici, quorum Zwinglius caput eſt, ita reſpondēt ſua furta gloſſantes, quod fictū habuerimus & excogitatū cultū diuinū, ideoq; & eis licere bona tali falſo diuino cultui fundato capere &c̄. Nūc aūt ego reſpondēs quero, quis hæc dicat noſtrū diuinū cultū eſſe falſum, aiunt Zwinglius ipſe. Quibus ego uiciſſim dico. Dicere Chriſtū Iheſum dn̄m noſtrū, ſanctū euangeliū ſcribere, & totius Chriſtiani orbis fidem docere, dei martyres clamare, miracula oſtendere, angelos fateri noſtrū diuinū cultū uerum rectum & ſaluſiferum eſſe pro uiuis atq; defunctis. At nunc deligite uel omnibus his credere, aut certe ueſtro Zwinglio.

Iterum ſe iuſtificantes replicāt, ubi nam ſacræ literæ id doceant noſtrū diuinū cultū eſſe ſalutiferū & uerū. Hic uos iam cōfundat deus uos famoſi fures & prædones, hāc quæſtionē facere debueratis, anteaq; neq; Zwinglio credidiſtis, noſtra bona ſic furando rapiendo, ut facere ſolent latrones neq; criminoſi. Quur incompetētis iudicis adimpleſtis officiū in hac ueſtra diuini cultus allegatione, ubi cauſſæ cognitio & prætor deſiderari ſolet, iam quia nos facto ſpoliaſtis, primū quæritis ſi iuſtā uel iniuſtā cauſam habeamus. Vos affirmatis, nos negamus, & ius noſtrū maximis uoluminibus oſtendimus, ſicut fecit erudítiſſimus & nobiliſſimus Henricus octauus,

Anglorꝫ Rex in ſuo de ſacramentis libro, contra quem hacte nus librum neqꝫ uerbulo reluctari potuiſtis. Sic & fecit uene rabilis & probiſſimus Antiſtes Iohannes Roffenſis, de quo uobis Eraſmus Roterodamus improperat, quod in ſua ſcri pta nec mutire quidē audeatis, Clithoueus Pariſienſis & plu res alij, ut ſic ad minus negatio Cæſarū, Regum, Epiſcoporꝫ, doctorꝫ &c. cauſſam reddere debuiſſet ſuſpectam & dubiā. Nam negatione fit res dubia C. de acqui. poſ. le. Nemo, & de fi. inſtru. le. plures, & ff de tranſ. l. i. & ff de coll. bo. l. i. par. Si cum poſſint. Inſti. de interdic. par. Comodum.

Neceſſe hic eſt cōminiſci hiſtoriā nobiliſſimi regis mei, & dñi Henrici octaui in præfato ſuo libro contra Lutherū indu ctam, de ſeptem ſacramentis, ait em̄ Marcus Aemilius Scau rus uir clariſſimus & exploratæ probitatis, Romæ quū a Va rio Sucronenſi homine parū ſincero accuſaret̄ apud populū & orator oratione longa peroraſſet, ille breuiter & ſua & po puli fretus conſcientia non dignatus oratione contendere. Quirites inquit Varius Sucronēſis ait Aemilius Scaurus ne gat, utri potius credendū, cenſetis. Quib⁹ uerbis applauden te populo, uir honoratus nihili futilem orationē cluſit. Quæ percontatio non illic magis mihi uiſa eſt quā in præſenti quæ ſtione congruere. Vos Thuricenſes dicitis Zwingliū conce dere ut aliena bona ui aufferatis. Deus pręcipit. Non furtum facies, utri potius credendū ſit cenſetis. Chriſtus ſaluator di cit. Hoc eſt corpus meū, Zwinglius dicit, hoc ſignificat cor pus meū, utri potius credendū ſit cenſetis. Auguſtinus, Gre gorius, Hieronymus, Ambroſius cum omnibus doctoribus miſſam docent eſſe ſacrificiū & uerus diuinus cultus. Zwin glius hoc negās idolatriā cenſet, utri potius credendū ſit cen ſetis. Vniuerſus Chriſtianus orbis ſeptē acceptauit horas ca nonicas, quas Zwinglius reijcit, cui quæſo credendū, cenſe tis. Chriſti apoſtoli mulierū cœnobia in ſua uita inſtituerunt, quæ Zwinglius demolit̄, cenſetis cui credendū. Sed Barra

bam delegiſtis, Ihesum uero crucifixiſtis, quod neq; uobis neq; poſteris ueſtris liberis & nepotibus ad honorem unq; reputabitur, quippe quod lutiniſtæ & fidibus canenti credidiſtis, & uniuerſæ Chriſtianitati diffidiſtis.

Nunc itaq; & hijs temporib⁹ noſter non ualet diuinus cultus, neq; proſunt monaſteria, quæ tunc proderant, & erant omnia iuſta & recta, quando præ nimia inopia ueſtros liberos in eadem intrudebatis, & paterna hereditate ſimul & materna priuaſtis, & iam ſcelus ſceleri cumulando eis om̃ia per uim & latrocinia auffertis, hoc ſi animo inſederat, quare nõ potius liberos ueſtros in primo balneo ſubmerſiſtis quam in hæc tam iniurioſa exilia relegaretis. O uos infames nequam quid in proprijs filijs perpetratis. O patres iniqui, & omnis probitatis effeti, nunquid de illis legiſtis Deuter. xiiij. Caue ne derelinquas eos, quia partem non habent aliam in tua poſſeſſione. At iam nullam habemus partem in noſtrorũ patrum & matrum poſſeſſione, & ea quæ nobis diuina prouidentia & probi homines elargiuntur, etiam a nobis auffertis.

Ita lex præcipit Chriſtianis (qui uere ſunt, uel eſſe dicuntur) ſpecialiter demandamus, ut Iudęis ac paganis, quiete degentibus, nihil tentantibus turbulentũ, legibuſq; contrariũ non audeant manus inferre, religionis authoritate abuſi. Nã ſi contra ſecuros fuerint uiolenti, uel eorũ bona diripuerint, non ea ſola quæ abſtulerint, ſed conuicti in duplum quæ rapuerint, reſtituere compellantur, C. de paga. & ſacri. & tem. Chriſtianis. Si hæc igitur de Iudæis & paganis, ſi quiete degant, interdicta ſunt atq; præcepta, quare ñon magis etiam de nobis, qui eiuſdem Chriſtianæ ſumus fidei & religionis, eius dico fidei, quam ante ſex dumtaxat annos nobiſcum habebant cõmunem. Etiam ſi quid falſi in fide repertũ fuiſſet, quod longe abfuerit, & diuina auertat clemẽtia, nos eius falſi non ſumus authores, magiſq; nobis cõpati deberẽt, quippe quod propter æſtimatam religionẽ omnia noſtra hęreditaria

bona

bona temporalia propter Chriſtum dereliquerimus, & religioni quam ueram æſtimabamus incumbentes, nihil corum in ſeculo didicimus, quibus hic in mundo arte & labore uiuitur, & nunc abſque ullo noſtro demerito a nobis per uim auferũt domum & curiam, ciuitatem & patriam, priuant omni alimento debito, in perpetuam mendicitatem compellunt, in exilia religant interim hij fures & prædones noſtris bon s, ſplendide epulantur cum diuite epulone aliquando in infernum ſepeliendi. Etſi igitur aliquãdo nimia rei grauitate preſſi, & tanti ſceleris conſcientia grauati, aliquid noſtrorum bonorum præſtant, tantundem eſt ut cum his nobis bonis datis pediculos excutere ualeamus, reliquum ipſi in magna ſuperbia conſumunt. Si deus iuſtus eſt non ſinet aliquãdo tantam iniuriam inultam iri.

CONCLVSIO XIII.

Famoſus eſt qui mutato conſilio in alterius iniuriam uno teſte non legittimo, uel certe pluribus nulla iuris habita ratione alienis bonis fraudem fecerit, quia lege iulia peculatus pœna plecti iubetur.

Quinti nebulones euangelici furtiui dico euãgelij dicunt ſe mutato conſilio, fundationes diuini cultus in alium longe meliorem uſum cõmutare, quum tamen luce clarius ſit, neminem poſſe conſilium ſuum mutare in alterius detrimentũ, ff de re. iur. Nemo, & non eſt nouum.

Taceo id eos facere in unius teſtis ore ſicut Zwinglij, hũc uerum cenſent contra totius orbis Chriſtiani teſtimonia, & contra dei uerbum ita ſonans. Non ſtabit teſtis unus contra aliquem, quicquid illud peccati & facinoris fuerit, ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne uerbum, Deute. xix. Etſi dixerint ſe plures tribus habere teſtes, ego centum mille uni ipſorum teſtium opponam quotquot habuerint.

Concluſio

CONCLVSIO XIIII.

Famoſus eſt qui tumultu, ſeditione, concuſſione, religioſorum peculia, mercedes laborum ſuorum rapit, deſpoliat, ſcindit, frangit, & quia ſe atq; ſua bona deo dedicarũt, ſacrilegij pœna grauiſſima mortis puniendus.

Sexti euangelici nebulones ſe excuſando dicunt ciuitatũ cõmunitates in culpa eſſe, quas uel domare nõ poſſunt, neq; imperio gubernare. Si neſciunt regnare, deponant imperiũ, conſenſus poſterior mentes eorum iudicat uanas. De tumultu habet Exo xxiij. Non ſequaris turbã ad faciendũ malũ, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut a uero deuies. De ſeditione ita lex ipſa perhibet. Per hanc legem punitur qui incepit & occaſionem præſtitit ſeditioni ff ad le. Cor. de ſicca & uene. le. Eiuſdem legis par. Item qui auctor. Eſt enim ſcœlus ſacrilegio ſimile, ubi homines armati conueniunt contra rem publicã & ſeditionẽ facere publicis iuditijs corrigendum.

Sed & C. de his qui ad ec. confu. le. denuntiamus ita habetur. Denuntiamus uobis omnib9, ut in ſacro ſanctis eccleſijs & in alijs quidem uenerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete uota cõpetit celebrari, abſtineatis ab omni ſeditione. Nemo conclamationib9 utat̃, nemo moueat tumultũ, aut impetum comittat, uel conuenticula collecta multitudinẽ quałibet parte ciuitatis uel uici, uel cuiuſcunq; loci colligere aut celebrare conet̃. Nam ſi quis aliquid contra legẽ a quibuſdã æſtimet perpetrari, licet ei adire iudicem & legitimũ poſtulare præſidiũ. Sciant ſane omnes quod ſi aliquis contra huiuſmodi edicti normam, aut agere aliquid, aut ſeditionem mouere tentauerit, ultimo ſupplicio ſubiacebit.

De concuſſione docet Iohannes Baptiſta milites dñorum dicens, neminem concutiatis. Et ſi ſimulato præſidis iuſſu concuſſio interuenerit, ablatũ eiuſmodi terrore reſtitui præſes, p uinciæ iubet, & delictũ coercet ff de concuſſio. le. i. Ita deberent ciuitatum conſules ſeditioſos compeſcere, quid aũt uſq;

in hæc

in hæc tempora fecerunt ſufficienter uiſum eſt.

Actu.xxv. ita dicit diuus Paulus. Ad tribunal Cęſaris ſto, ibi me oportet iudicari, Iudæis non nocui, ſicut tu melius noſti. Si enim nocui, aut dignũ morte aliquid feci, non recuſo mori. Si uero nihil eſt eorꝫ quæ ibi accuſant me, nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello. O uos heretici & iniuſti ciuitatum cõſules & Senatores, nos clerici & monachi una ad Cæſaris tribunal aſtamus, eius ſentẽtiæ ſubiecti, ibi utricꝫ diiudicandi, nihil uobis nocuimus, ut met ipſi bene nouiſtis. Si enim morte quid dignũ egimus, mortẽ uoluntarie patiemur. Si aũt omniũ horꝫ in nobis nulla eſt culpa, in quibus nos accuſatis, quare ergo patimini nos depredari & nocere nobis ueſtros ſeditioſos in corporibus, bonis & honoribus. Appellamus cum diuo Paulo Cæſarem. Sed eius rei deus in cœlis cõmittereat̃ ſoli, & mundo uniuerſo notũ eſt, quod hæc oĩa in præiuditium & contemptũ Cæſaris facitis, ita tumultuantes ne imperium ſuum in exordio firmare quæat, & pacem regno donare, repugnareꝙ non poſſit Theucro crucis Chriſti hoſti & inimico, ita uos docent ueſtri fures prædicatores ſuperiorib⁹ & principib⁹ ueſtris obedire. At ſpero deum e proximo Cæſari affuturũ, ad opprimendã hanc uim ueſtrã & inenarrabilẽ iniuſtitiã, hocꝙ confidite, ueſter erit patiendi locus, quum uenerit Cæſar, ſicut noſter iam adeſt nobis.

De mercede uero laborꝫ religioſorꝫ & oĩm manibus laborantiũ Deut.xxiiij. habet̃. Non negabis mercedẽ indigentis & pauperis fratris tui ſiue aduenæ, qui tecũ morat̃ in terra, & intra portas tuas eſt, ſed eadẽ die reddes ei preciũ laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animã ſuam, ne clamet cõtra te ad dñm & reputetur tibi in peccatũ. Quo ergo iure contra hoc diuinũ ius non ſolũ mercedẽ religioſorꝫ reddere differtis, ſed omnino auffertis, uos uideritis.

CONCLVSIO XV.

Famoſus eſt qui religioſas edes expilauerit, effregerit, expu

gnauerit, quia lege iulia de ui publica tenet̃ capite puniẽdus.

Septimi euangelici ſimię dicunt ſe noſtra bona immobilia domos & monaſteria noſtra expugnatiõe noſtra poſſediſſe. De quo Leuit. vi. ſic ſcribitur Et reddet omnia quæ per fraudem uoluerit obtinere integra, & quintam inſuper partem domino cui damnum intulerat.

De omni quod deſtruit̃ tibi obeſſe non potens, ut ſcilicet ſunt infringere uitra & feneſtras, rumpere ianuas, dilacerare libros, fornaces demoliri, uaſa effundere, & eiuſcemodi ſceleſtorꝫ & improbiſſimorꝫ uirorꝫ clara facinora per euangelicos neqꝫ & nebulões facta in eccleſijs domib⁹ & monaſterijs, præcepit Moiſes ex diuino ore Deu. xx. Nec poteſt bellantiũ contra te augere numerũ &c̃. Hæc inqꝫ ſi hoſtib⁹ facere non licet, quare tuis ciuib⁹ & liberis ex tuis lumbis genitis fieri liceret.

Neqꝫ intereſt ſi nullus factus ſit concurſus, nec quiſqꝫ percuſſus, ſed nihilominus aliquid captũ eſt, nihilominus legi de ui priuata dinoſcunt̃ obnoxij ff ad le. Iul. de ui priuata le. Nec intereſt. Et quicqd eo mõ alienat̃, improbe poſſidet̃ C. Vnde ui. Auctoritatẽ in uer. improbe poſtulatis.

Ideoqꝫ ſi quis in tam ueſanã deciderit pertinatiã, ut bonorꝫ rei publicæ poſſeſſionẽ aut certe aliorꝫ quorumlibet hominũ ante latã iuditiariã ſententiã ui detineret ſi bona ſunt uim facientis, debet & bona & poſſeſſionẽ reſtituere, & illorꝫ bonorum dominiũ perdere. Sed ſi alienis bonis uim facit, non ſolũ bona reſtituere debet, ſed & cũ bonis æſtimationẽ C. Vnde ui. Si quis in tantã. Satis itaqꝫ hic dictũ eſt de famoſo facto & ciuili ac pœnali pœna eorꝫ qui uim faciunt.

CONCLVSIO XVI.

Famoſus eſt qui concuſſione interueniente eiuſmodi terrore abſentis bona pro derelictis habet & auffert quia præſes reſtitui iubet & delictum capitali iudicio coherceet.

Octaui euangelici neqꝫ, ubi timore ac ſeditione & tumultu clerici uel monachi auffugerunt, omne quod remanſerat accipiebant,

accipiebant, eoꝝ bonoꝝ ſe dñi æſtimãtes, quippe quod pro derelictis habebant, quod omnino fieri nequit, id enim pro derelicto habet̃ quod uerus dominus eo reijcit animo, quod talia in ſuoꝝ bonoꝝ numero amplius habere nolebat, inſti. de re di. par̃. Pro derelicto, ſecus autem eſt de clericis ſeditione & tumultu auffugis.

Et tenetur quilibet ſcire quid non ſit ſuum C. unde ui le. ſi. ſed & quod non ſit ſuum alioꝝ eſſe C. unde ui Conquærebatur. Sed & nullus noſtroꝝ bonoꝝ in licitatione uel ſubhaſtatione æſtimationem ponere debet, etiam ſi uenalia forent, etiam ſi Iudæi eſſemus, ius enim hoc requirit ut cuilibet ſuorum bonoꝝ dominium demandetur C. de Iud. & cœli. Nemo.

CONCLVSIO XVII.

Famoſus eſt qui ablata religioſoꝝ bona etiam in quoſcunqꝫ pios uſus diſpenſat, & inuitis dominis contractat.

Si furtum eſt contractatio fraudulẽta rei alienæ inuito domino &c. ſicut ſupra ſufficiẽter eſt probatũ & oſtenſum ff de fur. le. i. Et uos noſtroꝝ bonoꝝ inuitis nobis procuratores eſſe uultis, neſcio ego ullo procuratore uos comparare, quã procuratore in tunica fulua, burſam in collo portantis domini noſtri Iheſu Chriſti, merces autem horum procuratoꝝ eſt ſuſpenſio, ſitqꝫ hic ſatis dictũ de ueſtra mendaci reſponſione, & fuco ac ſtibijs quibus maxima ueſtra furta, rapinas, ſacrilegia exornatis & coloratis. Interim uniuerſo orbe ueſtra ſceleſtia mendatia & facinora non ignorante.

SEQVVNTVR CONCLVSIONES de iniurijs & contumelijs uiuoꝝ. Et primo cum deo dicatis uirginibus perpetratoꝝ.

Famoſus eſt, qui deo dicatas uirgines lege prohibitas ducit uxores, inceſti uetitiqꝫ coniugij ſe nuptijs funeſtans, cum ex eis editos liberos lex pro nullis liberis habere præcipiat, & a patre non alendos demandet.

Hac in concluſione miros in me impetus faciunt, & perniciosiſſime inſoleſcunt, qui ſacras duxerunt meretrices, uirgines dicere uolebã, at ego illis palã faciam, non eſſe me qui hęc loquor, ſed ſpiritus patris mei dei q in me hæc intonat, & lex ipſa, illis ſuccenſeãt, non mihi, q ex eorũ ore hęc ipſa cõſcripſi.

In lege diuina ſcriptũ eſt Deut. xxiij. Quum uotũ uoueris dño deo tuo non tardabis reddere, quia requiret illud dñs deus tuus, & ſi moratus fueris reputabitur tibi in peccatũ. Si nolueris polliceri abſq; peccato eris. Quod aũt ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis & facies ſicut promiſiſti dño deo tuo, & ꝓpria uolũtate & ore tuo loquutus es. Ex qbus uerbis clare adparet deũ a nobis expoſcere uoluntarie emiſſa uota.

Item Nu. xxx. ſpecialiter de mulierib⁹ ita habet̃. Mulier ſi quippiã uouerit, & ſe conſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in ætate adhuc puellari, ſi cognouerit pater uotum quod pollicitã eſt, & iuramentũ quo obligauit animã ſuã & tacuerit, uoti rea erit. Ex hijs duab⁹ auctoritatib⁹ aperte oſtenditur & uotum ſola uoluntate factum, & cum iuramento firmatum utrumq; reddendum.

Paulus i. Corinth. vij. ait. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatẽ, poteſtatem aũt habens ſuæ uoluntatis, & hoc indicauit in corde ſuo ſeruare uirginem ſuã, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem ſuam, bene facit, & qui non iungit melius facit. Quum igitur a nobis continẽtiæ uota deus a nobis expoſcat, dicatq; diuus Paulus bene factũ eſſe, quis tam uellet a mentis ratione tanto deuiare, ut deum a nobis dicat aliquid impoſſibile expoſcere, quod Paulus melius factum eſſe doceret.

Sed noſtri euangelici nebulones & neq;, ut ſuam luxuriã habeant ſecurã, eam matrimonio fuco honeſtant, & in corda hominũ uenena transfundunt, continentiã eſſe impoſſibilẽ, aut ergo nubere oportere, aut aliqd ſceleſtius & turpius perpetrare, Ex tribus iam dictis auctoritatibus patet eos impudenter

denter de continẽtia mentiri. Secundũ peſſime eſt & dictũ & cogitatũ in uniuerſum humanũ genus, in uirgines, uiduas, adoleſcentes, uiduos, monachos, moniales, heremitas, anachoritas, ſed & in fere oẽs ſanctos dei. Et in Chriſtũ Iheſum met dñm noſtrũ, adeo ut eiuſcemodi neq̧ talia euomentem ab hoc orbe delendum iudicandum eſſet.

Conquerunt̃ hij porci ſemper in luto luxuriare ſe uolutantes ipſis continere non eſſe in eoꝝ poteſtate. Id omes diaboli uelint, impudicis cohabitant mulieribus, ebrij, guloſi, & ad palata ſemper exundantes, omnibus horis crapulã ſuam eructantes, nullius rei penitus apud eos eſt abſtinentia, nulla ſacerdotalis conuerſatio, dies noctesq̧ uina ingurgitant, & repletus uenter de facili æſtuat in libidinem, & Salomone teſte in uino eſt luxuria. Aiunt ſe experiri & contra eoꝝ uoluntatem pollui, ſed hæc quid ad continentiã & caſtitatẽ, quæ uirtus eſt cordis & mentis & non culi, neq̧ erit delictũ niſi fuerit uoluntariũ. Vnicũ tamen fatebor illis graue eſſe, adeo ut uir ſanctus Franciſcus cõtra hunc ſpiritũ nudus ſe niue & frigore debilitarit. Diuus Paulus hunc a ſe tolli dæmonẽ enixe rogauit, Hieronymus etiã in arcta pœnitentia poſitus, choreis uirginũ ſibi uidebat̃ intereſſe &c̃. ergo uirtus eſt caſtitas cui cœlũ debet̃, quæ ſic tendit ad ardua, parũ eſt quod delectat, æternũ uero quod cruciat, labor eſt ingens, merces aũt copioſa. Ob hoc Chriſtus ſaluator dixit. Aliqui caſtrarunt ſe propter regnũ dei, in quibus clariſſime de potentia loquit̃, quod nos ſcilicet caſtrare poſſimus, mox de difficultate ſubiungẽs. Qui poteſt capere, inquit capiat. Qui de hoc prolixius & loqui uelit & diſputare, libellum Iohannis Dietenbergij legat, Lutheri uotis monaſticis reſpondentem.

Præterea ſi continentiæ & caſtitatis uota, ut cætera quoq̧ uota deus a nobis expoſcat, ut ſupra eſt dictũ, deo dicatis monialibus uirtute diuini uerbi præceptũ eſt non nubere, quod ſi nubant, priora uota irrita facientes, æque famoſæ ſunt cum

cum his mulieribus quæ primo marito uouerunt, alterũ ſuperducentes. Sicut & uir quiſpiam qui primæ uxori alteram ſuperinduxit ff de his qui no. infa. le. Quid ergo.

Quod ſi qs temerarit non dico rape, ſed deo dicatã & ſacrã uirginẽ matrimonio ſibi copulare, hũc lex iubet capite plecti C. de epiſco. & cle. Si quis, & quæ de uiris diximus, de mulieribus dicta eſſe uolumus. Sic ergo nubentiũ contra diuinas & humanas leges bona non hęredibus ſunt permittenda, ſed fiſco applicanda C. de inceſt. & inuti. nup.

Pene uero contra leges & illicite ſic nubentium ſunt, quia omnia eorum bona confiſcanda ſunt, ſed & bona dotium in exilium relegandi ſunt, debentq; cingulo priuari & honore. Et ſi infimi fuerint ſtatus uerberandi ſunt C. de inceſt. & inutilib. nup. ea.

Neq; ſunt liberi eorum naturales nuncupandi, & ad paterna bona recipienda indigni, neq; patri præcipitur eos alere & educare C. eo. Ex complexu.

Sed in ſpecie de ſacerdotibus præcipitur Leuit. xxi. Scortum aut uile proſtibulũ, & quæ a uiro repudiata eſt, nec uiduam ducet uxorem, quia ſanctus eſt domino deo ſuo, & offert panes propoſitionis. Nunc aũt his temporibus communiter aut ducunt moniales, uiduas uel meretrices, aut certe ſuas focarias, cum quibus illis prior fuerat conſuetudo, aut alioqui uanas mulieres ſacerdotib⁹ a deo interdictas, tã eſt illis mens conſtans & integra iuxta uerbũ dei ſe regere & ambulare.

Propter hanc igitur concluſionẽ nemo mihi ſit moleſtus, ſed deo Moiſi & legibus ipſis ita præcipientibus.

CONCLVSIO XIX.

Famoſus cum ſit is qui hoc ſceleſto contubernio deo dicatarum uirginum nephanda licentia ſe cõmacularit, conſequẽs eſt, ut liberi ſic geniti omnis paternæ ſubſtantiæ & beneficijs ſint indigni, neq; naturales nominandi.

Hoc concluſionis huius conſequẽs clare habetur C. de inceſt.

ceſt. & inuti. nup. Ex complexu. Nunc autem eccleſia nemi-
nem ad cõtinendũ ſeu uouendũ cõpellit, ideoq; neq; de pon-
tifice, neq; de eccleſia cõquærere poſſunt. Sed in ordine quẽ
præſtat eccleſia, continentiã uult habere connexã, & hoc fa-
cere poteſt, ſicut quiuis alter qui ſua bona dat cum onere ab
eo impoſito ff de pactis in traditionibus.

Qui igitur ſacerdotio initiari cupit, non ad pompam, neq;
ad ſuperbiã, ſed ad utilitatem, hic prius ſuam potentiã emeti-
atur ad onus ſuſcipiendum, quod portare conatur, quod ſi ei
nimis fuerit ponderoſum, ſe ſcilicet continere in ſacerdotali
officio, quod ſi ſe poſſe præſumat, nihilominus hoc officium
cum timore ſuſcipiat i. q. i. Non eſt putanda.

CONCLVSIO XX.

Famoſus cum ſit qui deo dicatam ſibi deſponſat, & contra le-
ges coeat, conſequitur ut nec uir, nec uxor, nec nuptiæ, nec
matrimoniũ, nec dos, nec patria poteſtas intelligatur, quia
lex huiuſmodi liberos uult uulgo fuiſſe conceptos, & contra-
hentes exilio, bonorum confiſcatione, uerberibus & infa-
mia damnat.

Hæc concluſio probatiõe non eget, quia de uerbo ad uer-
bum ex lege ſumpta eſt, Inſti. de nup. par. Si aduerſus.

Nullum enim pactum conuentũ ſed neq; contractũ inter-
ueniſſe inter eos præſumimus, qui contra leges contrahunt,
C. de le. & con. prin. par. Nullũ enim. Et quod ex eis ſequiꝛ,
nulli⁹ roboris eſſe uolumus, ſed inutile C. eo. le. ea. Sed & ſi.

CONCLVSIO XXI.

Famoſus eſt qui ſacras uirgines in nuptias auſus fuerit ſolici-
tare, promouere, ſolemniſare, facultatem dare, & cum poſſet
non prohibere, quia in maleficijs uolũtas non exitus ſpectaꝛ.

Omnibus uitæ meę diebus audiui non expedire pediculos
in pelliceis educare, fouere, ac enutrire, quum ſuapte natu-
ra ibi increſcant. Quare ciuitatum regentibus & rectoribus
ex toto

ex toto non æſtimarā neceſſariū, ſed eorꝫ probitati & hone-ſtati multo plus fuiſſe decēs & honorificū, monaſteriorꝫ clauſuras nunq̄ reſeraſſe tam uirorꝫ quam mulierū, ad eorꝫ pro-fugia non conſuluiſſe, auxilia præbuiſſe, & millecupla praxi uiolentiā intuliſſe contra dei præceptū, contra leges, ab eorꝫ uotis deſciſcere & deo non ſeruare, quæ ſua met uolūtate ſpo ponderant, cauſſa profecto a qua om̄is urbiū & ciuitatū pro-bitas merito abſtinere debuiſſet. Sed quid cordibus eorꝫ de-lituit, noſtri rapti cenſus, redditus, & decimæ prodiderunt. Quibus & ſi ditiores facti ſunt, hoc tamē illis ipſis noſtris bo-nis nomen eſt partū eis, ut cum ueritate eis improperare poſ-ſimus, eos improbos & famoſos factos. Vox certe probo ui-ro intollerabilis & horrenda.

Sed ad Concluſionem non illos puniri modo qui fecerūt, ſed qui opem, auxilium, conſilium, & ad talia facienda con-ſenſerunt Leuit. xx. in Ver. Succidamq̄, & ad Ro. i.

Quod aūt in maleficijs nō exitus ſed mala uolūtas ſpectet, habes ff ad le. Cor. de ſicca & uene. le. diuus Adrianus.

CONCLVSIO XXII.

Famoſus eſt cōmuni Chriſtianorꝫ Heluetiorꝫ a ſuis progeni toribus introducta conſuetudine, qui etiam in bellicis cladi-bus puerperæ, ſeniculo, infanti puerulo, præſpitero, ſacris eccleſijs & uaſis deo dedicatis, quid per uim intulerit, abſtu-lerit, prophanarit, capitali iudicio obnoxius, maiore procul dubio infamia notādus, qui id ciui fuerint auſi intentare, q᷑ ſua laudatiſſima conſuetudine cuiq̄ nec in hoſte licebit.

Qui apud Heluetios in bellicis motibus eorꝫ iuramēta au-diuit, de hac conſuetudine recenſere poteſt. Neq̄ eſt in mun do qui eam non fateatur Chriſtianā, probam, laudabilem & omni honore dignā, ideoq̄ & legibus cōparandā, nec cū ho nore intermitti poteſt, neq̄ huius cōſuetudinis præuaricator minus puniri debet, quā legū trāſgreſſor i. q. vij. Si quis.

Quomodo aūt euangelici noſtri ſe erga clerū, monachos,

moniales

moniales, non in bello dico, ſed in eorꝫ met ſuſcitata ſeditio-
ne, furando, rapiẽdo &c. heu nulli eſt non cognitiſſimũ quæ
neq̧ Thurca nobis feciſſet, ſupra nimio plus dictũ eſt, & hic
non niſi cum ſummo tedio ultra narrandum.

CONCLVSIO XXIII.

Famoſus eſt qui non citatum, non uocatum neq̧ conuictũ, aut certe nullius iuditij uel reum uel obnoxiũ de ſua poſſeſſione & iure uiolenter, aut per ſententiã deturbat, exilio damnat, aut quouis alio iudicio publico moleſtat. Cum ius & lex de oĩbus bona præſumat, donec oppoſitũ iure cõſtet & ꝓbet.

Deus iuſtum iuditiũ in proximo faciendũ præcipit, Leuit. xix. Et quod iuſtum eſt uel eſſe credit, iuſte eſt exequendũ, Deute. xvi. Quodq̧ bonæ uiæ initiũ ſit iuſtitia, pluſq̧ accepta deo quam uictima, Prouer. xvi. Neq̧ bonum eſt derelinquere ueritatẽ iuditij, Prouer. xviij. Et docet nos diuus Paulus armatos eſſe per arma iuſtitiæ a dextris & a ſiniſtris. ij. Corinth. vi. Sed hij noſtri euangelici neq̧ moliti ſunt diuinã iuſtitiam ab hoc ſeculo delere, interim ſe nihilominus dei miniſtros iactitãtes, & uerbi diuini imitatores. Vbi queſo hoc eſt dei uerbũ, cuius uirtute hac facti uia eſt incedendũ, tale quid uerborꝫ dei ego non reperio etiã in omnibꝰ libris meis. Hoc aũt ex eiſdem ipſis libris cõpertũ habeo, abſq̧ iuſtitia nullum eſſe uel dici poſſe uere Chriſtianũ, Iaco. ij. Qui aũt in uno delinquit, factus eſt omniũ reus, & tamen egerrime ferũt, quando herefi accuſantur, quid ad hæc dicerẽt apoſtate, ſi eos non eſſe Chriſtianos airemus, pro ut non ſunt, quid ad me etiam ſi hoc eos male habeat, ſaltem ueritas ita ſit.

Quumq̧ iudex non damnat, ſed lex ipſa xxxiij. q. v. Homicidas, quare igitur hij ſcelerati heretici abſq̧ ulla lege clericos & religioſos damnarũt, & publicorꝫ iuditiorꝫ pœnas intulerunt, quod nec quiſq̧ lictorꝫ eſſet facturus.

Et ubi hij heretici fures ſcripta iura non legiſſent, potuiſſent ſaltem in ſa[illegible]ris literis, uel tñ pede offendiſſe Actuũ. xxv.

Sine eñ ratione uidet mittere uinctũ, & cauſſas eius non ſignificare. Et ſi quod crimen eſt in uiro accuſent eum. Eo. ca. in Act. Sed quid pluribꝰ de his nebulonibus recenſeã & eorꝫ malefactis ac iniuſtitia, ſi probi permanere uoluiſſent, nõ fuiſſent facti euangelici. Hæc breuibus tota eſt ueritas.

CONCLVSIO XXIIII.

Famoſus eſt qui ciuem, incolam, aut quemlibet aliũ ſuis clauſum muris, territorijs, ditionibus, ciuilitatis onera ſuſtinentem, uel hoſpitem etiã cuiuſcunq; ſtatus & conditionis, nullo iuris uigore a ſuorꝫ bonorꝫ dominio, poſſeſſione titulis depellit, uiolẽter quid illorꝫ auffert, furtũ, rapina & oppreſſio, nullis unq; uel fidei uel ꝓbitatis fucis honeſtanda excuſanda.

Salomon ait Prouerb. iij. Ne moliaris amico tuo malum, quum ille in te habeat fiduciã, mortẽ ego potius oppetijſſem, quam credidiſſem, & de ciuitatũ rectoribꝰ tale quid fuiſſem ſuſpicatus, quod in clericis & religioſis facto & infamia eiuſcemodi uim & iniuriã intuliſſent, qui multis annorꝫ centenis in proſperis & aduerſis eis cõmorati ſunt, onera ciuilia portarunt, & omni procul dubio in eorꝫ anxietatibus & anguſtijs cum eis mortem perpeſſi fuiſſent, ut ſic ab eis om̃i prorſus iuſtitia excluſa, mentem alienaſſent, facto obfuiſſent, & ſine eorum culpa in exilia & Ancyras relegaſſent. At iſte nunc ex uentre matris ſuæ nec eſt ſceleratiſſimus, in quem tantæ fiduciæ locatæ ſunt, & nulla hoſtilitate indicta, nullo ſuo ſaluo honore plus quã hoſtis nocet atq; ledit, ſub probitatis & amicitiæ palliolo. Quære obſecro ab his Iudis Iheſu Chriſte ad quid uenerint, oſculo prodituri.

Hoc peregrino facere prohibentur Exo. xxij. Aduenam non contriſtabis, neq; affliges eum. Deutero. xxiiij. quanto minus ſuis ciuibus, incolis, ſed & proprijs liberis a ſe genitis. Literas nobis dederunt atq; ſigilla, non minus nos defendere quam ſuos ciues, libertates, nocte non uigilandi, bellandi, cuſtodiendi. Tutores nobis dederunt Economos &c̃. noſtrã

utilitatem promouendi, & damna noſtra præcauendi. Quis eſt per immortalem deum tam inſidus, qui ſub hac tanta facie amicitiæ tutelæ &c. quid mali ſuſpicare potuiſſet. Quando nos unq̃ dignati ſunt uiſitare, uina extulimus abſq; omi menſura, luceos flauos illis decoximus, ius carniũ fuluum, quaſi met ipſe deus adeſſet. O uos nequã, O uos Iudæ proditores, O nebulones perfidi, quã nos turpiſſime decepiſtis, centum mille diaboli uobis hos flauos luceos apud inferos benedicãt.

Qui irrogauerit maculã cuilibet ciuium ſuorũ, ſicut fecit, ſic fiet ei. Aequũ iuditiũ ſit inter uos, ſiue peregrin⁹ ſiue ciuis peccauerit, quia ego ſum dñs deus ueſter, Leuit. xxiiij. Nulla erit diſtantia perſonarũ. Ita paruũ audietis ut magnũ, nec accipietis cuiuſq; perſonam, quia dei iuditium eſt, Deut. i.

CONCLVSIO XXV.

Famoſus cũ ſit, q nullo iuris uel forma uel ordine ſeruato, in perſonis aut bonis quiddã fecerit iniuriũ, facto ſiue uiolentũ, maiore & dupla notat̃ infamia, q poſt illatã iniuriã cũ eiuſmodi innocẽtib⁹, oppreſſis & expulſis, nulla reſtitutiõe præuia paciſcit̃, dãnoſe cõcordat, ac aliena bona diuidit atq; partit̃.

Hæc concluſio nulla indiget probatiõe, ſed uniuerſo mundo eſt uera habita, hunc eſſe ſcilicet furẽ, qui mea bona furat̃, & maximus malefactor & neq; qui nullo iure poſt facta furta, quenq; cogit de ſuis met bonis recipere quantũ ſibi placuerit. Nihil ergo mihi dat. Idem enim eſt nihil mihi dare & meum dare mihi, Inſti. de lega. par̃. Sed ſi rem legatã, in prima ablatione efficit̃ fur, in ſecunda ui retentione raptor.

CONCLVSIO XXVI.

Famoſus eſt & non ſine conſenſus ſuſpitione, q in ſeditioſos & tumultuantes re male geſta libellis inuectus, depredationes, furta, rapinas nobilibus factas deteſtatur, clericorũ autem ſiue religioſorũ conſimiles iniurias neq; in uerbo comminiſcitur, quaſi in miſerabili perſona liceat, quod in nobili lege & infamia eſt prohibitum.

Hic & ſi nullo modo neceſſariū eſſet in Lutheranos nebu‑lones crimen inijcere ſuſpitionis effuſi ſanguinis miſerorū ruſticorū tumultuantiū, & in ſeditioſam libertatē proclamantiū in prædicatores, dico noui fucati ementitæ gloſati euangelij, & in eorū receptores, defenſores, conſentientes, quum id nemo non neſciat, faciam tamen ex ſuperabundanti ne cui uideamur ullam iniuriā irrogaſſe aut falſitatē, ut ipſi ſolent pauonis ſpeculis exornaſſe, & certos Lutheri locos citabo, quibus ruſticorū crabrones irritarant, re adhuc integra, at iam re peſſime geſta ex eodē ore calidū efflant, ex quo prius frigidū exſufflarunt. Nam hoc ego Lutheri factū improbiſſime & iniquiſſime geſtū cenſeo, quod ſcilicet ab initio tantis curis miſeros ruſticos in ſeditionem clamoroſam ſolicitauerat, & uix in hanc facti uiam ſuis libellis cōpulit, euerſa aūt re tota caput ſuum extrahit, & quum Iuda proditore pœnitentia ductus, Iudæis triginta denarios in templū reijcit, immerito uiuens doctor præceptor, fomentū, ſuſcitabulū, & initiū tantæ pceptæ cladis, diſcipulis iā mortuis, q̄s hac uenenoſa doctrīa ſeduxit.

Sed & hoc improbū & famoſum iudico, quod poſt ſanguinem ruſticorū fuſum in eos ſolos inuehit, plærecꝫ enim ciuitates clericis & religioſis multo plura furati ſunt & rapuerunt, quā ruſtici contra deum ius phas & æquitatem. Hoc idem & multi Lutherani terrarū dn̄i fecerunt, quos om̄es ne uerbulo quidē in reſtitutionē adhortatur, taceo quod inuehendo inſaniret ut in ruſticos, indulgentias quocꝫ elargiret̄ eis qui aliquem ex eis occideret, quemadmodū miſeris fecit ruſticis.

Age nunc oſtēdamus quibus uerbis ruſticis bilem mouit, colerā auxit, & in ſeditionē cōcitauit. Contra Silueſtrū Prieratem ſcribēs dixit. Non ſolū ruſticos & ſimplicē populū, ſed & reges ac principes debere omni armorū genera in Pontificem Cardinales & ſpirituales efferri, debeatcꝫ poteſtas ſecularis libere ſuo uti officio, necꝫ animaduertere qd contra hoc ius ſcribat canonicū, quod totū fuiſſet fictū & excogitatum.

Item.

Item in libello ad germanã nobilitatem, concitat Chriſtianos nobiles in Pontificẽ, ut in cõmunẽ totius Chriſtianitatis hoſtem & deſtructorem. Ruſticis equidẽ & urbium ciuibus melle ora eorꝝ illiniuit, ad dei uerbũ defendendũ, atq; Chriſtianam libertatẽ tuendã, donec ad hoc faciendũ omnes rabidi ut canes abſq; ulla ratiõe facti ſunt. Quam primũ aũt res eo deducta eſt, ut in monaſterijs & eccleſijs nihil magis furandũ rapiendũ repertũ eſt, iam euangeliũ defenſum fuit, & Chriſtiana libertas uendicata, factiq; ſunt ex toto liberi, quales ſunt quos iura deditítios appellat, id eſt ex emphiteotis cẽſitis redditaarijs facti ſunt, in uita pariter & in morte ſerui, hoc eſt, duplicatum eſt iugum eorum.

In Babylonica captiuitate ita ſcribit. Fideliter clamo nullo iure Chriſtianis imponi poſſe ullam legem, neq; ab hominibus, neq; ab angelis quam met ipſi uelint & patiunt̃, quis hic non uidet effrenes eos feciſſe, neq; ſolũ a iugo canonũ, ſed & legum imperatorꝝ ſoluiſſe uniuerſos Chriſtianos.

In quodã paruulo ad iudicandũ libello ita digerit. Iam ita claudimus. Vbicunq; Chriſtiana eſt congregatio, quæ euangeliũ habet, non ſolũ ius habet & poteſtatẽ, ſed ad hoc tenet̃ per ſalutẽ animarũ ſuarũ, & per uota ac iuramenta Chriſto in baptiſmo facta, ut uitet, fugiat, deponat, & obedire recuſet ſuperioribus religioſorꝝ epiſcopis ſcilicet, abbatibus &c̃.

Vbicunq; hij euangelici fures prædicant, ibi neq; pax eſt, neq; quies undiq; ſeditio & tumultus, palam enim prædicãt euangeliũ oportere tumultibus & ſeditionibꝰ inualeſcere ſecundum Chriſti uerbum. Non ueni mittere pacem ſed gladium, ego hæc ſæpiſſime ex eorꝝ met ore audiui.

In quodam libello ad Senatũ Pragenſem Lutherus ita ſcribit. Non eſt ſperandum talia cum pace & externa quiete fieri poſſe, ſed ſuprema ſeditione & tanta tempeſtate, ut fere nauicula uideat̃ tota ſubmergi. Quid aũt ad hoc aliud dicam quã Petri uerba, oportet deo magis obedire quam hominibus.

Ideoq́ & illud in primis uos monere debet ad procedendũ, ubi principes & ſuperioritates uobis uideritis repugnare ſeu aduerſari, certo ex hoc iuditio ſcituri ex deo hoc eſſe quod ce piſtis, deumq́ uobiſcum eſſe. Ex quibus Lutheri uerbis Pra genſes non modicã habuere diſplicentiã, ut plærosq́ Luthe ranos occiderint, alios e regno expulerint, Huſſiticã ſectam inſuper relinquentes, Chriſtianæ ſe dederũt unitati, ex quo laus & gratia deo. Quibus ex uerbis liquido claret Lutherũ omniũ ſeditionũ facile fuiſſe principem & ante ſignanũ, nec ſolos ruſticos mouere uoluiſſe aduerſus nobiles, ſed & ciui tates cõtra principes & reges. Neq́ unq́ uiſus eſt populus in hoc mundo de ſeditionibus & diſcordijs plus gaudere, quam hij neq́ & rabidi nebulones. Nunc aũt quum miſeros ruſti cos uix in ſeditionẽ multiplici ſuaſione ſua compulit, & exci tauit, & re peſſime adminiſtrata, ut gratiã retineat principũ, retineatq́, ruſticorũ & animas & corpora dæmonibus ipſis dat & obijcit, extra omnem honeſtatis modũ in iam mortuos execratur, & maledicit. Quumq́ ruſticorũ concurſus in ſum ma clade & ſtrage fuerat, duxit ſibi deo ſacram uirginem in legittimam meretricem, in maximo gaudio triumphans, exe quias, triceſimumq́ hoc modo ſuis diſcipulis celebrãs. Quis autem a ſeculo unq́ audiuit monachos nupſiſſe.

Sed quid plura referã. Nemo niſi deus & uniuerſus orbis nouit, quomodo hij euangelici nebulones ſimplicem popu lũm primo in nobiles concitarint, & inobedientẽ fecerint, ſe cundo nobiles in religioſos. Ex quorũ numero apud Franci ſcum de Sickingen pleriq́ ante Treuerim germanas iamq́ le gebant miſſas, nobilẽ & ſtrenuũ uirum ſeducentes, qui iam omes miſſas ut idolatriã abominant̃, ita non nouit hoc homi num maledictũ genus ſibi met in docendo conſtare. Et ecce uir nobilis mortuus eſt, quũ ſuperuiuant hij neq́ apoſtatæ re ligionis Chriſti. Tertio Cęſarem, principes, ciuitates, terras, cõmunitates, in tãtas diſcordias, rixas, cõtentiones inuolue runt,

runt, ut ſe explicare nequeāt, ſitq́ nobis ſumma ſpes e proximo Thurcā adfuturū, qui noſtras dirimat lites & bella, & ad huc tam cæci ſumus ut iſtos neq́ criminoſos foueamus, nec occidimus, peſtes & exitia totius humani generis.

Ruſticos nec ego defendo, quod illis inq́ euenit, merito paſſi ſunt. Hoc aūt me habet miſerrime, ut poſt tantū fuſum ſanguinē belloꝝ authores (euāgelicos fures uolo) ſuperuiuere ſinunt, & a rectoribus ciuitatū defendunt, educunt, nutriuntur, abſq́ ulla tantoꝝ demeritoꝝ pœna, ſed & ex publico ærario uictitant, ne nobis neq́ & nebulones deſint, qui ruſticos exterminent, nobiles depauperent, & religioſum ſtatum ſuis furtis, rapinis, & ſacrilegijs deleant.

Sed & hoc ex corde doleo ruſticos ob eoꝝ furta & ſacrilegia, trucidatos conſules uero ciuitatū de quib⁹ maior eſt prouidentiæ & ſapientiæ præſumptio uiuere impunes, qui multo plura furati ſunt & rapuerūt, ac ab eccleſijs alienarūt, quā miſeri ruſtici, quaſi hoc ſolū ruſticis præceptū ſit. Non furtū facias. Non concupiſces rem proximi tui, & non æque ciuitatum incolis, de hoc tñ plura cum apparuerit cōtradictor, ſed ſcio hos neq́ euāgelicos nunq́ auſuros quicq́ contradicere.

CONCLVSIO XXVII.

Famoſus eſt, qui de fide diſputando & prædicando perſonarum ſubornatiōe, clamore, tumultu, terrore, minis, aut quouis alio quæſito colore calumniā fecerit, quo minus pars altera de cuius præiudicio agit, libere ſuæ cauſſæ merita tueatur, atq́ defendat.

De fide diſputare duplici ex cauſſa prohibitū eſt. Prima ne ex hoc det exemplū tumultuandi & periurij, Secunda ne iterum in dubiū reuocet, quod ſemel bene eſt definitū & determinatū C. de ſum tri. & fi. ca. Nemo clericus. Alioqui quod unq́ determinaret, per temerarios & friuolos iterū in dubiū reuocaret, neq́ hoc modo Chriſtianitas ipſa unq́ eſſet qetē habitura, quod hoc noſtro tempore experiētia didicimus.

Ex mul

Ex multis dolis fucis & technis non eſt hæc minima euangelicorum furum, qua ſimplicē Chriſtianū populū deceperunt atq; ſeduxerunt, quippe quod hactenus multa illis fuerint occultata ad eorum ſalutem pertinentia, quibus a doctis ſeducantur, & a diuino uerbo auertant̄, quæ techna maxima eſt cauſſa effuſi ſanguinis ruſticorum & percepti damni.

Quo dolo hij apoſtolici neq; hoc modo utunt̄, primo em̄ ſe offerunt coram tota cōmunitate diſputaturos, ad quam diſputationē congregant̄ & accurrunt diuerſorum generū ſtulti, pariter & neq; huius factionis conſcij, Iacobellus fiſtulator, Henrichus Pfurpffenſis, Conradulus Buffy, & cęteri mechanicorum ſutorum, ſartorum, cerdonū, coquorum, o probi & boni filij & diſputatores famoſiſſimi, hij tales ac tanti rei publicæ Chriſtianæ cenſores germano ſermone oīa rident, & quodcunq; a catholicis profertur illudunt, clamāt, obſtrepunt, ſibilant, manibus plaudunt. Videres nihil amice lector quod ad ſcurrarum neq; uirorum & ſtentoris officiū pertinet pręter miſſum, tā ſunt ſtrenui & clamoſi in Chriſtiana ueritate eruenda, quę hactenus mille quingentis annis delituerunt.

Secundo ſi quid ex catholicorum parte fuerit allegatū, quod neq; negare poſſunt neq; audent omnibus ſacris literis teſtimoniū perhibētibus. Huic incōmodo ita ſubueniunt, obtrudunt noua teſtamenta a Luthero interpretata, & ut lynces uident, & ſi unicū dumtaxat uerbulū diſſonat, etiā ſenſu ex toto conſonante (non poteſt enim quicunq; interpres uerbum reddere uerbo) mox inſurgunt. Ecce fraus inquiunt ecce dolus. Adhuc inquit unus Lutheranorum huius Chriſtianę diſputationis moderator altius legite, uos cæteri diligēter perpendite, uidete libros, intuemini quæſo textū, tam diu uidentes, ac tanta diligētia perueſtigātes, donec in noſtris ciſtis & monaſterijs oēs uiderint calices, acerras, monſtrantias, cruces, cenſus, redditus, decimas, literas, ueſtes, & uniuerſam ſuppellectilem, quæ cum oīa furto & rapinis abſtulerint tunc huius

huius Chriſtianę diſputationis intentū ſunt finem cōſequuti.

Tertio diſputationis ponunt conditiones, ſcilicet ſe nullo concilio credituros, nullis ſanctis doctoribus, nullo naturali magiſtro, non deniq; epiſtolæ Iacobi, quod ſtilū non redoleat apoſtolicū, non libris Machabæorum, quod ob quæſtum ſit confictū, nullā cum Markolffo ſibi arborē deligentes, in qua ſuſpendantur, ſed unico diuino uerbo ſe crediturος teſtātur, & illud apud neminē reperiri dicunt niſi apud ſe, reliqua omnia a catholicis inducta, humanas adſerunt excogitatiões & pura figmenta. Ego nunq; deum credam ſic & mentem & rationem exuiſſe, ut ſuum uerbum his nequiſſimis & ſceleſtiſſimis furibus committeret, ſed neq; ſtabulum porcorum..

Quarto nullū ſunt paſſuri iudicem, dicunt enim uerbū dei a nemine debere iudicari, quod tam eſt ſimplex & rectū, ut etiam in tectis dici poſſit, interim non cogitantes nos nullatenus admiſſuros uerbū dei apud ſe eſſe. Eſto admittamus uerbum dei non iudicandū, oportet nihilominus per iudicis cenſuram edici, quæ pars uerbū dei habeat, aut quæ illud in ſuo genuino ſenſu intelligat. Iuditiū omne a nobis auſſerunt, & ipſi interim omnia iudicantes deum iuxta atq; ſubulcū, ſe ſcilicet habere uerbum dei, ſe plane intelligere & uere ex ſpiritu ſancto loqui. Hæc & his ſimilia quæ ne Horeſtes eſſet crediturus, etiam dum maxime fureret. His & ſimilibus conditionibus nullum unq; ipſi eſſent ludum perdituri.

At iam ſacræ nos literæ docēt Iohan. xviij. Chriſtū Iheſum pro ſua met doctrina & uerbo, coram Anna interrogatū, ſed & percuſſum reſpondiſſe, iudicemq; perpeti uoluiſſe dicendo, Si male loquutus ſum teſtimonium perhibe de malo &c. Et Luc. xxiij. Quum de ſuo uerbo coram Pilato accuſaretur, quo populū ſeduxiſſet a Galilæa uſq; Hieroſolymā, ad teſtes prouocauit, non pro ſolo ſuo uerbo, ſed & pro corpore & uita tuenda, iuſtitiæ ſe obtulit, & uoluntarie iudicē perpeſſum. Hoc idē Steffanus corā Concilio fecit Act. vi. Sed & Petrus

atq; Iohannes ex parte uerbi dei, Act. iiij. Sed & Paulus iuri ſtare nõ recuſauit corã Gallione Romano iudice, Act. xviij. Et coram iudice Felice, Act. xxiiij. Corã Feſto Portio, Act. xxv. Coram Agrippa rege, Act. xxvi. Et Romæ corã Cæſare, Act. ult. ad quem etiam uoluntarie appellauit. Taceo ubi duo in dei uerbo diſcordarint, diuũ Paulũ eccleſiæ facultatẽ habere iudicãdi docuiſſe. i. Cor. xiiij. Recepitq; Petrus a Chriſto authoritatẽ in fide & uerbo dei nos confirmare. Sic Chriſtus Iheſus, Steffanus, Petrus, Iohannes, Paulus ſuper eorũ uerbis & prædicationibus iudices uoluntarie & ſpontaneæ ſe paſſuros obtulerunt, hij ſoli neq; his omnibus meliores, ue riores, nullum uolũt experiri iudicem, nullam pati cenſurã, quippe quod cauſſam habeãt omĩ tribunali aduerſam, timẽt inq; proculdubio ſe patibuli ſententiam paſſuros.

Quid multis opus eſt ſermonibus, ſcimus enim uerbũ dei neq; apud eos, nec apud ullos hæreticos unq; fuiſſe, ſed inflectunt diuina uerba in ſua uota quocũq; uoluerint. Quæ cum ita peruerterint, adſunt tandẽ mechanici eorũ & fockini atq; furfantini, clamantes, ridentes &c. O neq; ubi eſt germana ueſtrorũ parentũ ſinceritas, ubi fides, ubi ueritas. Vno tantũ ſuos excellũt progenitores, quippe quod dei uerbũ priſcorũ non tam fuit efficax & forte, ut ciſtas infregiſſet, eccleſias & monaſteria diruiſſet &c. ut facit horũ nebulonũ dei uerbum. Quæ omnia quum furto & rapinis abſtulerint, iam adſunt feriæ ueſpertinæ, quibus operari non licet, ſed reſtat balneum ingrediendũ, ut ſint mundis omnia mnnda, ſicq; Chriſtiane ext[illegible] diſputatũ. Ego per immortalẽ deũ iuro, ego met ſi hoc modo mihi eſſet diſputandũ, iudicẽ perhorreſcerẽ, ſed neq; mihi cenſorẽ optarẽ, ſcirem inq; me ſubiturũ patibuli ſupplicium, ab hoc me non eſſet tota Rheni unda abluitura.

CONCLVSIO XXVIII.

Famoſus eſt qui ſcriptis, expreſſione, picturis, imaginibus, libellos famoſos, ſine aut cum fictis nominibus ediderit, ſpar ſerit,

ſerit, conſcripſerit, etiam fidei promouendæ cauſſa, quibus tali excogitata uia proximi ſui famę obſuerit, aut tali malitia denigrare curarit.

C. de famo. li. le. unica. Si quis famoſum libellũ ſiue domi ſiue in publico uel quocunq; loco ignarus repererit, aut corrumpat priuſq; alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentũ. Si uero non ſtatim eaſdem chartulas uel corruperit, uel igni conſumpſerit, ſed uim earum manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi au thorem huiuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugandum. Sane ſi quis deuotionis ſuæ ac ſalutis publicæ cuſtodiam gerit, nomen ſuum profiteatur, & quæ per famoſum libellum perſequendã putauerit, ore proprio edicat, ita ut abſq; ulla trepidatione accedat, ſciens quidem quod ſi aſſertionibus ſu is ueri fides fuerit opitulata, laudem maximam & præmium a noſtra clemẽtia conſequeẽ. Sin uero minime hæc uera oſten derit capitali pœna plectetur. Huiuſmodi autem libellus alte rius opinionem non lędat.

Si quis librum ad infamiã alicuius pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, doloue malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiã ſi alterius nomine ediderit, uel ſine nomine uti de ea re agere liceret, & ſi condemnatus ſit qui id fecerit, inteſta bilis ex lege eſſe iubetur. Item qui emendum, uendendumue curauerit &c. ff. de iniur. & fal. lib. lex Cornelia.

Et ſi quis aliquẽ ſpoliauerit ut clericis & religioſis fecerũt euangelici fures, hij non poſſunt ſpoliatos accuſare ſiue libellis famoſis ſiue alias, niſi prius reſtituerint bona ſpoliata ij. q. ij. per to. Ideoq; uos euangelici fures & ſacrilegi, ſi aduerſum nos quicq; habeatis, ante oĩa nobis reſtituite quæ furto no bis abſtuliſtis, poſt hæc nullum uobis ius detrectabimus.

CONCLVSIO XXIX.

Famoſus eſt qui ſacroſanctis eccleſijs, collegijs, monaſterijs, religioſis domibus, miſerabilib9 perſonis, tutor, ſindicus uel Aeconomus iure iurãdo a quocũq; ſenatu adactus, ſi in cor

ſpoliationē, expulſionē, & quaſcunqꝫ alias iniurias uiolenter & per nullam ſententiā inferēdas conſenſerint, cum hunc deſieraſſe nulli non ſit perſpicuū. Conſimili & pfidia & infam a ille ſenatus notaī uim inferens, qui hunc tutorem ad tale iuramentum adegit, cuius ipſi primi fuerunt uiolatores.

Hanc cōcluſionem diffuſius probare eſſet in Rhenū aquā importare. Oib⁹ eñ notū eſt quēlibet periurū eſſe famoſum.

CONCLVSIO XXX.

Famoſus eſt qui calumniādi gratia ne impugnetur, uerbum dei fingit nullum iudicem pati poſſe, cum in canonicis literis aperte legantur, & Chriſtus ſeruator & apoſtoli ſuper uerbo dei & corpore & uita iudicem uolenter paſſi, prouocaſſe, ac litem nihil excipientes fuiſſe conteſtati.

Supra in concluſione xxvij. de hoc ſatis eſt dictū in genere. Iuxtaqꝫ dico deum ipſum æque non iudicandū ut uerbum ſuum, quia aūt uolūtarie ſe obtulit iudicandū, merito & eius uerbū cenſuræ iudicū ſubiacebit, non quidē ad condemnandum ſed ad elucidandū, ſicut enim ante hac dictum hæreticis ipſis furibus nullatenus aſſentimur apud eos haberi uerbum dei. Quare omni iure pronunciandū eſt, ex qua parte uerbū dei ſit, & qui illud uerius & rectius intelligunt.

Namqꝫ ſi in eccleſia Chriſtiana iudex eſſe non debeat, aut cenſor minus ei prouiſum eſſet, quā Moſes ipſe Iudaicæ ſcholæ prouidiſſet, ſcribit eñ Deute. xvij. Si difficile & ambiguū apud te iuditiū eſſe perſpexeris, inter ſanguinē & ſanguinem cauſſam & cauſſam, leprā & non lepram, & iudicū intra portas tuas uideris uerba uariari, ſurge & aſcende ad locū quem elegerit dñs deus tuus, ueniesqꝫ ad ſacerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresqꝫ ab eis, qui iudicabūt tibi iuditij ueritatē, & facies quodcunqꝫ dixerint qui præſunt loco quem elegerit dñs, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſqꝫ ſententiā eorꝫ, nec declinabis ad dextrā neqꝫ ad ſiniſtram. Qui aūt ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio

imperio, qui eo tempore miniſtrat dño deo tuo, ex decreto iudicis morieť homo ille, cunctuſq; populus audiens timebit ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. Si ergo Iudæi in difficili & ambiguo noſſent ſuum perquirere iudicem cōpetentem, & Chriſtiani nō, male Chriſtus prouidiſſet eccleſiæ ſuæ ſic eam in perplexis & dubijs relinquēdo, quod ſidendū non eſt. Nam de fide ad Petrū loquens, ait. Ego rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Neq; apud Iudæos lex fuit iudex, maxime quum in uerbis legis uariebať, ita neq; apud nos lex iudicare poteſt, quādo in uerbis legis eſt diſſenſio. Sicut enim Lutherus met ait certo ſe ſcire purgatorium eſſe, & ſi hoc ſcripturis probari nequeat, ideoq; & ſcriptura purgatorij iudex eſſe nō poteſt, ex quibus ergo uerbis legis purgatoriū probabimus, quum ut dicit nulla ſint de purgatorio uerba cōtra hæreticos illud impugnantes. Hæc & his ſimilia argumenta multa induci poſſent breuitatis cauſſa intermiſſa.

CONCLVSIO XXXI.

Famoſus quum ſit, qui uel unum ſacræ ſcripturæ locum ſcienter & per calumniā falſarit, qua notatur infamia, qui uniuerſum nouū Iheſu Chriſti teſtamentū (Hieronymo Emſero probāte) quater decies centies qđ Lutherus fecit, falſauit, deprauauit, addidit, minuit, & turpiſſimis gloſſis cōſpurcauit.

Deute. iiij. ait deus. Non addetis ad uerbū quod uobis loquor, nec aufferetis ex eo. Sed neq; licet uerba legis offendere ff qui & a qbus manumiſſ. in uerbo. Sed ita lex ſcripta eſt. Nūc aūt Lutherus (ut hoc Emſerus in uno ad hoc ſpeciali edito libello oſtendit & probauit) nouum & uetus teſtamētum quaterdecies centies falſificauit, & id quare fecerit hactenus bene experti ſumus, hunc ipſum totum librum hic adpono in huius concluſionis probationem.

Quam aūt eius obfuerit interpretatio, & quid nobis uene ni pepererit in unico dumtaxat loco oſtēdo Matth. vi. ubi in

oratiōe Chriſti ſic interpretaẽ, Panẽ noſtrũ quotidianũ &c. pro Panẽ noſtrũ ſuperſubſtantialẽ, hic ſuperſubſtantialis panis nihil aliud eſſe poteſt quã ipſe met deus, ſed quotidianus panis trahi poteſt in cibũ noſtrũ corporalẽ, & maxime ab his qui Iheſu Chriſti negant præſentiã in ſacro ſancta ſinaxi, qui hac potiſſimũ auctoritate conuinci poſſunt, quod hic panis deus ſit & ſupſubſtantialis, ut in greco eſt epiuſion, ut aũt falſam hãc opinionẽ tueanẽ, falſum ſibi met textũ fabricarunt.

Hic iam adparet quid probũ & Chriſtianiſſimũ Anglorꝫ regem mouerit in his literis, quas ad Saxoniæ duces ſcripſit, in quibus ad calcem ita ait. Literas has obſignaturo mihi uenit in memoriã, Lutherũ in ſuis aduerſum me nænijs excuſare ſe, quo minus ad reliqua reſpondeat impediri, transferendo Biblio. Viſum eſt igitur hortari uos, ut omniũ rerũ maxime prouideatis ne id permittatur facere. Nam ut bonum eſſe non negem in quauis lingua legi ſcripturã ſacrã, ita certe periculoſum eſt ex eius uerſione legi, cuius mala fides facit oibus fidẽ id illi ſtudiũ eſſe, ut bene ſcripta male uertẽdo peruertat, ut populus ea ſe legere putet in ſcriptura ſacra, quę uir execrabilis ab execrandis hauſit hęreticis. O quam uere prouidit hic rex ſapientiſſimus, ea quæ temporis ſucceſſu & nos uidimus cum maxima omniũ noſtrũ atqꝫ noſtrorꝫ iactura. At merito hæc oĩa patimur, quia non ſolum Regum, Principũ, Pontificum & Cæſarũ, ſed & dei monitiones contempſimus, niſi prius tantum innocentũ & ſimpliciũ ſanguinem uideremus fuſum, & tot nobiles animas perditas.

CONCLVSIO XXXII.

Famoſus eſt Lutherus, qui cum in deũ ſacras literas, bonos mores, in eccleſiã ſanctã dei, quater centies fuiſſet ementitus, Murnero euincente, & adhuc euincere coram quocunqꝫ iudice uolente, audet tamen nihilominus (quo ſimplicem & indoctam Chriſti plebeculam a ueritatis uia abducat) ſe ſpiritu ſancto fuiſſe loquutum, fingere & ementiri.

Chriſtus

Chriſtus ſeruator ita ait Iohan. viij. de diabolo loquens. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit, quia non eſt ueritas in eo. Quum loquitur mendaciũ ex proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius. Ex quibus ſcilicet Lutheranorum homicidijs & mendacijs & euangelicoꝝ furum doctrina ſeditioſa optime perpendendum eſt, unde prodierit, quodqꝫ nihil ibi egerit ſpiritus ſancti gratia.

Ego Lutheri mendacia in deum, in ſacras literas, in bonos mores, inqꝫ eccleſiã ſanctã dei, quibus uniuerſum obcæcauit orbem atqꝫ decepit, quadringenta docui, ſcripſi & probaui, in proprio mendacioꝝ Lutheri libello, quẽ ad præſentis concluſionis confirmationẽ hic impono. Neqꝫ tam fuit hactenus ullus ſuoꝝ cõplicũ tam audaculus, ꝙ hæc ſua mendacia auſus fuiſſet defendere, & ad illa reſpondere. Tam ſunt inqꝫ aperta ut a nullo quantũuis perfrictæ frontis homine negari poſſint.

Item in libello, in quo aduerſus eundem mendacẽ Lutherum inclitã regiã maieſtatẽ Anglicanã a mendatijs ſuæ ſerenitati falſo obiectis, defendi. Centies & quinquageſies Lutherum docui, mẽdaciter in optimũ & Chriſtianũ regẽ inuectũ. Semperqꝫ deum teſtor, & eadẽ ipſa ſcripta Regiã dignitatẽ comperi ueracem, contra quẽ librũ meum (ſibi de tot mendacijs conſcius) neqꝫ Lutherus hactenus mutire quiddã ſiue immurmurare auſus eſt. Ob quæ probata mendatia multas miqi hij euangelici fures contumelias ſiccario more intulerunt, & priora mendacia alijs quoqꝫ cumulantes imperium impleuerunt hac fama, quod inclitã regiam maieſtatem Anglicanam in multis aureis nobilibus deceperim. Quod ſuæ ſerenitatis perſona literis regniqꝫ Angliæ ſigillo, & propria manu falſum eſſe & ementitũ probare poſſum. Accepi quidem nõ nihil a larga regia manu, & quidem regia dona, quæ gratitudinis uice hic fateor me a regia clementia recepiſſe, ſed & ut plus inuideatis uos Lutherani aſini, at quouis mendacio illos aureos nobiles me obtinuiſſe in me ementitũ eſſe, teſtabũt

literæ

literæ regiæ ſerenitatis ad Senatū Argentinenſem cōſcriptæ. Teſtabiturq́ꝫ hoc idem Reuerendiſſimus dn̄s Cardinalis regni Angliæ, pater meus dilectiſſimus. Idem & doctiſſimus dn̄s Thomas Morus, regię celſitudinis uir a ſecretis. Sed quid hac opus mihi eſt, per deum immortalem expurgatione iam orbi cognitū eſt, hoc ſceleſtiſſimū hominū genus euangelicorum furum, nihil nolle niſi in ſua guttura & palata ementiri. Audeat ſe quis eorꝫ meo conſpectui oſtentare, hæc mendacia defenſurus. Scio inq̄ꝫ, ſcio hos fidei perfugas & apoſtatas nihil horꝫ audere cogitare quidem, taceo conari.

CONCLVSIO XXXIII.

Famoſus eſt Vlrichus Zwingly, qui ſua mendaci, reproba atq́ꝫ famoſa doctrina occaſionem prę̄ſtitit, patrocinio fuit, in præfatas concluſiones delinquendi, aliena bona furandi, rapiendi, ſacrilegio aufferendi, innocētes opprimendi, tumultuandi, in ſeditioſam libertatem proclamandi, Heluetiorum unitatem, fœdera, concordiā, multo ſanguine partam, ſcindendi, rumpēdi, a fide Chriſti apoſtatandi, Chriſti uirgines uiolādi, teſtamēta rūpendi, deuaſtādi monaſteria, diuinū cultum deſtituēdi, ſacra loca, & religioſa ꝓphanādi libellis famoſis detrahēdi, iniuriandi, cum balneatoribus & coquis & cerdonibꝰ de re Chriſtiana calumnioſe diſputandi. Hunc enim & ſimiles uniuerſæ leges, & diuinæ & humanæ capitali iudicio damnant, & ultimo ſupplicio afficiunt.

Omnia hæc facta in concluſione enumerata, geſta ſunt & perpetrata, gloriaturq́ꝫ Zwinglius, quod omniū eorꝫ cauſſa fuerit & occaſio, neq́ꝫ ego ullo iure his male & nequiter geſtis alia quam infamiæ nomina imponere poſſum, nec ualeo neq́ꝫ debeo, pro ut in concluſione. Si autem Zwinglius ſuis famoſis & improbis factis, honeſta poteſt tribuere nomina, & hoc iure quidē ac merito audiamus eum & quidē libenter, quā diu aūt illud non fecerit, pro famoſo fure, raptore ſacrilego, apoſtata & neq́ꝫ interim uiro illum habebimus.

Concluſio

CONCLVSIO XXXIIII.

Famoſi ſunt om̃es Lutherani, quoꝝ reproba doctrina ef-
fectũ eſt, ut tot hoim̃ milia, & quidem breuiſſimo tp̃e petita
ſunt, quoꝝ ſanguis haud dubio ad deũ in cœleſtes aures cla-
mitat, tot homicidia in tales magiſtros mortiũ & cędis & ſtra
gis ſeuerius uindicãdi, qui & ſi re peſſime geſta, illos qui mor
tem oppetierunt, etiã ſcriptis emiſſis non agnoſcant, orbi ta-
men non eſt incognitũ, petitos dum uiuerunt, iſtos mortis
& ſanguinis fuſi præceptores agnouiſſe, & eorum triſtia do-
gmata tantæ cladi cauſſas & anſas præbuiſſe.

Tametſi ſupra concluſione xxvi. ſatis ſuperq; oſtẽſum eſt
nouã illam hæreticã & ſeductoriã doctrinã euangelicoꝝ fu-
rum & prędonũ cauſſam fuiſſe effuſionis ſanguinis miſeroꝝ
ruſticoꝝ, hic tamen in genere recenſere non pigebit, quibus
Lutherus incogitantẽ hanc rudis plebeculæ ſtoliditatẽ irrita-
rit, & in tantam ſeditioſam libertatem permouit.

Depinxit enim ante oculos eoꝝ pediculoſam & carneam
libertatem Chriſtianã, & in pleriſq; locis eos concitauit con-
tra naturales eoꝝ dños, hijs & ſimilib⁹ uerbis. Quouſq; adeo
ſtulteſcitis, credentes uos dñis ueſtris obligatos & obediẽtia
conſtrictos. Cæſarem per contemptũ ſaccum ſæpius appel-
lando uermium. Principes ſtultos, effœminatos, infames, ra
bidoſq; tyrannos, Thurcã decies meliorem & ſapientiorem
reputans noſtris Principibus, multa precatus ut nos deus ali
quando ab eorum iugo dignaretur liberare, alioſq; regentes
dare. O quoties illis minatus eſt hoc Pſalmiſtæ dicto. Effun-
dam contemptum ſuper principes.

Nouam edidit bullam, qui auxilium, conſiliũ, conſenſum
præbuerit ad Epiſcopatus & monaſteria diruenda, delenda,
hunc eſſe dei filium & amicũ, qui aũt in eoꝝ defenſione labo-
rat, eſſe dei hoſtem, & diaboli amicum. Scripſit item Epiſco-
pos, Collegia, Cathedrales eccleſias, Monaſteria non eſſe
Chriſtianas congregationes, ſed certo habendi ſunt pro la-

tronibus, furib⁹, lupis & apoſtatis religionis Christi, q cõtra uerbũ dei ſupra nos dominant̃, quorꝫ uerborꝫ & his ſimiliũ pleni ſunt, & exundant oẽs ſui libelli. Taceo de occulta praxi cum multis habita. Sunt hæc ne bella ueſtra, diffidationes & damna Romano Pontifici inferẽda, quippe quod in germania tanto in miſeros ruſticos deſeuiſtis, Romã digito indicaſtis, certe noſtrũ met natale ſolum corde uoluentes, in patriæ laboratis excidiũ, ubi adhuc longo tempore Romanus Pontifex a vobis quietẽ & pacem eſt habiturus. Finem tamen uel ſemel hic faciam ueſtrarũ iniuriarũ uiuis illatarũ, ut ad terminum ueſtrorꝫ peſſime factorꝫ peruenire poſſimus.

SEQVVNTVR CONCLVSIONES de iniurijs & contumlejs mortuorꝫ.

CONCLVSIO XXXV.

Famoſus eſt qui a deo & cœlitib⁹ ſalutatã caſtam atqꝫ pudicã uirgunculã deiparã Mariã cõmuniqꝫ Christiani orbis cõſenſu adeo uenerandã habitã (ut eius uiolatores etiã ſolis uerbis capitali iudicio damnarit) dehoneſtarit. Nam hãc utpote ma trem & ueteri & noua lege inauditis præconijs præcepit & mundo & ſibi honorandam.

Nihil hic eſt ut p̃ſumamus laudes & uenerationẽ diuæ genitricis Mariæ matris Iheſu Christi uerbis explicare, paucis equidẽ uerbis id fieri neqt, multis hoc facere ꝓpoſiti non eſt p̃ſentis, ſed neqꝫ totius orbis hoc facere efficacit̃ ſufficit. Hoc aũt me miſere habet qđ obſtinati iſti euangelici neqꝫ & nebulones mox ut ſe huic ſuæ ſectæ addixerint, hoſtes ſunt nobiliſſimæ dei genitricis, adeo ut nihil tollerare queant qđ eius memoriã exprimat, ut ſunt eius in eccleſia fideliũ imagines ſtatuæ & figuræ, tam impudice & turpiſſime de ea loquunt̃, ita ut audire nephas ſit uiro Christiano, tanti ſceleris maculã hoc tegentes pallio, quippe quod ſoli deo tribui debeat & honor & gloria. Mirũ hic uideri poſſet quando hæc inter filiũ Chriſtum

ſtum

ſtum & matrem diuam Mariã hoſtilitas interciderit, ut matris honor filij ſui ſit æſtimatũ dedecus. Antiqua Chriſtianorum religio matris honorem precipue in diuinũ honorem referebat. Aperte enim in ſcripturis adhuc plures habent̃ honores cum dei honore, ut ſcilicet eſt parentũ honor. Et Heſter vi. Sic honorabitur quem uoluerit rex honorare, ſi igit̃ mundi totius rex maximus tãto eam honore dignatus eſt, poſſent & hij nequam hunc regis honorem ſuæ matri exhibitum, & ipſi patienter tollerare.

Diuus inq; Iohãnes ut matre ſibi teſtatæ ſub crucis agone, proculdubio honorẽ exhibuit huius præcepti uigore. Honora patrem tuum & matrem &c. qui tamen iuxta hoc procul dubio deo diuinũ & debitũ honorẽ impendit, ſed hij nebulones matris honorẽ filij cenſent iniuriã, ubi exemplo Iohannis a tanta iniuria & malicia temperare deberẽt. Sed aiunt ſe idolatriam formidare, nouimus ab idolatria cauere, antea quam peſſimus quiq; diabolus has mundi peſtes in noſtras plagas & exterminium huic mundo incacauit.

Ideoq; me ſpes fouet indubitata eos in hoc hamo mortem aliquãdo eſuros & deglutituros. De Maria enim uirgine ſancta canit mater eccleſia. Tu ſola cũctas hereſes interemiſti in uniuerſo mundo. Spero futurũ ut aliquando diuina iuſtitia hanc ſuæ matri irrogatã iniuriã ulciſcat̃, firmiſſime credo diuæ uirginis honorem & amorem cordibus fideliũ altius inſediſſe & inradicaſſe, quam ut ab his furibus & apoſtatis eradicari & euelli poſſit. Hoꝝ uerboꝝ aliquando eos cõmonefaciam, quũ illos perſpexero, miſeras animas ſuas in igne iuxta patibulũ expirare. O deus iuſtus & uerax, fac ut hæc uideant ante mortem meam oculi mei, quibus uindictã cernamus de tanta læſa maieſtate genitricis tuæ.

CONCLVSIO XXXVI.

Famoſus eſt q corpora mortuoꝝ e ſepulchris extraxerit, uel oſſa eruerit, aut ſepulchra diruerit, q̃a ſepulchri uiolati actio

infamiã irrogat, nã hũiliores fortunę ſummo ſupplicio afficit honeſtiores ĩ inſulã deportat, aut ĩ metallũ relegat & dãnat.

Sepulchri uiolati actio infamiã irrogat ff de ſepul. uiola. l. i. Et le. Prætor ait, cuius dolo malo ſepulchrũ uiolatũ eſſe dicitur, in eum in factum iuditiũ dabo, ut ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquũ eſſe uidebit̃ condemnet̃. Ea. le. Aduerſus eos qui cadauera ſpoliant, præſides ſeuerius interuenire ſolent, maxime ſi manu armata aggrediantur. Vt ſi armati more latronũ id egerint, etiam capite plectant̃, ut diuus Seuerus reſcripſit. Si ſine armis uſq; ad pœnã metalli procedat. Eo. ti. le. Sepulchri uiolati crimen poteſt dici ad legem Iuliã, de ui publica pertinere. Et le. Rei ſepulchrorum, in qua lege concluſio præſens fere ad uerbum continetur.

Nemo humanum corpus ad alium locum ſine Auguſti affatibus transferat C. de religio. & ſump. fu. Nemo.

CONCLVSIO XXXVII.

Famoſus eſt qui ſanctorũ ſtatuas & imagines cõfregerit, conflauerit, quia lege Iulia maieſtatis tenet̃, nam hoc crimen niſi a ſucceſſoribus purget̃ hereditas, etiã fiſco uendicatur.

Hæc concluſio accepta eſt ex ff Ad le. Iul. ma. le. Is qui.

Statuæ in ciuitatib' erectæ non ſunt ciuiũ, ſicut Trebatius & Pegaſus dicunt, Ideoq; curet præſes, quicqd eo animo cõmuniter erectũ atq; locatũ eſt, ne id quicunq; priuatus tollat. Neq; is quidem qui eas illic collocauit ff de acqui. re do.

Euangelici fures gloriant̃, & uerbi dei ſe iactitant imitatores, obijciã ergo illis dei uerbũ, Deu. vij. Sculptilia eorũ igne cõbures. Non concupiſces argentũ & aurũ, de quibus facta ſunt, neq; aſſumes ex eis quicq; tibi, ne offendas, propterea quia abominatio eſt dñi dei tui, nec inferes quippiã ex idolo in domũ tuã, ne fias anathema, ſicut & illud eſt. Quaſi ſpurcitiã deteſtaberis, & uelut ingnamentũ ac ſordes abominatiõi habebis, quia anathema eſt. Noſtra igit̃ uel aurea uel argentea ſculptilia, qa pro idolis habẽt & anathemate, quare ex eis

argentũ

argentũ ſibi cõcupiſcũt & aurũ, quũ in his uerbis ſupreme ſit ꝓhibitũ. Aeque ſunt illis imagines iſtæ idola ſicut eccleſiæ furata bona Zwinglio theuſaurus, & lupo aſinus molinari⁹ in aqua ſtans piſcis, qppe, qđ piſcẽ animal didicerat in aqs eſſe.

CONCLVSIO XXXVIII.

Famoſus eſt, q ſacras cœleſtiũ ciuiũ ſtatuas & imagines ſine adorationis ambitioſo faſtigio conſecratas, nulliſq; ſacris literis uſq; prohibitas irreuerenter tractarit, quia uirtutum præmia tribui merentibus conuenit, & ob id lex ſtatuas erigi præcepit, ac lege iulia maieſtatis uiolatores damnauit.

Et uirtutũ præmia tribui merentib⁹ conuenit, & alioꝵ honores alijs damnoꝵ occaſionẽ fieri non oportet C. de ſta. & ima. Et uirtutũ. Sed & clare lex ipſa his uerbis præcipit. Si qñ noſtræ ſtatuæ uel imagines erigunt̃, ſeu dieb⁹ ut aſſolet feſtis ſiue cõmunib⁹ adſit iudex ſine adoratiõis ambitioſo faſtigio. Eo. ſi qñ. Vbi dilucide patet euangelicos neq; in nos emẽtiri, quod idolatriã exerceamus imagines adorãdo, quũ eas dumtaxat erigamus in ueritatis ſpeculũ, & imitationem earundẽ quum intuent̃, ſuntq; laicis loco ſcripturarũ iuge memoria, quum alioqui & ſcripturæ & uerba tranſeant.

Ita & non aliter prohibet dñs deus in plæriſq; locis Bibliæ, imagines & ſculptilia ne ſcilicet adorent̃, Leuit. xxvi. Non facietis uobis idolũ & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignẽ lapidẽ ponetis in terra ueſtra ut adoretis eum, & hæc uocant̃ idola & imagines falſoꝵ deoꝵ, quæ Chriſtianitas ipſa nunq; acceptauit, ſed apoſtoli illas demoliti ſunt. Sed memoratiue imagines in nullis unq; ſacris literis fuerunt prohibitæ.

Zwinglius ille noſter oĩum hæreticoꝵ & furũ facile caput & princeps, in quodã a ſe cõſputo libello contra quinq; Chriſtianos cantones Heluetioꝵ mirũ in modũ lamentat̃ & conquerit̃, quod ſcilicet Lucernẽſes eius imaginẽ exuſſerint, de ſe met, nihil queſtus quod imagĩes crucifixi ſaluatoris & omnium ſanctoꝵ ipſe cõbuſſit, ueniã tñ præſtitit aureis & argen

teis quas captiuas, ut fur & ſacrilegus ſceleratiſſimus in ſuam poteſtatem redegit, tanti plus habent hij euãgelici fures ſuas iniurias aut contumelias quam dei & ſanctorum.

CONCLVSIO XXXIX.

Famoſus eſt q locũ ſacrũ etiã diruto ædificio in alienos uſus ꝓphanauit, cũ hũc lex iubeat mãere ſacrũ etiã reſolutis edificijs

Nemo martyres diſtrahat, nemo mercetur C. de ſacro ſan. eccl. Nemo martyres.

Interdicta aũt cõpetũt uel hoĩm cauſſa uel diuini iuris ut de religione ſicut eſt. Ne qd in loco ſacro fiat, uel qđ factũ eſt reſtituaẽ, ff de interdic. ſeu extraor actio. l. interdictorum.

Loca ſacra etiam ſi terræ motu corruant, adhuc locus ſacer manet ff de contra. emp. Ede.

Locus in quo ſacræ ſunt ædes ædificatæ, etiam diruto & ſoluto ædificio, manet nihilominus locus ſacer, ut Papinianus ſcripſit, Iuſti. de re di. par. Locus autem.

CONCLVSIO XL.

Famoſus eſt q locũ religioſum in prophanos uſus cõmutauit cũ hũc diuini iuris eſſe fecerit, ſua uolũtate mortuũ inferẽdo.

Pergit audatia ad buſta defunctorum & aggeres cõſecratos, cũ & lapidẽ hinc mouere, & terrã euertere, & ceſpitem euellere, ꝓximũ ſacrilegio, maiores noſtri ſemꝑ habuerũt C. de ſe (pul. uio. Pergit.

Et ſi forte cadaueri defuncti ſit iniuria cui hęredes bonorumue poſſeſſores extitimus, iniuriarum noſtro noĩe actionẽ habebimus. Spectat em̃ ad æſtimationẽ noſtrã, ſi qua ei fit iniuria ff de iniur. & fa. lib. le. i. paẽ. Et ſi forte.

Si quis uoluntate tua mortuũ in tuum fundum intulerit, fundus ſiue locus fit religioſus, & ꝓculdubio uenundari non poteſt religione prohibente, C. de reli. & ſump. fu. Inuito.

Si ſepulchrũ monumenti appellatione ſignificas, ſcire debes iure dominij id nullũ uendicare poſſe C. eo. Si ſepulchrũ. Locum quidem religioſum diſtrahi non poſſe manifeſtũ eſt, C. eod. Locum.

Res

Res religioni deſtinatas, quinimo iam religionis effectas ſcientes qui contigerint, & emere & diſtrahere non dubitauerint, tametſi iure uenditio non ſubſiſtat, læſe tamen religionis inciderunt in crimen, C. de ſepul. uio. Res Religioni.

Si quis ſepulchrũ uiolaturus attigerit locorum iudices (ſi hoc uindicare neglexerint) non minus nota quam uiginti librarum auri in ſepulchrorum uiolatores ſtatuta pœna mulctentur, ut eam largitionibus noſtris inferre cogantur. Eo. ſi quis ſepulchrum.

Qui ſepulchra uiolãt, domos (ut ita dixerim) defunctorum, geminũ uidentur facinus perpetrare. Nam & ſepultos ſpoliant deſtruendo, & uiuos polluunt fabricando, C. eo. Qui ſepulchra. Huic aũt pœnæ ſubiacebunt, & qui corpora ſepulta aut reliquias contractauerint, C. eo. & le. ea.

Hæc de meis quadraginta iuris concluſionibus cum Vlricho Zwingly in Baden diſputandis, quantum exordio conuenit ſufficienter dicta ſunt. Inter arguendũ & quum aderit contradictor, reſpondendo longe alia dicturus, quibus iam ſcripta non ſoluere poſſent corrigiã calciamentorum. Sed hic finem faciam probationum, quia omnes hij euangelici ſycophantæ in Baden præſentes, dum hæ legerentur concluſiones, male ſibi conſcij, nec os aperire fuerunt auſi, nec ſuas obiectas infamias in uerbulo unico, ſed nec ulla proteſtatione defenderunt. Valete omnes catholici & orthodoxi fideles ex præſentibus ſcriptis ſcituri euangelicorum fidem ob id eſſe famoſam & reprobam, quippe quod toties ſui os obſeruatores faciat infames fures necnon & euangelici uerbi prædones.

Finis actorum Murneri.

SCiendũ eſt in ueritate finita diſputatiõe, & omniũ actoꝝ miſſos nuncios conſulũ noſtroꝝ Heluetioꝝ confœderatoꝝ in diſputatione congregatos, qui & præſentes fuerunt diſputatiõi, quatuor libros per notarios publicos cõſcriptos dederunt officiali præfecto Badenſi ad fidas manus cuſtodiendos, & ſumme cõmiſſos, nulli dandos, ſed neq; oſtendendos &c̄. Sed & Iohanni Hůber ſcribę ſubſtituto Lucernenſi, cuius opera ante hac in alijs quoq; cauſſis & negotijs, & etiã in hac cauſſa uſi ſumus, in eum plurimũ confidimus, qui & in hac diſputatione ex noſtro mandato cũ quatuor notarijs omnia acta conſcripſit. Librũ hunc quem ipſe conſcripſerat, dedimus & mandauimus iuſte, clare, & ad mundũ deſcribendum, & ad hoc faciendũ eum iuramento adegimus &c̄ Quē librũ ipſe fideliter deſcripſit, & poſt uiſum librũ, exequutũq; mandatũ noſtrum eum in Baden ſecũ tulit, qui ſuus liber deſcriptus cum quatuor libris a notarijs cõſcriptis, de uerbo ad uerbũ eſt collatus, perlectus, collationatus, & cum quatuor notarioꝝ libris inuentus eſt in oĩbus concordare. In præſentia adiutorio & auxilio ſubſcriptoꝝ præſidẽtis & cuiuſq; partis uni⁹ notarij, aliorũq; p nos uocatoꝝ & ad hoc ordinatoꝝ qui ſe poſtea in librum ſcribæ ipſius Hůber proprijs & manu & nominibus ſubſcripſerunt in teſtimoniũ ueritatis, de uerbo ad uerbum ut ſequitur.

Hoc regiſtrũ ducentis & triginta folijs conſcriptũ, in præſentia & cum adiutorio præſidentis notarioꝝ & alioꝝ pprijs & nominibus & manu ſubſcriptoꝝ, eſt ad acta per quatuor notarios p̃ſentis diſputatiõis iuramẽto adactos cõſcriptũ diligenter reuiſum, lectũ, collacionatũ, correctũ, & illis in oĩb⁹ concors inuentũ, qđ ego Iohannes Hůber ſcriba Lucerneñ. utpote qui ex mãdato gratioſoꝝ dñoꝝ meoꝝ nuncioꝝ conſulum confœderatoꝝ hoc conſcripſi, teſtor propria manu.

Ego Iohannes Honecker magiſter antiquus Scultetus in Bremgarten, & huius diſputationis ordinat⁹ p̃ſidẽs, cõfiteor

hac mea

hac mea manu ꝓpria hoc ante me & cũ meo adiutorio ſic actũ & geſtum eſſe.

Eiuſcemodi conſonantiã repertam eſſe ut ſupra dicit̃, confiteor ego Leonhardus Altweger Pontificia & imperatoria auctoritatibꝰ publicꝰ, & in officio uicariatꝰ epiſcopalis curiæ Cõſtantieñ. iuratꝰ collateralis notariꝰ, hac mea ꝓpria manu.

Talem conſonantiam repertã ut ſupra, fateor ego Egmundus Riſyſen de Byllicano Colonienſis epiſcopatus, & imperatoria authoritate publicus ſcriba & notarius, teſtimonio huius meæ propriæ manus.

Eiuſcemodi pariformitatem repertam ut ſupra, fateor ego Bernhardus Brumer, huius temporis ſubofficialis in Baden in Ergow, pontificia & imperatoria authoritate publicus & iuratus notarius hac mea manu propria.

Talem concordiam ut ſupra repertam, fateor ego Caſpar Bodmer filius ſcribę ciuitaiis Badenſis in Ergow, teſtimonio huius propriæ manus meæ.

Finita uero & completa diſputatione, nuncij conſulũ uniuerſorꝫ Heluetiorꝫ confœderatorꝫ in Badenſi diſputatione, congregati coram omnibus publice, eruditos, doctos & ſcripturarum intelligentes, extraneos & intraneos utriuſqꝫ partis ibi præſentes rogarunt, ſerio & cum omni diligẽtia eis ſupplicarunt, ut omnes & ſinguli ad laudem omnipotentis dei, noſtræ ſanctæ Chriſtianæ fidei, ad utilitatem & profectũ ſalutis animarũ & Chriſtianæ unionis, ſeipſos declararent atqꝫ confiterentur, ſi concluſiones doctoris Iohannis Eckij diſputatas Chriſtianas, & ſacris ſcripturis conſonas, & in eis ſundatas cenſeant ac fateantur. Aut certe ſi uel contradicentem Iohannem Oecolampadiũ cum ſuis adiũctis meliorem, iuſtiorem, & in ſacris literis fundatiorem æſtiment, ut quilibet ſe ipſum ſubſcriberet, cui parti adherere uellet.

Ad hæc ſubſcriptæ perſonæ & docti uiri ad ſolius ueritatis & noſtræ ſanctæ Chriſtianæ fidei promotionem, ſuas conſcientias manifeſtando & exonerando beneuole confeſſi ſunt,

& ſeipſos declararunt. Concluſiones a doctore Eckio affixas & in hac præſenti diſputatione per ſacras literas probatas, & clare defenſas atq; obtentas Chriſtianas eſſe, & ſacræ ſcripturæ conſonas, in eiſq; fundatas cõmuni & longi temporis uſu Chriſtianæ eccleſiæ firmatas, etiam ab initio eccleſiæ per dilectos ſanctos martyres & doctores continuatas, & uſq; ad noſtros ꝓgenitores & nos laudabiliter & Chriſtiane deductas atq; deriuatas. In cuius rei uera teſtimõia ſic ſe doctori Eckio ſuiſq; concluſionibus ſubſcripſerunt, ut ſequitur.

Primo ex parte Illuſtriſs. Principis & Reuerendiſſimi dñi dñi Hugonis epiſcopi Cõſtantieñ. &c. miſſi docti uiri in nomine ſuæ principalis gratiæ, ſed & per ſeipſos.

Nominatim uenerabiles & eruditi domini. Dominus Melchior ſuffraganeus Conſtantienſis.

Dominus Iohannes Schlupff parrochus in Vberlingen.

Dominus Gallus Müller parrochus & ordinarius lector theologiæ in uniuerſitate Tübingeñ.

Dominus Balthaſar.N. parrochus in Eſslingen.

Dñs Othmarus Luſcini⁹ canonic⁹ ad S. Mauritiũ Auguſtæ.

Dominus Albertus Krus, præpoſitus in Wolffeneck, ſacræ Theologiæ licentiatus.

Pater Anthonius Pyrata, prædicãs cathedralis eccleſiæ Conſtantienſis ordinis prædicatorum.

Reuerẽdiſſimi & uenerabilis principis & dñi dñi Chriſtophori epiſcopi Baſilieñ. miſſi in ſuæ principalis gratiæ nomine, & per ſeipſos.

Dominus Auguſtinus ſuffraganeus Friſingenſis, prędicans in eccleſia cathedrali Baſilienſi doctor ſacræ Theologiæ.

Dñs doctor Iacobus Lemp ordinarius theol. in Thubingen.

Dominus doctor Balthaſar ordinarius, & prædicans Theologiæ in Thubingen.

Magiſter Iacobus Zimmerman decanus Columbarieñ.

Dñs Iohannes Silberberg doctor medicinæ & iuris ciuilis.

Reueren

Reuerendiſſimi & uenerabilis principis dñi Seba
ſtiani epiſcopi Lauſaneñ. miſſi in ſuæ princi-
palis gratiæ nomine, & per ſeipſos.

Dominus Conradus Treger ſacræ Theologiæ doctor, pro-
uincialis ordinis ſancti Auguſtini.

Dominus Ludouicus Löblin, decanus Bernenſis.

Reuerendiſſimi & uenerabilis principis domini
Epiſcopi Curienſis miſſi nomine ſuæ princi-
palis gratiæ, & per ſeipſos.

Dominus Petrus Spiſer, utriuſq; iuris doctor.

Dominus Theobaldus Altmanshuſer, canonicus Curieñ.

Dominus Vlrichus Sachſer, canonicus Curieñ.

Ex parte gratioſi dñi noſtri Abbatis S. Galli.

Dominus doctor Wendelinns prædicans in monaſterio ſan
cti Galli ordinis prædicatorum.

Quatuor præſidentes diſputationis.

Dominus Barnabas Abbas moneſterij montis Angelorum.

Dominus Ludouicus Bår ſacræ theologiæ doctor Pariſien-
ſis, & præpoſitus ad ſanctum Petrum in Baſilæa.

Dominus Iodocus Stapffer eques auratus magiſter curiæ ad
ſanctum Gallum.

Dñs Iodocus Honegker magiſter Scultetus in Bremgarten.

Sequuntur alij eruditi & docti uiri, qui & ipſi diſputati
oni interfuerunt, & ſe D. Eckio ſubſcripſerunt.

Sereniſſimi principis ducis Auſtriæ &c. uir a ſecretis doctor
Iohannes Fabri.

Magiſter Caſpar Turrerius græcus.

Dominus Matthias Kretz ſacræ Theologiæ doctor, prædi-
cator eccleſiæ cathedralis Auguſtenſis.

Dominus Iacobus Ionas Hebræus.

Magiſter Matthias Stör.

Dominus Iohannes Kislin prædicans in Mengen.

Magiſter Sebaſtianus Käſer, parrochus in Fürſtenberg.

Dominus Chriſtofferus Golter, parrochus in Morſperg.

Magiſter Iohannes Medler parrochus in Ratolffzell.
Magiſter Iohannes Fiener parrochus in Kisleck.
Dominus Iodocus Koller, cappellanus in Eslingen.
Magiſter Bernhardus Käſer, parrochus in Herrenberg.
Dominus Balthaſar Stör, parrochus in Rütholtz.
Dominus Ieorgius Hertzog, parrochus in Eichſtetten.
Magiſter Andreas Schlies, & magiſter Iohannes Lickinger miſſi a dño Abbate de Rockenburg, ex epiſcopatu Aug.
Dominus Martinus Rooblin in Kluſtern.
Dominus Iodocus Schetlin, parrochus in Berckheim.
Dñs Ieorgius Schurlin ordinis theuthonicorꝫ in Althuſen.

Ex Heluetijs confœderatis.

Dominus Thomas Murner ordinis minorꝫ, diuinarũ literarum & utriuſq; iuris doctor, lector & concionator minorꝫ.
Dominus Iohannes Scherer, decanus capituli Lucernenſis, parrochus in Malters.
Magiſter Petrus Winman, Canonicus Lucernenſis.
Dominus Iodocus Schinbein Canonicus Lucernenſis.
Dominus Daniel Kenel, parrochus in Ruſwil.
Frater Nicolaus de Vry heremita, qui unica tunicula contentus, nudipes, diſcooperto capite iam longis annis deo in alpibus famulať. Hic a nuntijs conſulũ publice interrogatus per Vraniorꝫ nuntiũ cui ſe ſubſcriberet, huic inqt doctori Eckiũ indicãs & ſubdidit, hic eẽm mentẽ ſequiť & fidẽ ſanctæ matris eccleſiæ. Mandãt nũtij cõſulũ ut ſcďo interrogeť quur ſe nõ ſubſcriberet Oecola. ait uir ſanctus. O nõ, ga longe aberrat.
Dominus Henricus Bömly, parrochus in Schwytz.
Dominus Iohannes Gewyler de Baſilea, doctor ſacræ The.
Dominus Leonhardus prædicans ad S. Petrum in Baſilæa.
Dominus Theobaldus Hüter, parrochus in Appenzell.
Dominus Balthaſar, parrochus in Vrneſchen.
Dominus Laurentius Fäsler, cappellanus in Appenzell.
Dominus Laurentius Mer, parrochus in Baden in Ergow, ſacræ Theologiæ doctor.

Dominus

Dominus Vlrichus Müller, parrochus in Schneiſſingen.
Dominus Marcus Brummer, parrochus in Wurchenlos.
Dominus Ludouicus Scherer, parrochus in Diettiken.
Dominus Iohannes Breitſchnid, parrochus in Lengunow.
Dominus Iohannes Maſeler, parrochus in Kilchdorff.
Dominus Iohannes Schlininger, parrochus in Birmeſtorff.
Dominus.N. coadiutor in Dietigken.

Cappellani in Baden.

Dominus Vlrichus Adler.
Dominus Iohannes Schach.
Magiſter Iohannes Schürpff.
Dominus Iohannes Falck.
Dominus Iohannes Steinburger.
Dominus Iohannes Läſer.
Dominus Iohannes Marti in Schorneck.
Dominus Iohannes Erhart.
Dominus Iohannes Druckſäs.
Dominus Hieronymus Anſels.
Dominus Iodocus Gebhart.
Dominus Zimpertus Camerarius.
Dominus Leonhardus eius in ſtad Capellanus.
Dominus Allexius Camerarius, coadiutor in Baden.
Dominus Iohannes Burckardi ordinis prædicatorum ſacræ Theologiæ doctor, prædicans in Bremgarten.
Magiſter Iohannes Schatt Cappellanus.
Dominus Daniel Schatt Conuentualis in Muri.
Dominus Thomas Lërchyn, Camerarius in Muri.
Dominus Vlrichus Fuchsly, Cappellanus in Bremgarten.
Dominus Nicolaus Bürcher Cappellanus.
Dominus Iohannes Löchly Cappellanus.
Dominus Matthias Brettman Cappellanus.
Dominus Henricus Offringer cantor in Zurzach.
Dominus Othmarus Deck Canonicus in Zurzach.
Dn̄s Andreas Abbas & totus conuentus in Wettingen.

Ex Oecolampadij turma.

Notandũ numerũ apud nomina conſcriptũ concluſiones ſignificare, in quibꝰ ſe ſubſcripſerunt Oecolampadio uel non. Subſcripti igit̃ ut Oecolampadij coniuncti & coadiutores ſe ſuæ opinioni ſubſcripſerunt contra D. Eckiũ, ut ſequitur.

De Baſilæa.

Frater Iohannes Luthart, ordinis minorum de obſeruantia, prædicator apud eoſdem. i. ij. iij. iiij. v.

Dominus Wolffgangus Wiſſenburg, plebanus in hoſpitali in Baſilæa. i. ij. iij. iiij. v.

Magiſter Iacobus Imeli, plebanus ad ſanctum Vlrichum in Baſilæa. i. ij. iij. iiij. v.

Dominus Marcus. N. plebanus ad ſanctum Leonhardum in Baſilæa. i. ij. iij. iiij. v.

Frater Thomas prædicans ad Auguſtinenſes. i. ij. iij. iiij. v.

De Schaffhuſen.

Magiſter Ludouicus Ochsly. i. ij. iij. v. ſed in quarta concluſione, ratione imaginũ maneat apud doctorem Eckiũ, iuxta libellum eius Enchiridion dictum.

Dominus Henricus Linck. i. ij. iij. iiij. v.

Dominus Conradus Werly, Cappellanus in Sckaffhuſen, hic ſibi reſeruauit ſe hoc libẽter crediturũ quicqd dñi ſui feciſſent.

De Appenzell.

Dominus Matthias Kesler, parrochus in Gås iij. iiij. v. ſed in prima & ſecunda concluſione teneat cum D. Eckio.

Dñs Iohannes Heſs, cappellanus in Appenzell. i. ij. iij. iiij. v.

Dominus Pelagius am ſtein prædicans in Trogen in Appenzell. i. ij. iij. iiij. v.

Item fridolinus Brumer prædicans in Glaris, & Ludouicus Röſch cappellanus in Schwanden, hij duo nolebant diſputare, ſed nec cuiq; parti ſubſcribere, ſed confeſſi ſunt quicquid per ſacras literas probabitur, & quicquid eorum domini de Glaris decreuerint, ordinauerint uel fecerint, huic ſe obedituros, nec contradicturos.

Item

Item Iohannes Schudler parrochus in Weſen, & dñs Iohannes Arner parrochus in Schėnis, hij ambo diſputare noluerunt, ſed nec alteri parti ſubſcribere, ſed publice confeſſi ſunt quicquid ſcripturæ elucidabunt, & quod eorum domini & ſuperiores de Schwitz & Glaris ordinabūt & iubebūt, huic obedient, non contradicturi.

Item prædicans Bernenſis diſputauit contra ſecundam concluſionem, alias in prima concluſione ſe notæ non præbuit. Doctor Eckius igitur & ſi in diſputatione eum interrogarit, quid in prima cōcluſione teneat ſiue credat, ad hoc ei reſpondere noluit, neq; confiteri quid de altaris ſacramento teneat uel credat, poſt hæc abſq; ulteriori diſputatione abſcedēs, nemini ſe ſubſcripſit.

Item Petrus Conzenus de Schėntal pariformem ſe fecit prædicanti Bernenſi.

Item Iodocus Burckhart de Solodoro.

Item Iohannes Glotherus parrohus in Mülhuſen ij. iij. iiij. v. in prima concluſione doctori Eckio ſe ſubſcripſit.

Item Auguſtinus Kromer de Mülhuſen ij. iij. iiij. v. in prima concluſione ſe doctori Eckio ſubſcripſit.

Benedictus Burgouwer parrochus in ſancto Gallo ij. iij. iiij. v. non eſt contra primam concluſionem.

Wolffgangus Iuſſle coadiutor ſancti Galli i. ij. iij. iiij. v.

Iacobus Riner cappellanus i. ij. iij. iiij. v.

Sed hij tres in quarta concluſione ſic proteſtati ſunt, quod imagines admittant, ſic tamen ut non adorentur neq; uenerentur, ne quis illis abutatur in ceremonijs, aut certe in illas nullam fiduciam locet.

Dominicus Zyly Ludi magiſter ad ſanctum Gallum. i. ij. iij. v. contra quartam concluſionem diſputauit.

Sed & hic ſciēdum eſt neq; tacendū, quia ſe apud dilectos nobis cōfœderatos Baſilienſes tenet atq; moratur. Eruditus & uere doctus uir Eraſmus Roterodamus in proxima elapſa dicta, in qua eiuſcemodi diſputatio habenda conſultū uiſum

fuerat

fuerat. Loquutū eſt cum dilectorꝫ nobis confœderatorꝫ Baſilienſium nuntio cōſulum miſſo & eidem ſupplicatū ut eundem doctum uirum Eraſmum ad hāc diſputationem uiſitandam hortaretur & enixe rogaret, quum ex utraq; parte uiri docti eum maximi faciant & obſeruāt, quod per dilectos noſtros Baſiliēſes confœderatos factum eſt. Ipſe uero Eraſmus uniuerſorꝫ Heluetiorꝫ confœderatorꝫ nuntijs conſulū clauſas & obſignatas literas ſua ꝑpria manu ſubſcriptas miſit ante diſputationis exordia, per nuncium conſulū nobis dilectorꝫ confœderatorꝫ Baſilieñ. quæ literæ quū huic diſputatiōi plurimū inſeruiāt, & fructū nō modicū adferāt, poſitæ ſunt hic.

MAGNIFICIS DOMINIS HELVETIIS ERAS. ROTERO. S. D.

QVum mihi non ſ eſt animus unice perpenſus, ac promptus ad id quo me cum ueſtra omniū uoluntas, quibus ex animo bene uolo, præſertim eodem non minus amanter quam inſtanter uocante inclito huius urbis ſenatu, cui nihil nō debeo, tamen ipſius negotij pietas inuitabat. Domini & amici obſeruandi, tamen ut nihil aliud fuiſſet hæc ualetudo plus quam uirea, & ad quamuis leuem occaſionē periclitans iuſtiorem quam ipſe uellem præbuit excuſationem, quo minus iſti cetui ueſtro liceret intereſſe. Quanquā abſq; me ſpiritus Iheſu ſuggeret cordibus ueſtris ſalutifera conſilia ut omnes ſitis unanimes in ſana doctrina eccleſiæ catholicæ. Vnum tamen erat de quo pietatem ueſtram per literas admonere uiſum eſt, uidelicet quod ea res non minus ueſtra omnium referat quā mea, Sparſus eſt ante paucos dies libellus cui titulus Eraſmi & Lutheri opinio de cœna domini, de quo difficile ſit pronunciare, utrum plus habeat ſtultitiæ an malitiæ. Quum in ſingulis paginis iteretur nomen Eraſmi, ipſe qui

ſcripſit

ſcripſit nuſquam auſus eſt apponere nomen ſuum, niſi quod in calce ſubijcit nomen fictitiū, quod ipſum ſtatim argumentum eſt malæ conſcientiæ. Deinde uehit me magnificis laudibus, hoc eſt afficit honorifica cotumelia, ſic laudās prudentiam & eruditionem meam, ut perſuadere conetur, me conſentire dignitati, quod iam olim damnatum eſt ab eccleſia catholica, quaſi ſocietas erroris ualeat aduerſus ueritatem. At plane ſtultiſſimis argumentis conatur perſuadere me aliud celare in corde, quam uelim profiteri, cuius rei cauſſam uult uideri timiditatem. Præterea colligit e libris meis loca quędam impudentiſſime deprauata & ad ſuſpitionē detecta. Sed huius ſcriptoris ſtultam inſaniam breui libello edito depingam fortaſſis intra ſex dies. Nunc ne quem in ruinam trahat nominis mei fumus quē artifex iſte conatus eſt oculis ſimpliciū offundere illud modo uobis. Egregij domini teſtatū eſſe uolo me nō recuſare quo minus habear oīm hæreticorꝫ princeps, ſi in meis lucubrationib⁹ quas ſcripſi plurimas uel unus locus inueniri queat, qui de eucharistia ſecus ſentiat quā hactenus nobis præſcripſit ex auctoritate diuinarū ſcripturarū eccleſia catholica, aut ſi quiſquā mortaliū audiuit me probantem opinionem Wycleuitarū quā nunc renouāt quidam. Hoc mihi ſatis eſt apud homines. Teſtor aūt deū qui ſolus nouit corda hominū, atqꝫ hunc mihi precor iratū ſi unqꝫ ſedit in animo meo ſentētia quę pugnat ad ea quæ hactenus magno conſenſu defendit eccleſia catholica. Quid alijs reuelatū ſit ipſi uiderint. Mihi nullæ rationes hactenus perſuadere potuerunt ut diſcederem a præſcripto eccleſiæ. Nec hic metus eſt humanus, religio eſt, ac metus iræ diuinæ. Iſti impudenter obijciūt timiditatem, quum ipſi non audeāt ſuis libellis nomen ſuum adſcribere, & fortes ſibi uidentur, quod famoſis ac furioſis libellis ac ſubinde nouis opinionibus miſcent orbem diſſidijs. Si diſſentit, inquiunt, cur non ſcribit contra, quaſi conſentiat quiſquis non ſcribit in aduerſum, aut quaſi deſint qui ſcriptis repugnent. Sunt iſthic in concilio qui uiderunt quod ex

orſus eram ſcribere aduerſus opinionem Caroloſtadij, nouerunt cauſſam, quam obrem quod ceperam intermiſerim, nec is ignorat cauſſam, qui huius libelli fuit uel author uel inſtigator. Qui tales emittunt libellos plus quã famoſos, ſine loci typographi, authoriſq; uero titulo. Nec famoſos tm̃, uerũ etiã diſſidiorũ & hereſum diſſeminatores, etiã apud ethnicos puniebant̃ capitis ſupplicio. Et quod apud illos erat capitale facinus nunc quorundã ludus eſt, qui ſibi uident̃ euãgelicæ doctrinæ propugnatores. Habetis magnifici dñi animi mei ſententiã bona fide declaratã. Proinde ſi quis ob ſceleratũ illũ libellum impegerit mihi nõ poterit imputare, meo ſum officio functus. Cæterũ ueſtræ iuſtitiæ fuerit curare, ne leuibus ac fatuis impune ſit ad iſtũ modum ludere, cum periculo tum uitæ tum famæ alienæ non ſine pernitie reip. Precor ut dñs Iheſus bene fortunet qd' agitis dñi mei ſemper amplectẽdi. Datum Baſileæ xvi. Kaleñ. Iulij. Anno M. D. XXVI.

Veſtræ amplitudinis deditiſſimus

Eraſ. Roter. manu mea ſubſcripſi

POſteaq; D. Eckius ſuam diſputationem conſumauerat, atq; concluſerat, iuſſu & admonitione quatuor præſidentum, ſurrexit D. Iohannes Fabri, multa in genere enumerãs contradictionum falſitatum doctrinæ Zwinglij, quæ partim illic legebat manifeſte, animo fuiſſet atq; propoſito hęc cum Vlricho Zwinglio coram & in facie conferendi, diſputandi, quia uero non comparuiſſet, reſignauit, & ad manus dedit duodecim nuntijs conſulũ Heluetiorũ librum ſcriptum tres in partes ordinatũ, in quibus quidem ſe oſtenſurũ putabat errores & falſitates Zwinglianæ doctrinæ, quem librum ut ſic præſentatũ, præſidentes acceperunt. Iuxtaq; certa pollicitatione ſe exhibuit, quo primũ poſſet hæc ſua in Zwingliũ ſcripta, publica expreſſione diſſeminare, & hijs ſic peractis, in cauſſa cõcluſit de Zwinglij profugio, ſerio multa conqueſtus, quippe quod ex certa ſacrarum literarum uictoria ob ti-

mida

mida atq; formidoloſa auffugia Zwinglij retroactus eſſet, & ſuo fruſtratus propoſito.

Tertio ex quatuor præſidentū conceſſione ſurrexit doctor Thomas Murner, allegans quid eum permouerit Vlrichum Zwingliū non ſolum in fide, ſed & in fama inuadendi, quare nihil illic non ſcriptum tractare uellet, in ſexternione publice ac manifeſte legens ſuas concluſiones, quas contra Vlrichum Zwinglium ad ualuas eccleſiæ Badenſis affixerat cum ſecuritatis reſignatione, nam ut dicebat neq; noſſet neq; uellet cum quopiam in cauſſa famæ cum ſecuritate depugnare, & ſi Vlricho Zwinglio fatebatur ſe fauere uti ſua ſecuritate præſtita, utq; illi eſſet & auxilio & adiutorio. Idemq; doctor Murnerus corpus ſuum & uitam, famam, honores & bona in iuditialem ſententiā & cenſuram nuntijs conſulū duodecim cantonū Heluetiorū ſe obtulit & exhibuit. Ibi Vlrichū Zwinglium manifeſte quadrageſies famoſum ſiue infamem exclamauit, ex quibuſdā ibi allegatis cauſſis, in quadraginta concluſiones contractis, iuxta earundem tenorē quas in ſexternione præſidentibus ad manus præſentauit.

Poſt quæ præſidentibus ſupplicauit Vlrichum Zwingliū uocari, quod & ſtrenuus ac ualidus dominus Iacobus Stapffer eques auratus fecit, non ſolum Zwinglium uocans, ſed & ſi quis ſuo afforet nomine, aut certe quis alter quicūq;, qui eiuſcemodi doctoris Murneri concluſionibus contradicere uellet &c. Quumq; contra eum nemo exſurrexiſſet neq; reſpondiſſet, ad hæc præfatus doctor Murnerus cōcluſit in ſuo negotio, ſexternionem lectum præſidentibus præſentans, diligenti ſupplicatione, ubi in futurum neceſſarium ei eſſet, & expoſcere teſtimoniū a nuntijs conſulū duodecim cantonum præſentis comparitionis & totius negotij &c. Hijs ſe nuntijs conſulū cōmendans in ſuo negotio concluſit. Sed ſupreme conqueſtus Zwinglii profugam abſentiam pluribus uerbis &c.

CONCLVSIO.

QVum igitur Zwinglius cauſſa & capitaneus principalis huius falſæ ac ſeductoriæ doctrinæ apud Heluetios confœderatos, non attentis omnibus exhibitione, promiſſione, & nimiũ ſufficienti ſecuritate noſtris, etiam & contra ſuam met priorem exhibitionẽ comparere noluit, ſuæ fidei cauſſam redditurus & rationem, & cum hoc quia cæteri prædicantes inter confœderatos & Zwinglius qui hanc ſeductoriam doctrinam prædicauere, iuſſuq; ſeculariũ ſuperiorum comparantes in diſputatione, ſe non ſunt paſſi doceri, neq; ab errore aſſumpto deſtiterunt, quantumcunq; etiam amice moniti fuerint, & manifeſte deuicti ſint ut ſufficiens teſtimoniũ qui præſentes fuerunt præbere poſſunt & prębent, ſed & quilibet fidelis & humilis Chriſtianus ex actis certificari poteſt, & a multis centenis annis a cõmuni Chriſtianitate concluſum ſit & ordinatum, ut quicunq; moliatur antiquos damnatos errores iterũ reſuſcitare & defendere, ſicut Zwinglius & ſui complices non ſolum Wicleffi & Huſſonis, ſed & aliorũ antiquorũ hereticorũ hæreſes in omnibus eorũ libris extrahunt & defendunt, debeat abſq; ulteriori declaratione in excõmunicationẽ grauem incidiſſe ab cõmuni eccleſia extruſi eſſe & pro ſegregatis haberi, ut a communi Chriſtiana eccleſia damnati.

Adhęc quod contra Martini Lutheri peruerſam doctrinã nouiſſime per fœlicis recordationis Leonem papam in publica bulla animaduerſum ſit, ac poſtea per illuſtriſſimũ ac inuictiſſimum atq; gratioſiſſimũ dominũ noſtrũ Carolum quintum ſacri Romani imperij Cæſarem ſemper Auguſtũ, perq; uniuerſitates Pariſienſem, Louanienſem, Colonienſem, & pleraſq; alias, qui omnes eam doctrinam ut erroneam, non Chriſtianam reiecerunt atq; damnauerunt.

Quia igitur noſtra ſacro ſancta fides in qua multis annorũ centenis noſtri progenitores ſancte uixerũt, atq; uita defuncti ſunt, ſic ab apoſtolis plantati, & eorũ prædicatione ad noſtras

ſtras

ſtras manꝰ eſt tradita, in qua & nati & educati ſumus, quãq; ante pauculos annos (antea quã hæc falſa doctrina eſt exorta) cum omni germana natione unanimiter profeſſi ſumus, in qua & multa martyrũ milia ſanguinẽ ſuũ pro Chriſto fuderunt, ad omnipotentis dei, matriſq; eius & omniũ ſanctoꝝ, & totius cœleſtis exercitus honorẽ & laudem nobis, noſtrorumq; ſubditoꝝ & confœderatoꝝ animabus, ſequentibus Chriſtianis articulis prouidimus, atq; unanimiter concluſimus & concordati ſumus.

Nominatim ut ſacrũ euangeliũ, cæteræq; diuinæ literæ, ſecundũ cõmunẽ Chriſtianũ intellectũ, prout ſancti doctores ab eccleſia recepti elucidarunt exponant & prædicent, qui ſuam doctrinã bonis moribus, ſancta uita, ſanguinis effuſione, miraculiſq; exornauere, quæ ſingula ab eis ut præfertur expoſita acceptamus nullatenus paſſuri, ut in his quiſq; contraueniat, aut ue prædicet. Quod ſi quis blaſphemare tentauerit nomen domini noſtri ſeruatoris Chriſti Iheſu, & de intemerata uirgine Maria, ac cæteris omnibus ſanctis irreuerenter & ſcandaloſe fuerit loquutus, hunc nulla habita miſericordiæ ratione puniemus. Vtq; ſcd'm hæc omnia prædicet ad pacem & ad religionis unitatẽ, cum noſtris gratioſiſſimis dominis & patribus epiſcopis curabimus, ne quis niſi examinatus & ſufficiens repertus, prædicationis officio fungat̃ ad plebem. Sed & ultro cõcluſimus, nos firmiter obſeruaturos, & obſeruari curaturos, ne quid de ſacra miſſa, ſacramentoꝝ adminiſtratione, & cæteris Chriſtianis ordinationibꝰ & uſibus, ieiunioꝝ, orationũ, confeſſionũ, feriarũ, oblationũ, interceſſionũ pro defunctis animabus, nihil alteret̃ neq; intermittat̃, ſed omĩa obſeruent̃ ut a ſanctis eſt patribus ordinatũ, & a noſtris progenitoribꝰ uſq; ad noſtra tempora obſeruatũ. Ideoq; & omnes laicas perſonas ſeuere puniemus, qui ad ſacro ſanctum corpus & ſanguinis domini ſacramentũ, abſq; præcedenti confeſſione acceſſerint, aut ſub utraq; ſpecie contra ritum ſanctæ matris eccleſiæ ſumpſerint.

Et quoniam antiquus uſus in carniũ eſu, & alijs cibis prohibitis, in quadrageſima cæteriſq; diebus ſtatutis ex rationabilibus & Chriſtianis cauſſis, per ſanctos patres ad nos uſq; peruenit, omne ſcandalũ ex hoꝝ præuaricatione exortũ ſiue exoriturũ e noſtris terris expellimus, neq; fieri ullatenus permittemus, ſed tranſgreſſores acriter puniemus.

Quia igitur hactenus famoſi libelli, & hæc ſeductoria doctrina per calcographos maxime diſſeminata eſt, nolumus ultro quicq; in noſtris terris & ditionibus exprimi ſiue depingi, niſi id quidem prius per noſtros ad hoc ordinatos examinatum fuerit & admiſſum, ſi quis aũt huic contrauenerit, punietur abſq; ulla miſericordia. Nemo quoq; audeat ſiue Lutheri ſiue Zwinglij, aut certe ſuoꝝ complicũ libros prohibitos famoſa ſcripta in noſtris terris & ditionibꝰ emere uendere uel diſſeminare, ſuper quo uigilanter & attente prouidebimus, tranſgreſſores iuxta coꝝ merita puniemus.

Vt aũt hac noſtra Chriſtiana concordia firmior procedat, certos in noſtris terris & ditionibus ordinabimus qui una cũ noſtris officialibus diligenter huic cauſſæ inuigilent, & præuaricatores atq; tranſgreſſores denunciẽt, cuiuſcunq; etiam ſtatus fuerint, locoꝝ ſuperioritatibus, qui denunciatos fideliter nobis cuſtodiant, a nobis iuxta merita puniendos, nec ulli parcemus. Quicũq; aũt in uno cantone reus fuerit inuentus, ab omnibus noſtris terris ac cantonibꝰ extorris eſſe cenſeatur, profugos aũt pœnarum cauſſa nemo teneat, ſed ad iudicum & ordinatoꝝ inuocationem pœnæ ſubiacebit Ad laudem dei, Amen.

Expreſſum Lucernæ Heluetioꝝ orthodoxa & catholica ciuitate. Anno ſeruatoris noſtri Iheſu Chriſti M. D. XXVIII. uigeſima quinta Auguſti.

BIBLIOTECA NA... ROMA VITTORIO EMAN...